

54

UVA. BHSC. 1yR_254

BIBLIOTECA

DE LA UNIVERSIDAD DE VALLADOLID.

Estante n.^o 81

Tabla 6

Número 1973

Tutolur

~~Estas son las que se han de tener en cuenta~~
esta copia remueve de ~~de~~
~~de la otra~~ de mirando quién se las
hallare bue suelas
y les dara me en una
al de hallado

YH
nati ymo blesenez

Son

Como q

voulo

254
I

DE CO

pia uerborum, & rerum libri
duo, Cum Epitome corundem.
Des. Eras. Roterodamo auctore.

CEiusdem libellus de ratione
studij & pueris instituendis.

CEiusdem de cōponendis epist
lis Libellus utilissimus,
cum nonnullis alijs, ad
omnium studiose
rum utilitate.

Cum privilegio

Y Edwardz don frey meronimo Lopez gallo com
m
y
or dela hoz de son s. antro portavision ipsa
llos g. miquellos de vald. pa expurgar el libro
vatis mis debos conforme al chalvalago expurgatorio
nuebo oymar as 23 dias del mes de diciembre de
1526 etius expurge este libro ioffime dimituere en
su encuadernacion maya q. ut dixerat.

MICHAEL EGVIA TYPOGRA
PHVS, STUDIO SO LE
CTORI SALVTEM.



ELLEM, STUDIO SE LE-
ctor, ut in singulis disciplinis boni li-
bri & utiles in precio haberentur: Cum
intelligā uiros doctissimos, iuxta & pru-
dentissimos passim queri, cam pestem
in omne ferme literarum genus irrepisse, ut uilcs de-
mum sit plebeij quidam autores fere discatur/amentur,
& y etiā soli, pueris in schola praelegantur, ac in magno
recio haberi, & a multis amplecti, a nonnullisque interprae-
tari, qui omnino ut in utiles negligendi, ut plebeij deride-
di, ut barbaria potius quam bonam frugē afferētes, flocipe
dēdi ac nō illi faciēdi sint: Quo factum est, ut eximij sit ue-
re principes iaceant, lecli a paucis, a plerisque neglecli,
amultis etiā irrisi, nec uili quidē emi: nedum amori ex-
osculari, totisue amplexibus sumi, atque huij iaccāt, illi ma-
xime fiat, huij obscurētur, illi luceat, huij lateat atque occulte-
tur, illi autē i publicum excāt, illique ut culti nō horridi,
uteruditi, nō inepti, ut facundi nō barbari habeantur, &
(si dijs placet) ab ijs, qui nec eos attigerunt, & si casu at-
tigerint, asini qdem ad lyrā, balbi enim balbos (ut aiunt).
Quod fatum & publica studiorum calamitas, an ipsi ho-
mni natura curiosō, & in his ad nimium præcipiti,
runt. et in his de an ijs qui scholis præsident, an ludimagistris impu-
morati. et cum tanda sit, alijs indicabunt. Neque ista commemorasssem,
ipjis letaff. et eos intep̄stans,

nisi

nisi audirem quosdam huiusc rei culpā in typographos
 reieceris, idque an satis eque, ipsi uiderint. nobis enim
 scēnae inferniendum est. Ego tamen ut isti calumniae oe-
 currerem, uiros aliquot & sapientia & usi insignes
 adiū, quo mibi eos libros præsiberent, qui omnibus
 meliorum literarum studiosis, immo & omnibus Chri-
 stianis quam maximo usui essent. Quibus ita consulentiis
 bus Erasmi Enchiridion, Paraphrases in Euangelia: ac sa-
 cras Epistolæ: librosque, Copiæ uerborum, ac rerum pro-
 ximis diebus accepistis: Nunc eosdem de Copia uerborum
 & rerum, modo recognitos ac dilucida Epitome ornatos,
 breuiorique forma excusso, quæ explanatiorem apertio-
 remque modum ac uariandi rationem reddat, cum libel-
 lis duobus altero de ratione studij, altero de componen-
 dis epistolis: felicibus auspicijs accipiatis: in quibus Eraf-
 mus noster adeo feliciter hanc Mincruam obsoluisse di-
 citur, ut nulli phidiae cedat (malo enim parcus in hac rē
 quā ucrius loqui) & posteris quoque omnē prope in hoc
 genere spem ademerit. Quos ego libros, quin, uiderem a
 nostris Hispanis tantoperc desiderari, quanta potui dili-
 gentia excudendos curau. Habes igitur bonarum litera-
 rum studijs, quo possis ad uotum proficere. Tu uero ne
 committas obsecro, ut aut iſlis iuniorum persuasionibus
 imbutus, aut blaterorum inuidia distraetus, aut nimis
 antiquitatis ad mirator, haec bona posteritati relinquas,
 quibus ipsa felicius quā nos & prudētius fruatur. Valle:
 que p̄cipua habendas sim

A. 2. D. 2.

in sc̄uſiſ ſc̄erie
 pro repræſentante
 comediarꝝ & uile
 pro eo quī myſto
 agit

DESIDERIVS ERASMVS ROTERO

damus Ioanni Coleto, Decano sancti
Pauli apud Londonum, S.D.



ON POSSVM EQVIDEM

non uehem esterlandare Colete singula-
re istā, uere que Christianā animi tui pie-
tatem, qui coatus tuos omnes, omnia ui-
tae studio semp huc destinaris, nō ut tuis
priuatim cōmodis cōsuleres, sed uti patriæ, ciuibusque tuis
quam plurimum prodeſſes. Neque minus admiror iudi-
cium, qui duas p̄cipue res delegeris, quibus id cumulatissi-
me conseq̄ posses. Videbas enim amplissimum caritatis fru-
ctum in eo situm esse, si quis affiduis cōcionibus, sacraque
doctrina Christum popularium suorum animis inferat,
Quo tu quidē in negocio iam annos cōplureis uersaris, nō
dicam quāta cum laude, quā tu adeo non ſpec̄las, ut nec ad-
mittas, ſed magno certe cum fructu, Quo nomine Paulus
ille tuus alioqui modestissimus, subinde gloriatur, ac ſeſe
sancta quadā inſolētia iaclat. Deinde, quod proximum exi-
ſtimabas, ludum literarum longe pulcherrimum, ac ma-
gnificentissimum inſtituifli, ubi ſub eleclissimis, ac proba-
tissimis p̄ceptoribus, Britanica pubes rudibus ſtatiſ an-
nis, ſimul & Christum & optimas imbiberet literas, ni-
mirum grauiter intelligens & in hac ætate, uelut herba,
ſpem Recipib. poſtitā eſſe, & quanti referat in omnem ui-
tam protinus ab incunabulis, optimis imbui. Iam uero q̄s
nō ad ametetiam generofam iſtam animi tui celſitudinem.
triam

ac sanctam (ut ita dixerim) superbiam. qui utrumque hoc in patria officium ita gratuitum ac sincerum esse uolueris, ut nec ex tot annorum laboriosissimis cōcionibus uel Teruncio factus sis ditior, cumque tua seminaris spiritalia, nullius unquam carnalia messueris, & scholæ simptus tamen uide licet ingētes, ut satrapam quoque deterrere possint, solus omnes ferre uolueris. Et cum uulnus hominum nulla in re libētius socium soleat accersere, tu patrimonium, tu censum uniuersum, ad hæc domesticam etiā supellecūlē profundere maluisti, quā ullum mortale in istius gloriæ partē admittere. Queso quid istud est aliud, quā in uniuersos tuorum liberos, in uniuersos ciues animum plusquam paternum gerere? Te ipsum spolias, ut illos locupletes. Te ipsum nudas, ut illos ornes. Te ipsum laboribus confidis, quo tua soboles uegeta sit in Christo. Breuiter totum te impeditis, ut illos Christo lucrifacias. Nimium prosector sit inuidus, qui talia cōanti nō impensisime faueat. Impius, qui reclamet & obstrepat. Hostis Anglie, q[uod] non pro sua uirilis. adiumenti aliquid cōferre studcat. Ego sane nō ignarus, tñ quantum Anglie debeā publice, tñ quantopere tibi priuatim sim obnoxius officij mei sum arbitratus, literarum aliquod munusculum, in ornamētum scholæ tuæ conferre. Itaque duos hos nouos de Copia cōmētarios nouæ scholæ nuncupare uisum est, opus uidelicet cum aptum pueritiae, tum non infrugiferum, ni fallor, futurum. Sed quantum habeat eruditionis, quātum ue sit utilitatis allaturus hic labor meus. aliorum esto iudicium. Illud uere mili su

a iiiij mere,

ere possum argumentum, hoc a me primum & ex cogita-
tum, & proditum fuisse. Nam quod Iulius Pollux Græcus,
& antiquus autor, singularum rerum uocabula per lo-
cos digessit, & Synonyma quædam, ac finitima uelut in
aceruos cōgessit, quis non uidet, quā id sit a nostro insti-
tuto alienum? Neque enim Isidoros, Marios, aut Philiscos
libet cōmemorare, hoīes in tantum alienos a Copia, ut ne
semel quidem que sentiunt, latine possint efferre, iam uero
libellus ille, q̄ Ciceroni inscribitur (cgo magis ab aliquo Ci-
ceronis studio, ex illius scriptis collectum arbitror quæ-
so quid aliud habet, quam tumultuarium paucarum uo-
cum congerie? Nos formulas quasdam copiæ, seu fontes
ostendere sumus conati, sic ut a generalibus per gradus ad
particulares adueniremus. Quanquam & fateor, & do-
leo huic operi iustam curam desuisse, Siquidem olim ru-
dem materiā in futurum opus temere congereramus. Ad
quam expoliendam plurimis uigilijs, plurimorum auto-
rum lectione uidebā opus fore. Itaque nō admodum erat
in animo edere. Verum cum intellexisset quosdā his com-
mentarijs insidiari, parumque absuisse, quin in castigatis
simos etiam ediderint, coactus sum, ut cuncte emendatos
in lucem emittere, Nam id malum uisum est leuius.

Bene Vale Colete optime.

Londini.

Anno.

M. D. XII. III.

Calendas

Maies.

DE DVPLI CI COPIA, VERBORVM, AC RE- RVM ERASMI ROTERODA- MI COMMENTARII.

C De uerborum copia Commentarius Primus.

PERICVLOSAM ESSE COPIAE
AFFECTACIONEM. CAP. I.



TU NON EST ALIVD
uel admirabilius, uel magnificen-
tius, quā oratio, diuite qua-
dam sententiarum, uerborumque
copia, aurei fluminis inflar exu-
berans: ita res est prosector, quae
non mediocri periculo affecte-
tur, propterea quod iuxta pro-
uerbium, Non cuius homini contingit adire Corinthum,
Vnde nō paucis mortalibus usiuencire uidemus, ut diuinā
hanc uirtutem, sedulo quidem, sed parum feliciter emula-
tes, infutilem quandā, ac deformē incident loquacitatem,
dum inani, citraque delectūm cōgesta uocum & senten-
tiarum turba, pariter & rem obscurat, & miseris audi-
torum aures onerant. Adeo ut literatores aliquot hac ipsa-
dere, si dijs placet, etiā precepta tradere conati, nihil aliud
assecuti uideātur, quā quod copiam professi, suam prodis-

A 4 derunt

... nū sū n Ldg
los hūm̄b̄es p̄a
metr̄ en laj̄are

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM

derunt inopia. Quæ quidē res nos commouit, ut partim e medijs artis Rhetorice p̄ceptis ad hoc institutum idonea deligentes, partim q̄ diutino iam dicendi, scribendi que usū sumus cōsecuti, uariaque plurimorum autorum lectione obseruauiimus, accommodantes, utraque de copia rationes aliquot, deinde exēpla, denique formulas cōpluris proponeremus, non id quidē conantes, ut libro rem omnē abso lute cōp̄le clamur, sed edito ueluti cōmentariolo, doctis ac studijs uiam aperuisse cōtentī, quasique syluam quandā operis futuri subministrasse. Partim quod solo iuuādi studio ad hoc laboris capessendum adducti, non iuidentur si penes alium sit, uel tota gloria, modo a nobis ad studijs iuuenturē aliqua manarit utilitas. Partim quod gra uioribus studijs addicti sumus quam ut in his utilissimi, quidem illis etiam ad maxima, sed tamē in specie minutis, uacet permultum operē collocare.

CA quib⁹ inuenta, & a quib⁹ exercitata copia. Cap. II.

POrro ne quis hoc inuentum tanquam neotericum, ac nuper domi nostræ natum, aspernandum existimat, sciat hanc orationis uariandæ rationem ab homine doctissimo pariter & diligētissimo Quintiliano, locis aliquot leuiter attingi, & nobiles aliquot sophistas in cōpendium contrahendi sermonis uiam ostendisse. Quod facere nequaquā poterant, nisi pariter & explicandiratione demonstrata. Quorum si libri extaret, aut si quod admonuit Fa bius, ad plenum tradcre uoluisset, nō admodum futurum erat

erat opus his meis p̄ceptiunculis. Accedit ad huius negotiū
comendationem, quod nequitiam piguit uiros omnis do-
ctrinæ principes diligenter in hoc genere exerceri. Siquidē
extant etiam nunc mirabiles aliquot. Maronis experientiæ
de speculo, de fluvio gelu cōcreto, de iride, de solis exortu,
de quatuor anni partibus, de signis cœlestibus. Idem satis
indicat Apologus ille Aesopicus de uulpe & coruo, quem
Apuleius mira uerborum parsimonia perstringit, & eum
dem plurimis uerbis quā fūsissime explicat, exercendi uide-
licet, ostentādique ingenij gratia. Sed age quē tandem possit
posthac huius studij pœnitere, qui Ciceronē uideat, illum
omnis eloquentiæ parentē, adeo huic exercitationi induſſi-
ſe, ut cum Mimo Roscio familiaris suo solitus sit confidere,
utrum ille ſæpius eādem ſententiam uarijs gestibus effi-
geret, an ipſe per eloquentiæ copiam ſermone diuerso pro-
nunciaret?

Autores quēadmodum luſerint oſte-
tatione copiæ. Cap. III.

Quid quod iudicem autores non in palæstra ſolum,
uerum etiam in opere ſerio non unquam oſtentan-
da Copia luſerunt, dum rem eandem nunc ita cohibet. Ut
adimere nihil queas, nunc ita locupletat dilatantque, Ut ni-
hil possis adiungere. Homerus, teſte Fabio, Vtraque iuxta
re mirabilis eſt, tum copia, tum breuitate. Quanquam in p-
ſentiarum animus non eſt exempla perſequi, tamen unum,
atque alterum, ex uno Vergilio proferemus. A quo qd bre-
uius dici potuit, quā illud. Et capos ubi Troia fuit? Paucis-
simis

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

simis uerbis (utait Macrobius) ciuitatem hausit, & ab
sorpsit, ne ruina qđē relicta. Rursum hoc ipsum audi quā
copiose! Venit summa dies, & ineluctabile fatum Dardan
iæ, suimus Troes, fuit, Ilyum, & ingens Gloria Dardani
dum, ferus omnia Iuppiter argos Trāstulit, incēsa Danai
dominatur in urbe. O patria, o diuum domus Ilyum, &
inlyta bello Mœnia Dardanidum. Quis cladem illius no
tis, quis funera fando Explicit, aut possit lachrimis equa
re labores? Quis fons, quis torrēs, quod mare, tot flūctibus,
quot hic uerbis inundauit? Verum hoc exemplum ad sente
tiarum copiam magis referendum alicui uideatur. Lusit ſſ
uerborum luxurie, quum ait, Superatne, & uescitur aura
Aetherea, nec ad huc crudelibus occubat umbris? Sed hoc
Nasoni familiarius eſt, ita ut eo nomine taxatus sit, quod
in copia modum nō teneat. At taxatur a Seneca, cuius tota
diſtione dabant Fabius, Suetonius, & Aulus Gellius.

¶ Quibus uitio data immoſica copia, Cap. IIII.

NEque quicquam mea refert, si qbus uel immoſica,
uel perperam affectata copia uitio data eſt. Nam in
Stesichoro Quintilianus notat nimis effusam, & redundā
tem copiam: sed ita notat, ut uitium esse fateatur non ad
modum refugiendum. Aeschylus probro datur in ueterē co
mœdia, quod bis idē dixerit. οὐκοντέχομαι. Et ne
frustra lögum catalogum recensem, non defuerunt, qui
M. etiam Tullium ut Asianum, ac redundantem, nimia
que luxuriātem copia dānarent. Sed hæc (ut dixi) nihil ad
me pertinent, qui quidem non quo modo scribendum, aut
dicendum

i benio ero debendo
et accedo

dicendum sit præscribo, sed quid ad exercitationem faciat
ostendo, ubi quis nescit omnia iusto maiora esse debere? De
inde quod adolescentiam instruo, in qua Fabio non dispi-
cet orationis luxuries, propterea quod facile quæ sunt,
iudicio resercentur, quædam etiā etas ipsa deterat, quum in
terim tenuitati, atque in opere nulla ratione mederi queat.

Cuiusdē artificis esse breuiter ē copiose dicere. Ca. V.

Tam si qui sunt quibus usque adeo placet Menelaus ille
Homericus ὃν τολύμων rursum displicet Ulysses. *non multilogus*
fluminis in starthybernis autē niuibus ruens, si quos impē
dio Laconismus ille ē breuiloquentia delectat, ne ij quidē
nistro labori debent obstreperc, quippe quē nec ipsi sunt in
frugiferum experturi, propterea quod ab eadē ratione pro
ficiisci uideatur, ut uel breuissime dicas, uel copiosissime. Si
quidem quemadmodum argute Socrates apud Platonem
colligit, eiusdem hominis esse scite seu mentiri, seu uerum
dicere, ita nō alius artifex melius ad breuitatem arctabit ora
tionem, quam qui calleat eandem quā maxime uaria supel
leclile locupletare. Nam quantum ad uerborum attinet bre
uitatē, quis cōstrictius dixerit, quā is cui promptum sit ex
immenso uerborum agmine, ex omni figurarum genere
statim diligere, quod sit ad briuitatē accommodatissimum.
Rursum quātum ad sentētię breuitatem, cui magis in ma
nu fuerit rem quā paucissimis expedire uerbis, quā qui co
gnitum, ac meditatum habeat, quæ sunt in causa precipua.
q̄si q̄ columnæ, quæ proxima, q̄ locupletādi negotij grā sunt
ascita. Nemo certe citius certiusque uidebit, qđ citra incōmo
dum

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

dum possit omitti, quamvis qui quid, quibus modis addi possit, uiderit.

Constitute affectantibus uel breuitatem
uel copiam. Cap. VI.

Quod si casu, uel hac, uel illuc ducimur. piculum
est ne nobis usuciat, quod qbusdam Laconismi,
κακοζηλοις uidemus euenire. q cum pauca dixerint, tamē
in iisipsis paucis multa supersunt, ne dicā omnia. Sicut edi-
uerso imperitis copiae effectatoribus euenit, ut quum im-
modice loquaces sint, tamen parum dicāt, multa nimurum
dictu necessaria ptereuntes. Nrae igitur pceptiones eo spe-
ctabunt, ut ita rei summā quā paucissimis cōplecti possis
ut nihil desit, ita copia dilates, ut nihil redundet tamē, libe-
rumque tibi sit, quā cognita ratione, uel Lacoīsum emu-
lari si libeat, uel Asianā illam exuberātiā imitari, uel Rho-
diensem mediocritatem exprimere.

Constitute esse copiam. Cap. VII.

Porro duplēcē esse copiam non arbitror obscurum
esse, uel Fabio declarāte. q inter cæteras Pindari uir-
tutes præcipue miratur beatissimam illam rerum uerbo-
rumque copiā. Quarum altera consistit in Synonymia, in
Heterosi, sive Enallage uocum, in metaphoris, in mutatio-
ne figuræ, in Isodynamis, reliquisq id genus uariandi ra-
tionibus: altera in congerendis, dilatandis, amplificandis
argumentis, exēplis, collationibus, similibus, dissimilibus,
contrarijs, atque alijs hoc genus modis, quos suo loco red-
emus accuratius, sita est. Hæ quanquam alicubi sic con-
iunctæ

iunctae uideri possunt, ut haud facile dignoscas: ita alteri inseruit altera, ut præceptis potius, quā re atque usu di scretae uideātur, nos tamē docēdi gratia ita separabimus, ut neque superstitionis in secādo, neque rursum negligētiae merito damnari possimus.

Quas ad res conscrat hæc exercitatio. Cap. VIII.

Nunc quo studiosa iuuentus propensioribus animis in hoc studium incumbat, quas ad res cōducat, paucis aperiemus. Principio quidem in totum ad phrasim illā non parum adserit momēti hæc uariādæ orationis exercitatio. Peculiariter autē cōseret ad uitandam ταυτολογίαν, uitium quum fœdum, tum odiosum. Ea est eiusdem uerbi aut sermonis iteratio. Neque raro usūuenit, ut idem nobis crebrius sit dicendum. Vbi si deſtituti copia, aut hæſitabis mus, aut κόκυνος in morē eadem identidē occinemus, ne que poterimus ſententiæ. colores alios, aliosque uultus dare, pariter & ipſi ridiculi crimus, noſtrām prodētes infan‐
tiā, & tædio miseros auditores enecabimus. Eſt ταυτο‐
λογία peior δροιλογία, quemadmodum Fabius ait que
nulla uarietatis gratia leuat tedium, eſtque tota coloris ſius ſetēte pva‐
nius. Quis autē eſt auribus usque adeo patiētibus, ut uel paulisper ferat orationē ubique ſui ſimilem? Tantā ubique
uim habet uarietas, ut nihil cūmino tā nitidum ſit, quod nō
ſquallere uideatur citra huius cōmendationē. Gaudet ipſa
natura uel in primis uarietate, quæ in tam immēsa rerum
turba nihil uſquam reliquit, quod nō admirabili quodam
uarietate.

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM

uarietatis artificio depinxerit, & sicut oculi diuersarum peculi rerum magis detinentur, ita semp animus circumspicit, in quod se ueluti nouum intendat, Cui si cuncta sui similia occurrant undique, tædio protinus auertitur. Atque ita perit totus simul orationis fructus. Hoc igitur tantum malum facile uitabit, cui promptum erit sententiam eandem in plureis formas uertere, quam Proteus ipse se transformasse dicitur. Neque uero mediocriter contulit hæc exercitatio ad extempore uel dicendi, uel scribendi facultatem, præstabit que ne subinde uel habessemus attoniti, uel turpiter inter sileamus. Neque difficile fuerit, uel temere coepit orationem comode ad id quod uolumus deflectere, tot formulis in procinctu patis. Preterea in enarratis autoribus, in uertedis ex aliena lingua libris, in scribendo carmine, non parum adiumenti nobis attulerit. Siquidem in ijs, nisi erimus his instruti rationibus, sœpe numero reperiemur aut perplexi, aut duri, aut muti denique.

CQuibus exercendi rationibus hæc facultas paretur. Cap. IX.

SVb hæc, quibus excitationibus hæc paretur facultas reliquum est, ut paucis admoneamus. Præceptis diligenter memorie madatis, sœpius ex industria sententias quasdam sumamus, easque uersemus quam numerosissime, quemadmodum monet Fabius, uelint eadem inquiens cetera aliæ atque aliae forme duci solent, is porro labor uberior adferet frugem, si complusculi inter se conflicitur uel hoc, uel scripto, proposito in medium themate. Tum enim mutuus

mutuis inuenitis adiuuabuntur singuli, & uelut ansa prebita, plura q̄sque inueniet. Deinde totum aliquod argumentum pluribus tractabimus modis. Qua quidem in re conuenient Milonis illius Crotoniatæ solertia imitari, ut principio bis, deinde ter, deinceps saepius ac saepius uertendo. ad eam facultatem proficiamus, ut iam sine negotio centies, ac ducenties uariare possimus. Deinde uertendis græcis autoribus, non mediocriter auctoribus sermonis copiâ, propterea quod hæc lingua rerum uerborumque ditissima est. Fuerit autem utilius interdum paraphrasi quoque cum illis certare. Proſucrit plurimum carmina poctarum oratione proſa retexere, rursum, orationē solutam numeris astrinxere, atque idem argumentum in aliud atque aliud carminis genus transfundere. Magnopere inuenabit & illud, si eum locum qui maxime uidebitur scatere copia, ex autore quopiā emulemur, & eum nostro Marte uel æquare, uel etiam superare contendamus. Præcipuam autem utilitatem adferet, si bonos autores nocturna diurnaque manu uerſabimus, potissimum hos qui copia præcelluerunt, cuiusmodi sunt Cic. Au. Gell. Apulcius. atque in his uigilantibus oculis figuræ omneis obſeruemus, obſeruatas memoria recordamus, recorditas imitemur, crebraque usurpatione consuecamus habere in promptu.

C Prima præceptio de copia. Cap. X

H Ace quasi præfati, superest ut ad præceptionum traditionem accingamur. Tametsi & ipsa que dicimus præcepta quædam uideri queant. Videmur autem non absurdus

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVN.

absurde facturi, si præceptiones hinc auspicemur, ut pmo:
neamus copiæ cädidatoim primis esse curandum, ut apta,
ut latina, ut elegâs, ut pura sit oratio. neque quicquâ existi-
met ad copiam pertinere, quod abhorreat a linguae Roma-
næ castimonia. Elegâtia parti sita est in uerbis receptis ab
autoribus idoneis, partim in accommodando, partim in
cōpositione. Exemplum primi fuerit, ut si quis p̄fissimum
dicat, quod uerbum teste Cicerone. latinis auribus inaudi-
tum est. Secundi, ut si quis dicat, dedit mibi licentia, pro co-
quod est, fecit mibi potestatem. Tertij ut si quis eodem sen-
su dicat, iniuriam dedit, quo dānum dedit. Nam dānum
dare, latinum est. Facere autem iniuriam, non dare dicen-
dum. Dare malum, latine dicitur. Dare iacturâ, nō recte.
Facere iacturam. latine dicitur, pro co quod est pati. Facere
infamiam, nō item. Denique facere iniuriam latinissimum
est, facere contumeliam Cicero latinum esse negat. Sed ad
rem, quod est uestis nro corpori, id est sententijs eloquutio.
Neque enim aliter quâ forma, dignitasque corporis cultus
habituque, itidē et sententia uerbis uel cōmendatur, uel de-
curpatur. Itaque plurimum errant q̄ nihil arbitratur int̄e-
resse, quibus uerbis quæ res efferratur, modo utcumque pos-
sit intelligi. Neque diuersa est cōmutadæ uestis, & oratio
nisi uariandæ ratio. Sit igitur prima curarum ne uestis au-
sordida sit. aut parum apta corpori, aut perpram cōposi-
ta. Nam indignum fuerit, si forma per se bona, uestis sordi-
bus offuscata, displicat. & ridiculum sit, si uir muliebri-
amictu prodeat in publicum. & foedum, si quis ueste p̄po-
sterâ

steria, atque inuersa cōspiciatur. Quare si quis Copiā affe-
ctare uelit, priusquam linguae latine mundiciem sibi cō-
pararit, is meo quidem iudicio non minus ridicule fecerit,
quam si quis pauper, cui nec unica sit uestis, quam sine ma-
gno pudore possit induere, subinde mutato uestitu, alijs
atque alijs pānis obstitus, i forum prodeat. ambitiose medi-
ciatatem suā ostentans pro opibus. Hic quo s̄epius id fecerit,
an non hoc uidebitur insanius? uidebitur opinor. At qui n̄t
hilotinus absurde faciunt isti quidā affectatores Copiæ,
qui quum ne semel quidē possint id quod sentiunt, mundis
uerbis efferre, tamen perinde quasi pudeat eos parum bal-
bos uideri, ita balbutiem suam alijs atque alijs modis red-
dunt balbiore, q̄ si certamen ipsi secum sumperint, ut quā
possit barbarissime dici, dicant. Volo ego multiugam esse
diuitis domus supellecilem, sed totam elegantem esse uo-
lo, n̄e mibi salignis, ficalnis ac Samijs uasculis omnia sint
reserta. Volo in splendido coniuilio diuersa ciborum gene-
ra proponi. Sed quis ferat, si q̄s cētum apponat eduliorum
formas, quorum nullum sit quod non nauseam moueat?
Hæc non temere pluribus uerbis admonui, quod explora-
tam habeā plærorumque mortalium præcipitē audaciā,
qui præteritis fundamentis statim, & illotis (quod aiunt)
pedibus, ad summa malum festinare. Nunc uariandi for-
mulas proponemus, eas nimirum quæ ad uerborum per-
tinent Copiam.

C Prima uariandi ratio per synony-

miam. Cap. XI.

B. Præmā

Prima igitur, ac simplicissima uariâdi ratio, in his
verbis sita est: q̄ si diuersa quum sint, candē omnino
rem declarant, ita ut ad significationem nihil referat, hoc
an illo malis uti. quæ qđem Synonyma grāmaticis dicun-
tur, contraria ijs quæ dicuntur Homonyma. Quod genus
sunt, ensis gladius, domus ædes, codex liber, forma decor
pulchritudo. Horum itaque maxima uis undecurque e bo-
nis autoribus contrahēda, uaria coparanda supellex, & ut
Fabius ait, diuitiæ quædam extruendæ, quibus ubicunque
desyderatum crit, possit nobis cōstare uerborum Copia.
Neque sat crit huiusmodi uocum mundum copiosum, ac
penum parasse, nisi nō solum in promptu, uerum etiam in
conspectu habeas, ut protinus uel nō quæsita sc̄e ostentent
oculis. Qua tamen in re illud imprimis cauēdum, ne (quod
quidem faciunt) citra delectum uelut ex accruo quicquid
primum occurrerit, in quolibet loco dicamus. Primum enī
uix usquam duo uerba reperies adeo Synonyma, quin ali-
quo discrimine dissideat. Nam quid tam idem significat,
quam homines & mortales? Et tamē qui passim omnis
mortales, pro omnis homines dixit, græco illo notatus est
prouerbio το ἐν φακῇ μύγεον, id est, in lenticula unguen-
tum. Et alicubi literæ & epistola rem candem significant,
alicubi diuersas. Tum ut demus in significatu nihil omni-
no discriminis esse tamen sunt alia alijs honestiora, subli-
miora, nitidiora, incundiora, uehementiora, uocaliora ad
cōpositionē magis concīma. Proinde dicturo delectus adhi-
bendus, ut ex omnibus optima sumat, In promendo iudi-
cium

cium requiritur, in condendo sedulitas. Ut indices, præsta
bit diligenter obseruata sermonis elegancia, proprietasque,
ut quam plurima recondas, omnis generis autorum assi-
dua lectio dabit. Siquidem alijs uerbis multa eloquuntur.
Poetæ, alijs oratores. Sunt & etatibus sua quædam pecu-
liaria uocabula. Quinetiam vnde scriptores rē eandem sæ-
pen numero diuersis modis efferrunt. Primum igitur ex om-
ni scriptorum genere uerba quam optima feligenda, dein
de qualiacumque erunt, tamen in congerient addentur, ne-
que uox illa rei cienda, quæ modo apud scriptorem non
omnino pessimum reperiatur. Nullum enim uerbum est,
quod nō alicubi sit optimum. Proinde quātum uis erit hu-
mili, inusitatum, poeticum, priscum, nouum obsoletum,
durum, barbarum, ac pegrinum, tamen in suo ueluti gre-
ge reponatur, ut si quando uenerit usus, tum accersatur.
Quod si uerebimur ne uerbi nouitas aures offedat, rectum
erit Fabiano uti consilio, ut meminerimus ποετιπλησίαν
Mew. Id fiet his ferme rationibus. Cato librorum helluo,
si tamē eo uerbo fas est uti in re tam præclarā. Ipsissimus,
ut Plauti more loquar. Cur enim non utar Enniānis uer-
bis? Nā Horatiano uerbo libēter utimur. Sic enim isti Neo-
terici loquuntur. Agnoscis castrense uerbum, ut poetæ lo-
quuntur, ut prisci loquebantur, ut dicā antique. Si sic lo-
qui liceat, si sic mihi permittas uulgato more loqui, dicam
enim græce, quo dicam mclius.

C Sordida.

S Ordida igitur, atque humili sunt ut si quis fami-
liarē congerronem dicat, audiū belluonē. Nā ace-

b 2 tum

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

tum, spōgia, pulegium, demiror cur Scenæ sordida uerba uideantur.

¶ Inusitata.

INUSITATA, ut passi senes pro rugosis. Interduuatim & interatim pro eo, quod est iterum & iterum. Tituiliūm pro eo, quod est nihil. Vagor pro uagitu. ¶ Poetica.

POETICA, ut eliminare. Inuenari. Agmē pro actu seu ductu, ut leni fluit agmē Tybris. Indomitum pro indomite, ut idomitum furit. Sperare pro timere, ut hunc ego si potui tantum sperare dolorē. Et perserre soror posterō. Vulnificus, tristificus, fatidicus, laurigeri, caprigemnum, ueliuolum mare, uitisator, atque id genus alia.

¶ Prisca.

PRISCA, ut expectorare, Actutum. Antigerio pro opido aduerbium. Creperum bellum pro dubio. Hostire pro pensare. Vitulantes gaudentes. Iumentum pro uchicu lo. Perduellis & per duellio pro ostē patriæ. Duellum pro bello. Cluere pro pugnare. Temetum pro uino.

¶ Obsoleta.

OBSOLETA, ut bouinari pro tergiuersari. Et apludā edit, & floces bibit, quorum meminit Gellius & ostē pro ospite, ac peregrino. ¶ Dura.

DURA, ut respublica castrata morte Camilli. Capera re frōtem. Cōspuit alpes niue, apud Furium.

¶ Peregrina.

PEREGRINA, ut gaza pro diuinijs, Persicum. Acinaces pro gladio, Medicum. esedum pro rheda, Britanicum. Ungulum Oscorum lingua, anulus. Cascus pro uectulo, lingua

lingua Sabinorum. Vri pro bubus feris, gallica uox. Item leuca pro miliario, autore Hieronymo in Iohelē prophetā: Parasange Persica, qua significat spacium triginta stadiorum. Et Bec lingua phrygum panes. Camurum pro eo quod est in sese rediens, peregrinum uerbum.

Nouata.

Nouata, ut ductare exercitum, ut patrare bellum, Salustianum. Catonianū est uilitigator. Incuruiceriuicū pecus, Politianicum. Vituperonis, Amorabundus, subsequā, nupturire, uerbigerari. Cuiusmodi uocibus precipe gaudet Apuleius. Habent & hæc gratiam, si moda in loco modiceque uelut aspergantur, Nam ut eleganter est a Fabio dictum, In cibis interī a cor ipse iucundus est. Porro græca latinis in loco intermixta non mediocrē ad dunt gratiam. Quanquam nō raro fit, ut necessitate cogatur aliena mutuo sumere, ut i τολυπραγμοσύνη, id est curiositas, φιλαυτία, id est amor sui, αφεμαρτοεπίσης, id est errans in uerbis, τολυφιλία, id est multorum amicitia, ποδιαυτολογία, id est de seipso locacitas, atq; id genupertatio. 28. quis nus sex milibus. De qbus fortassis alias nō nihil dicemus. Sunt non paucæ Græcorum uoces, quas antiquitas latinitate donauit, ijs perinde atque latinis uti licebit, ut rhetor. et orator, hypotheca et pignus, elleborum et ueratum. Sycophanta Calumniator. Præbibo, quo usus est Apuleius, et propino. mastigia uerbero. Quædam ita recepta, ut desit uerbum latinum. sicuti Philosophus, Theologus, Grammatica, Dialectica, Epigrāma. In qbus ipsis incrit nō

B 3 nihil

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

nihil uarietatis, si modo græca, modo latina forma infle
ctantur, ut Epigrāma, aut Epigrāmatum ti. Elephātus et
elephas. Delphinus, delphin. Lampas, lampada d.e. Gram
matica cæ. Grammaticæ es.

¶ Actatum propria uocabula Cap. XII.

Diligenter itaque conueniet obseruare quid in usur
pandis uocibus ætas uariarit. Beatitudinē & bea
titatem, Mulierosum & mulierositatem Cicero primus
ausus est dicere. Interim pro iterum. Obiter pro interea,
& uelut alia agendo. Subinde pro identidem, Quintilia
ni sæculo nata sunt. Reatum Messala primus dixit, Munc
tarium Augustus. Fauor & Urbanus sæculo Ciceronis
uoces erant nouæ. Obsequium primus dixit Terentius, ut
existimat Tullius. Ceruicē numero singulari primus di
xisse fertur Hortensius. Piraticam, musicam, fabricam, uix
dum a suis præceptoribus recepta fuisse testis est Fabius.
Huiusmodi uocum idem pollentium congeries, quā Græ
ci οὐναθεοί μόνι uocant, conducet non tantum ad hoc, ut
si quando res eadem crebrius erit repetenda, uitemus δομο
ολογίας, id est, simile ubique sermonis colorem, uerum
etiam ad δεῖνωσιν, id est uehementiam faciet. Abiit, eru
pit, excessit, euasit. Parentem necasti, patrem occidiſti, pro
genitorem trucidasti. Quod genus rhetores inter ora
tionis decora referunt, uocantque interpretationem. Ego
magis arbitror ad exercitationem adhibendum esse, quā
ad orationē. Difficilimum enim uariandi genus est, si ma
nente sermonis habitu, sensum cunctem sepius alijs atque
alijs

alijs uerbis idem pollentibus efferre consuescamus, ut Adi
re periculum, subire discrimē, suscipere periculum, aggredi
discrimē, Aedificat domum, extruit ædes. Emit librum
mercatus est codicem. Ablegauit puerum, amandauit mi
nistrum. Hic tibi ab illo habitus ē honor, Hæc tibi ab illo
reclata est grā. Hoc præmij recepi, hoc fructus tuli. Condo
nauit culpā, remisit noxiam, ignouit adnissum. Quoties
eius diei recolo, quoties recordor, quoties reminiscor.

CRatio uariandi per enalagen, sive
ετέρωσιν, Cap. XIII.

Proxima uariandi ratio est, quum cadē uoce modice
deflexa uarietatis nōmībil cōciliatur, ut Edax edo, bi
bax bibulus, bibosus bibo, loquax loquintuleius, nugator
nugo, blaterator blatero, fallax falsus, uoluptuosus uolu
ptuarius. Huius generis est, quū substantiū nomē adiecti
uo cōmutatur, aut cōtra, ut iuxta sententiā Homeri, iuxta
sententiā Homericam. Vir mire facundus, uir mira facun
dia. Insignite impudens, insignita impudentia. Quum uer
bum aēlium mutatur in passuum, aut contra, Plurimā
habeo gratiā, plurima tibi a me habetur gratia. Magna
me tenet admiratio, magna teneor admiratione. Non sic
amat filium mater, non sic amatur a matre filius. Et ut
rem infinite uariam summatim dicā, duobus potissimum
modis cōstat hæc mutatio, uel quum pars ipsa mutatur,
uel cum eadem orationis parte manente qualitas noua
tur, Ea totidem rationibus commutari poterit quo sunt
res que uoce cuiquam accidunt non cōfido facturum me:

b 4 non

ERAS. ROT, DE COPIA VERBORVM.

nō est fidutia. Non dubito quin possit, nō est mihi dubium
quid possit, Iudicet alij, aliorum est iudicium. Quid hoc
redisti? quid hoc redditio est? Desine nugari, desine nugas.
Est illi mira sitis auri, mire sitit aurum. Nrm istud uincere
triste. Infinitum uerbum pro nomine. Itē Virtus est ui-
tium fugere. i. uirtus est fuga uitiorum. In ys orationibus
uerbum nomine permutatur. Amantem redama, Prome-
renti benefac, Redama eum qui te amat, Benefac ei qui pro
meretur. Tui desideratissimus est, Te maxime desiderat.
Nemo tui uidendi cupientior, Nemo qui te magis uidere
cupiat. Hic uerbum p̄ticipio cōmutatur. Venit ereptum, ue-
nit eripe, uenit ut cripiat, hic uerbum supino mutatur. Ad
cōgerēdas pecunias ibiat, ad cōgerēdum pecunias ibiat, hic
gerundium ut uocāt, gerundio cōmutatum est. Hoc di-
lum oportuit, hoc dicere oportuit. Si qd recte curatū ue-
lis, si qd recte curari uelis, hic infinitum uerbum supino cō-
mutatur. Magnum dat ferre talētum, ferre pro ferēdum.
St̄helenus sciēs pugnæ, id est sciēs pugnādi. Cupidus li-
tium, cupidus litigādi. Hic nomē positum pro gerundio.
Libitum est, pro libuit, Misertum est, pro misertus sum.
Pertesum est, pro pediuit. Placitum est, pro placuit. Pudi-
tum est, pro puduit, Hic supinum pro uerbo. Meliuscula
est, meliuscule est. Plurimum est in foro, plurimus est in fo-
ro. Rarus est cōiuia, raro est cōiuia. Multus est apud mu-
lierē, multum apud mulierē uersatur. Frequēs est i aula,
pro frequēter. Assiduus in literis, pro assidue. Hic nomine
cōmutatur aduerbiūm. Verum alias fortassis ut commo-
dius,

dius, ita & copiosius de ijs dicemus. Nunc de qualita-
tis uariatione docēdi causa pauca ponamus, quasi digito
fontes ipsos indicantes.

CNumerus.

VSurpatur numerus pro numero. Rhomanus p̄-
lio uictor, pro Rhomani uictores. Et Vergilius.
Haud secus ac patrijs acer Rhomanus in armis. Vterum-
que armato milite complent, pro armatis militibus. Om-
nem pecuniā absumpsit, pro omnes pecunias. Populo im-
posuimus, id est, imposui. Et oratores uisi sumus, quum
de uno loquatur Cicero. Vergilius. Sed nos immensum
spacij consecimus æquor. Hominis uetus, pro uultu. Ani-
mos pro animo. Nam in prima p̄sona pro singulari plu-
ratuum numerum ponere frequetissimum est, aliquoties
modestiae causa. In secunda nunquam, nisi genus ipsum si-
gnificamus. Quæ ueltra libido est. i. uirorum. In tertia in-
uidiae causa mutauit Terentius. Quum ad uxores uentum
est, tum fiunt senes, quum de uno Chremete diceretur. In
explicatosque Platonas, Martialis, quum de uno Platone
dicat.

CPersona.

VAriatur & p̄sona pluribus modis, uel quum cer-
ta pro quavis ponitur. Quid facias? ut homo est, ita
morem geras. Videas & flumina sicca, id est, uideri pote-
rāt. Idē fit per primā personā itidē ut per secundā. Ne mi-
hi tum molleis sub diuo carpere somnos. Ne dorso ne-
moris libeat iacuisse per herbā. Neue tibi ad solē uergant
uineta cadentē. Nōnunquam pro prima, aut etiā secunda p̄-
sona tertiam usurpamus, Ut, ait Clodius, negat Cicero. i.
tu aīs,

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

tu ais, ego nego. Vergilius. Nec me meminisse pigebit
Elyssæ, id est, tui. Nunquā Erasmus Guilielmi queat obli-
uisci, pro eo quod est, nunquā tui potero obliuisci. Huc pti-
net quae uocatur Apostrophe. Scipiadas duros bello, & te
maxime Cæsar. Polydorum obtruncat. Et auro Vipotitur.
Quid nō mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Vergi.
Parēsim cum Apostrophe cōiunxit in illo. Haud procul
inde citæ Metium in diuersa quadrigæ Distulerat (at tu di
Elis Albæ maneres) Raptabatque uiri medacis uiscera Tul-
lus. Ad hanc formā pertinet quoties uerbum psonale imp-
sonali cōmutamus. ut Nō te hæc pudet? Nō te horum pu-
det? Dicitur passim pontificē aduentare. Plærique dicunt
pontificem aduentare. Dici non potest quam te amem. Ne
mo dixerit facile quam te amem. ¶ Genus.

Est nō nihil uarietatis & in generis cōmutatione, ut
lachrymat pro lachrymatur, luxuriat pro luxuria-
tur, fluctuatur pro fluēt, præuertere pro pueri, p̄cipia-
t̄at pro p̄cipitatur, auertit pro auertitur. Solebat fieri, soli-
tum est fieri. Nō quid cōpesci, nō q̄ta est cōpesci. Desuit habe-
ri in p̄cio, desita est haberri in p̄cio. Causa cōpedit agi, cōpta
est agi. Assentior, & assentio tibi. Cōspicor, & cōspicio. In
quorum postremo mutatur & συγγύλα. Nā illa q̄ refert
Diome, frustro, patio, moro, demolio, auxilio, populo, di-
gno, atq̄ id genus alia, pr̄scis arbitror reliquæda, nisi i car-
mīc iciderit, nā tū excusatius adibebūtur. Cōsillr i noībus,
Pileum & pileus. hæc ficus, & hic ficus. hæc barbitus, hic
barbitus, hoc barbitō. bicelleborus, hoc ellborū. ¶ Casus.

Casus

CAsus etiā mutatur. Eius rei mihi uenit i metē, ea res.
Nō sum id nescius, non sum cius rei nescius. Quædā
etiā citra Tropum, duplēcē habent cōstrūctionē. Vt hāc
rem, & hac re. Egeo tui, egeo te. Dives pccore, diues pcco
coris. Dono te libro, dono tibi librum. Impertior herā hoc
malo, impertior herē hoc malum. **C**Species.

Species uariatur, quū deducētijs utimur pro prioge
nijs, ut magnis negocijis prohibitus, magnitudine ne
gociorū prohibitus. Quū diminutiis loco simpliciū, ut lo
qūculis pro loquax, paucula pro pauca. Quū frequētiuis
uerbis, pro pmitiuiis. Diēlito pro dico, uolito pro uolo, iacti
to pro iacto. Quū substatiuo pro adieciuo. ut si q̄s pro pe
stilēte pestē appelleat, pro scelerato scelus dicat. Quū cōpara
tiū aut suplatiū absoluti loco ponimus. ut Tristior, &
lachrymis oculos suffusa nitētes. Et facūdissimus pro uehe
mēter facūdo. de q̄bus suo loco dicemus. Quū p̄onymicū
loco priogenij ponitur. ut Scipiadas pro Scipioib⁹. Verū
hoc in carmine fortasse liceat, in orōne prosa nemo tulcrit.

Figuræ mutatio copiā adiuuat, quoties **C**Figura.
Simplici diēlōe pro cōposita utimur, aut cōtra, sive
id tropo fiat, sive citra tropum. ut temnere pro contemne
re. Ruere pro eruere. Ponere pro deponere. Mittere pro
omittere. Rursum, Conscribere pro scribere. Comedere
pro edcre. Demirari pro mirari. Inaudire pro audire. In
cōgnoscere pro cōgnoscere. Consipere pro sapere. Cōplaca
re pro placare. Depēdere pro pēdere. Deridiculus pro redi
culus. Quandoquidem pro quando. Fit & hoc modo.
Nō po

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVN.

Nō potest pudeſcere. Nō potest pudeſcere. Tēpus est ut exp-
giscaris, ut expgeſias. Caleſcere & caleſcere. Ad hanc for-
mā fortasse reſerēdum eſt illud, quo tieſ cōpoſitā diſtione
ſimplicibus circumloquimur. Magnanimus uir, uir ma-
gno animo. Relege, denuo lege. Magnopere te rogabat,
magno te rogabat opere. Non animaduertit, non aduertit
animum. Non ſatiſfacit, nō facit mihi ſatiſ. Interdum ua-
riatur compositionis ratio. ut exprobrare & opprobrare.
persoluere, diſſoluere, exoluere, resoluere aēl alienum.

T

Empus quoque nō raro cōmutatur. Memini lege-
re, & memini legiſſe. Prædiceres pro prædiſiſſes, uel præ-
dicere debuiſſes. Lauruſ erat, pro laurus eſſet. uicimus, pro
uincemus. Salutato, pro ſaluta. Imuſ, ucnimuſ, uidemuſ.
Præſens pro preterito.

¶ Tempus.

¶ Modus.

H Vic finitima eſt modi uariatio, ut uicero pro uin-
cam. Salutabis pro ſalutato. Ne crede, ne credas.
Si uoles, ſi uolueris. Vbi uoles, ubi uolueris. Quum uoca-
bit Quum uocauerit. Quia bene natus eſt, quia bene natus
ſit. Venari pro uenabatur.

¶ Declinatio.

I N nōnullis licebit & declinationē uariare. ut hilarius
& hilariſ, uiolens & uiolētus, iuger & iugerum,
capo capus, pauo pauus, ſcorpio ſcorpious. ¶ Coingatio.
I N aliquot coniugationem. ut laucre pro lauare, ferue-
re & ferucre, accersere & accersire.

V Ariatur eadem diſtio ijs quoque modis. Prothesi,
ut tetuli pro tuli, gnato pro nato. Epenthesi, Ma-
mortis

uortis pro Martis. Proparalepsi. ut admittier, accingit,
dicier pro admitti, accingi, dici. Paragoge, potestur pro
potest. Aphæresi. Ruit omnia late, pro eruit. linquere ca-
stra, pro relinquere. Syncope, extinxi, dixi, pro extinxisti:
dixisti. Apocope, Mage pro magis, uin pro uisne. Quæ
quidem species sunt Metaplasmi, propterea quod dictio-
nem quasi transformat. Reliquas species prudens omis-
to, quod non admodum ad copiam facere uidentur. Et no-
bis propositum est, ea duntaxat persequi, quæ proprie per-
tineant ad id quod instituimus.

C Variandi ratio per antonomasiā. Cap. XIII.

PROXIMA uariandi sermonis ratio, constat An-
tonomasia, id est, nominis permutatione. ut si quis
pro Achille Peliden, aut Aeaciden dicat. Pro Romanis
Romulidas. Fro Troianis Priamidas, aut Dardanidas.
Pro Hercule Tyrinthium. Pro Venere Cytheream, aut
Cypridem. Pro Diana Cimthiam. Non unquam epitheton
pro nomine ipso subiucere licebit. Vergilius. Thalamo
quæ fixa reliquit Impius. impium pro Aenca dixit. Li-
uius Pœnum pro Hannibale. In Terentio sœpe senex pro
persona heri. Eiusdem generis est, si quis Poetam di-
cat, Homerum sentiens. Philosophum Aristotelem signi-
ficans. Quemadmodum Græci Persarum regem

nominant. Neque ab hoc genere abhorret, si quis pro
fure Verrcm dicat, pro molli Sardanapalum. quæ suo
loco referemus.

C Variandi ratio per periphrasim. Cap. XV.

Id si

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVN.

ID si pluribus uerbis fiat, Periphrasis erit, quam quidam
Circuitionem nominant, ut si quis euersorem Carthaginis & Numantiae pro Scipione dicat, ut Troiani belli scriptore dixit Horatius pro Homero. Item si Matuus uates ponatur pro Vergilio, Venusinus poeta, pro Horatio. Peripateticæ scholæ princeps, pro Aristotele. Stoicæ familie pater, pro Zenoe. Voluptatis assertor, pro Epicuro. Hæc autem ratio plurimis constat modis. Etymologia Notatione, Finitione.

Etymologia.

ETymologia, quum nominis rationem explicamus. Ut si quis hæreditatem dicat, qui hæreditates alienas appetat, caputque aut pro Parasito, hominem cibouentrique deditum. Aut pro philosopho, hominem sapientiae studiosum. Pro grāmatico, qui literas doceat. Pro assidue qui det æra. Pro locuplete, q plurima loca possideat. Pro pecunioso, qui magnam pecorum copiam possideat.

Notatione.

NO tatione constauit, quum notis quibusdam accidētium rem quāpiam describimus. ut si quis irā intelligens, animi aut bilis effruescentiam dicat, que pallorem uultui, ardorem oculis, tremorem membris inducat. Eiusdem generis est & illud. Qui digito scalpunt uno caputo quo molles & parum uiri significatur. Aut si dicas. Cubito se emungit, salsamētarium indicās.

Finitione.

Finitione constabit. ut si quis artem bene dicēdi pro Rhetorica dicat. Virum peculatorum, uirum qui ciuitatis. ærarium cōpilasset. Hominem tyramum, qui ui leges,

ges, ac ciuium libertatem oppressisset.

Cvariandi ratio per metaphoram. Cap^o XVI.

Alia uero uarietatis ratio ex metaphora nascitur quæ latine translatio dicitur. propterea quod uocem a genuina, ac propria significatione ad non propriam træffert, Ea multis modis tractatur. **D**eflexio

Primum deflexioœ, quoties uox e propinquo ad rem proximā defleclitur. ut uideo pro intelligo. Audi- re pro obtemperare, aut credere. Sētire pro intelligere. Per spicere pro cognitum habere. O dorari, olfaccere, pro suspicari ac deprehendere. Concoquere pro ferre Deuorare pro uincere, ac perferre. Complecti, exosculari, pro amare. Suspicer, pro admirari. Despicere, pro cōtemnere. Ita stu- pet animus, stupent oculi, stupent dentes. Siquidem in ijs, id quod est corporis ad animum transfertur. Quo Me- taphoræ genere nihil usitatius. Huc fortassis pertinent et illa, quoties cano pro dico, canto pro scribo dicimus. Præconium, pro laude. Buccinari, pro celebrare

CAb irrationali ad rationale.

Proxima species est, quoties a bruto aīante ad ani- mal ratioœ p̄ditum fit træslatio, aut cōtra. ut si ho- minem odiosæ, atque insulsa locutatis rudere dicas, aut blaterare, aut grumire, aut gammire. Si oblatrare pro ob- trectare, allarare pro conuictari dicas. Contra, si olorem canorum. musicum, lusciniam. perfidum, uulpe. ambitio- sam, leonem. assentatorem, canem dicamus. Cuiusmodi multa

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM

di multa Vergilius tribuit apibus, dum quicquid agitur
in hominum republica, id traducit ad hoc animal.

¶ Ab animali ad non animal, aut contra.

Longius erit petita Translatio, si ab animali ad in
animale traducatur, aut cōtra. Vergilius. Si tātum
pectore robur concipis. hic robur a ligno ad hominē trā-
stulit. Rursum. At procul excuso miratus uertice montis.
animalc ad inanimatum transfulit, quim uertice pro cas-
cumine dixit. Item. Et nunc omnis ager, nunc omnis par-
turit arbos. Et Ridet ager. Contra, Ambo florentes etati-
bus. Et uiridis ætas, & uernat ætas. Iratum mare, indi-
gnatus. Araxis, audiū marc, mirantur garga. Quod
genus & plura sunt exempla, & frequentius obvia, quā
ut hic debent referri. ¶ Ab animali ad animal.

Praeterea ab animali ad animal, ut si quis corium
sui inequitantem dicat, & pascentes apes.

¶ Ab inanimato ad inanimatum

Ab inanimo ad inanimum sumetur Metaphora,
si quis syluam scatere dicat, quod est fōtum, aut
odium suppullulascere, quod est fruticum. Aut si quis
pilos fruticari dicat, aut syluscere, quod est arborum. Si
quis orationem fluere dicat, aut fluctus, & undas nego-
ciorum. Eiusdem generis est, si quis collem uerrucam di-
cat, quemadmodum Cato.

¶ Metaphora reciproca. Cap. XVII.

Quedam translationes reciprocae sunt, siue cōmu-
nes, quas Græci uocant ἀκολουθαί. nam ut pro
gubers

gubernatore aurigam, ita pro auriga gubernatorem re
 te dixeris. Quædam unius duntaxat partis, quas ævæno
 Ævænos appellant. Si quidem ut uerticē recte transfers ab
 homine ad montem, ita non recte cacumen ad hominem
 traduxeris. Facit autem metaphoræ non solum ad copiam
 orationis, uerum et ad ornatum, ad grauitatem, ad eius
 detiam, ad sublimitatem, ad festinatatem. Nonunquam et
 necessaria est, quemadmodum rustici gémam dicunt in ui
 tibus, gémare uites, sitire agros, fructus laborare. Nos du
 rum hominem, asperum. neque enim aliud habemus uer
 bum. Sed quot modis adhibetur translatio, et quatenus
 differat a finitimis tropis, non est huius propositi scrupu
 losius persequi. Illud admonuisse profuerit. ut qui uolet in
 dicendo copiosus esse. ex optimis autoribus maximam insi
 gnum translationum uim annotatam comparet. Sunt autem
 apud M. Tullium optimæ, apud Quintilianum plurimæ.
 Ex adagij itenon pauca colligi poterunt. Propterea quod
 pleraque aut allegoriam habent, aut aliquam metaphoræ
 specie. In his colligendis nos laborauimus, haud scio quam
 feliciter, magnis certe uigilijs. Nihil uero prohibet, quo
 minus ipsi uel ex leclis, uel ex animaduersis rerum omnium
 naturis undecunq; metaphoræ fingamus, modo ne sit du
 ra translatio, ne sordida, ne maior quam oportet, ne dissimilis,
 ne nimium crebra, præsertim in eadem specie. Illud
 item non abs re fuerit admonere, metaphoram interdum
 in simplici nomine sitam esse, ut si quis hominem uentri ad
 dictum, pecudem appelle. Nonunquam in epitheto, ut quum

C saxeum

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

saxeum hominem , aut ferreum scriptorem dicimus , aut uitreas undas , floridam etatem . Interim in uerbo simplici , ut auolat etas , labuntur anni . Interdum additur quidda , quod metaphoram explicet . Inflammavit hominem cupiditate gloriæ . Incendit ira .

Cvariandi ratio per allegoriam . Cap . XVIII .

Idem efficit Allegoria quod Metaphora . Neque enim aliud est allegoria , quam metaphora perpetua . ut per dem conferre , pro eo quod est concertare argumentis . In gulum petere , pro eo quod est caput causæ aggredi . Et tragulam iniucere , pro eo quod est fallaciam intendere . Ut etiam nauem perforet , in qua ipse nauiget , id est ciuitatem cuertat , qua subuersa sibi quoque sit pereundum . Huius usus frequenter est in sententijs proverbialibus , ac pro uerbijs , ut flama fumo est proxima , quo significatur tempestiuiter cauendum esse periculum . Et uino uenibili sus pensa hedera nihil est opus , quum significamus rei per se laudabili , nihil opus esse commendatione aliena . Et Creti zandum aduersus Cretensem , id est mendacijs , ac dolis agendum cum subdolo , ac uano . In huiusmodi parœmijs allegoria nonunquam exit in ænigma . neque id erit uitiosum , si doctis uel loquaris , uel scribas . immo nem quidem si uulgo . Neque enim ita scribendum , ut omnes omnia intelligent , sed quedam etiam uestigare , ac discere cogantur .

Cvariandi ratio per catachresim . Cap . XIX .
Eandem

EAndem uim obtinet Catachresis , quam latini dis-
cunt abusionem. Atque hac nota secernitur a transla-
tione, quod abusio est ubi nomen omnino defuit, Transla-
tio ubi aliud fuit. Veluti quum parcidam dicimus, qui
fratrem occiderit . Et piscinam, in qua lauamus, nec pi-
sces insunt. Vires hominis breues, longum consilium, mi-
nutum animum pro paruo. Illud orationis genus maxi-
me probat Quintilianus . in quo trium permixta est gra-
tia, Similitudinis, Allegorie, & Translationis. ut Quod
factum, quem Euripum, tot motus, tantas tam uarias ha-
bere creditis agitationes, commutations, fluctus, quan-
tas perturbationes, & quantos aestus habet ratio Comi-
tiorum ? Dies intermissus unus, aut nox interposita sepe
& perturbat omnia, & totam opinionem parua non
nunquam commutat aura rumoris.

CVariatio per onomatopœiam. Cap. XX.

Non nihil accedit uarietatis & ex Onomatopœia
que fictio nominis dici potest. Quod genus sunt
Tarantara, pro cantu tubæ, sibilus, murmur, mugi-
tus. Ad eandem formam pertinet Paragoge, id est,
deductio, ac derivatio nouorum uerborum ex analogia
sumpta. que quir nobis etiam sit fugienda, non uideo,
si quando sententia postulabit. Syllaturire, pro eo quod
est Sylle mores imitari uelle. Et quemadmodum dicimus
Caturire, micturire, esurire, qd uerat quo minus iuxta ana-
logia dicamus dormiturire, scripturire, proscripturire, di-

C 2 *durire,*

ERAS.ROT, DE COPIA VERBORVM.

Elurire, bellaturirc, nupturire? Et quemadmodū dicimus græcari, quur non itidem dicamus, iuuenari, poetari, cornicari, rhetorici, philosophari, theologari? Ut laureati, nummati, scutati: quur nō itidem, pileati, laruati, personati, & si qua sunt similia? Quur non siccessere, sicut aresce re? Et in his quidem fictionibus Græci longe sunt latinis fœliciores. Nobis tamen nō nihil audiendum censeo, præser tim in carmine, & in uertendis græcis autoribus. Certe quæ reperiuntur apud idoneos autores, ea sunt audacter usurpanda. Neque enim illum uerbum nobis uideri debet durum, aut obsoletum, quod apud scriptorem probatum reperiatur. Qua quidem in re longe, lateque dissentio ab ijs, qui uocem omnem seu barbaram horrent, quam apud M. Ciceronem non legerint. Quin illud etiam obseruandum, eiusdem dictionis interdum uariam esse paragogē, quemadmodum superius attigimus. Voluptuosus est uoluptuarius, edax & edo, homunculus homullus homunio, pauxillum & paucula. Harum igitur omnium rerū obseruatio, copiam orationis non mediocriter adiuabit, propterea quod in his factijs nominibus magna pars opum linguae latine sita est.

Cvariandi ratio per metalepsim. Cap. XXI.

ABusioni cōfinis est metalepsis, quæ trāsumptio latinis dicitur. Ea erit, ubi gradatim itur ad id quod ostendimus, ut Speluncis abdidit atris, nām nō græ intelliguntur, ex nigris obscuræ, & per hoc demum in præcepis profundæ. Verum huius figuræ usus magis incidet in carmine

mine, quam in oratione soluta.

Cvariandi ratio per metonimiam. Cap. XXII.

Neque mediocriter ad copiam orationes facit Tropus, qui vocatur Metonymia, quae dicitur etiam transmutatio. Ea sit compluribus modis. Vel cum inuentorem pro re subiecta ponimus. ut Cererem corruptam undis. Sine Cerere & Baccho friget Venus. Receptus terra Nep tunus, classes aglonibus arcet Vulcano dicare. Vario Mar ta pugnare. Venus confert oculis & uoci. Hic inuentor, aut qui presidet, pro re subiecta ponitur. Quod si uertas, erit durius. ut unum precemur, nam hic deus presens adest. hic unum pro Baccho positum est. Vel quin id quod continet, pro eo quod continetur, usurpatur. Epotis cados, celo gratissimus amnis, id est, coelitibus. Sæculum fœlix. Aut contra, id quod durius, & violentius fit. Iam proximus ardet Ucagon, hominem pro domo posuit. Terentius eamus ad nos, id est, ad edes nostras. Et quum dicimus hominem deuorari, cuius patrimonium consumitur. Hunc tibi comedendum propino. De sene gustarit, id est, de pecunia senis. ubi dominus rei pro re ipsa ponitur. Vel quum ex efficiente effectum significamus. Hic melior remis. Significat enim uelocitatem, sed quæ per remos fit. Vel contra. ut Frigus pigrum. Mœstumque timorem mittite. Pallida mors. Audax inuenta. Pallentesque habitant morbi, tristisque senectus. Præceps ira, hilaris adolescentia, inconsultus amor. Inuercunda nox. Audax uinum. Vel cum ducem ponimus pro his qui subsunt, ut quum ab Hanni

C 3 bale

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

bale Cæsa apud Cannas sexaginta milia dicimus. Aut quum autorem pro opere ponimus, ut cum dicimus Ver gilium uenisse, Plinium semper in manibus habendum. Simile est huic, cum sacrilegium deprehensum dicimus, non sacrilegum. Et armorum scientiam habere, non artis.

Cvariandi ratio per synecdochē. Cap. XXIII.

Vehe menter adiuuabit copiam & Synecdoche, quam quidam intellectionem uocant. Quoties ex uno plures intelligimus, ut Romanus prælio uictor. Et Pœnus fugatus, pro Pœni. Ex parte totum, ut mucronem pro gladio, tectum pro domo. retroque, ut ingens a uer tice pōtus, Et fontemque ignemque ferebant. Ex specie ge nus, iracundior Adria, pro quo uis mari, Acheloia pocu la, pro quo uis fluui. Quod non ita commode uertitur. Ex materia rem confeclam, ut ferrum pro gladio, abies aut pinus pro naui. Ex præcedentibus sequentia, ut uir gineam soluit zonam, id est, deuirginauit, Subdidit equo calcaria, id est, cucurrit. Breuiter quum aliud ex alio intelligitur. Vixerunt, pro mortui sunt. Nos quo que floruimus. Et futimus Troes. Et iam summa pro cul uillarum culmina fulmant, noctem imminentem intel ligimus, quum longe aliud dictum, Porro ex signo rem signatam colligimus.

Cvariandi ratio per equipollen tiam. Cap. XXIV.

PRæcipua uariandi ratio sumitur per σοδυα μιαν, id est, per equipollentiam. Ea constat ne gatio-

gationis additione , detractione , geminatione , & uerbis contrarijs . Ut primas obtinet , non est in postremis . Vir egregie doctus , uir minime indoctus . Omnia fecit , nihil non fecit . Non nihil fallaciæ intendendum in hominem , id est , aliquid fallaciæ . Assumpto autem uerbo diuerso , & apposita aut adempta negatione , statim nouam orationis faciem constitueris . Placet , non displicer . Accipio conditionem , non recuso conditionem . Verum de his reliquisque æquipollentijs exactius suo loco tractabimus .

Cvariandi ratio per comparatiua. Cap. XXV.

IN nonnullis comparatiuis dictiōnibus fit hæc com mutatione citra negationem , translati sunt taxat partibus , ut Anteponit famam pecuniae , Posthabet pecuniam famæ . Minoris facit famam quam pecuniam , Pluris facit pecuniam quam famam . Prius habet lucrum quam honestum , Posterius habet honestum quam lucrum . Atque hæc quidem copia nascitur ex contrarijs . Cuiusmodi sunt , Suscipit , despicit , curat , negligit , appetit , fastidit , atque id genus innumera .

Cvariandi ratio per relatiuorum com mutationem. Cap. XXVI.

Facilis est item uariandi ratio per dictiones relatives . Vxor illius esse non uult , Non uult illum maritum . Recusat illius esse sacer , Recusat illum generum . Pudet me huius nurus , Pudet me huius socrum uideri . Non aliud mihi patrem optem , Nullius ma-

C 4 lim esse

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

lim esse filius. O me tali fœlicem præceptore, Fœlicem me
qui tuus sim discipulus. Cauis isti locaueris agrum, Ne co-
mittas, ut hic agrum conducat tuum. Iadudum expectat
ut uiro nubat, Expectat ut se uir aliquis ducat. Nolim ti-
bi debere, Nolim te mihi creditore. Hoc me docuisti, Hoc
ex te didici, Hoc mihi retulit Paulus, Hoc ex Paulo audi-
ui. Plurimum ex ea re capies emolumēti, Ea res plurimum
tibi adferet emolumēti. Literæ non parum ornamenti tibi
conciliabunt, Ex literis non parum ornamēti tibi accedet.
Pater filio recōciliatus est, Filius cum patre redijt in grām.

Variandi ratio per amplificationem. Cap. XXVII.

EX auxēsi, hoc est, amplificatione uariatur oratio,
quum amplificandæ rei gratia uerbum atrocius su-
bijcimus loco proprij. ut quum occisum dicimus, qui sit
cæsus, Latronem, qui sit improbus, Occidisse, cui rcs acer-
bior acciderit. Exanimatum, dolore affectum. Enectum, cru-
ciatum. Mutum, qui nihil respōderit. Reuixisse, qui spem
recepérerit. Huc pertinent & appellationes illæ, de quibus
ante nōnihil memini. quum carnificem appellamus homi-
nem immitem, Sacrilegum, sceleratum, Veneficam, malā.
Præterea illæ, Scellus, monstruum, pestis, labes. Postremo
ff hæ, Atreus pro crudeli, Sardanapalus pro effeminato.
de quibus suo loco copiosius.

Variandi ratio per Hyperbolē. Cap. XXVIII.

VAriat & Hyperbole, quam quidam superlatione
nominauit, ut Hic uel saxa sua loquacitate possit
rumpere. Cœlum digito attingere, Q cyor Euro. Et fulmi-
mis

nis ocyor alis. Vox astra ferit.

Clariādi ratio p μειωσιν. i. p diminutionē. Ca. XXIX.

Duersus uariandi modus per μειωσιν, hoc est, p diminutionē. ueluti quoties attigisse dicimus eum qui pulsauit, læsiſſe q uulnerauit. Interdum diminutio ſapit Hyperbolē. ut Vix oſſibus hærent. Breuior Pygmeo. Minus habet quam nihil. Verum de his quoque nōnullā ſuo loco differemus.

Clariādi ratio per compositionem. Cap. XXX.

Variatur oratio nōnihil & ex compositione. Ea ſi-
ra est in his ferme figuris Asyndeto, Polyſyndeto.
Veni, uidi, uici. Tectumque, laremque Armaque, Amy-
cleumque canem, cressamque pharetram. Syzeugmeno. id
fit quoties ad unum uerbum plures ſententiæ respondent.
Fit autem trifariam, aut quum præponitur, aut quum ſe-
quitur, aut quum interponitur. ut Deflorescit forma, uel
morbo, uel etate. Vel morbo, uel etate forma deflorescit.
Aut etate forma deflorescit, aut morbo. Vicit pudorem li-
bidō, timorem audacia, rationem amentia. Contra. Neque
enim iſ es Catilina, ut te aut pudor unquā a turpitudine,
aut metus a periculo, aut ratio a filiore reuocarit. Non-
nunquam & per iterationem repetitū non coniunctio,
ſed nomen, aut uerbum, quam Epanalepsim uocant. Nihil
ne te nocturnum præſidium palati, nihil urbis uigilie,
nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, ni-
hil hic magnificientissimus ſenatus habendi locus, nihil ho-
rum ora uultusque mouerunt? Simile huic. Vicit pudorem
libidinē.

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

libido, uicit timorem audacia, uicit rationem amentia.
Aut per συνωνύμιαν : Vicit timorem audacia, rationem superauit amentia, libido pudorem expugnauit.
Experiamur igitur quod rationibus eadem sententia pos-
sit per has figurās uariari. Contemnit deos, contemnit homines. Deos contemnit, homines contemuit. Contem-
nit & deos, & homines. Et deos & homines contem-
nit. Deos contemnit, atque homines. Ad hunc locum
pertinent & illa. In die quam frigoris patientior. Lu-
cri quam gloriae cupientior. Cupientior lucri quam glo-
riae. Lucri cupientior, quam gloriae. Chariorem habeo
neminem, & Neminem habeo chariorem. Quanquam
haec non ita multum adferunt momenti, adiuuant tamen.
Et quibus de causis. Ob eam rem, Eam ob rem. Ob caus-
am tam paruulam, Tam paruulam ob causam. Venia
ad te, quando ita uult pater, Quando ita uult pater, ue-
niam. Eiusdem rationis est, quum ex oratione simplici
duplicem facimus, aut contra. ut Omnia tua mihi de-
bes. Quicquid habes, id omne mihi debes.

Variandi ratio per σύνταξιν, id est, con-
strucionem. Cap. XXXI.

Ex ordine sue constructione item nonnulla sermonis
euarictas existit, id quod superius attigimus. Nam
pleraque dictiones sunt, quae non respuunt diuersam co-
structionem, ut multum pudorem, et multum pudoris.
Scripsit mihi, & scripsit ad me. Diuersum seu alienum
buic, & diuersum seu alienum ab hoc. Iactat maiores
suos,

suos, iactat se de suis maioribus. De te somniaui, te somniaui. De te ridet, te ridet. Tota nocte potauit, totam noctem potauit. Romanorum summus, summus inter manus. Seruitus morte durior, seruitus durior quam mors. Damnatus est de repetundis, damnatus est repetundarum. Natus gloriæ, natus ad gloriæ. Tuæ partes sunt, tuarum est partium.

Variandi ratio per mutationem figurae uarijs modis. Cap. XXXII.

Variatur oratio quoties alio, atque alio affectu, ac ueluti habitu profertur. Quam interim figuræ mutationem licebit appellare. Ut, non est miserum mori, usque adeo ne mori miserum est? Nihil est te uanius, an quicquam te uanius? Hic per interrogationem uariata est figura. Non magnam laudem assequutus est, Egregiam uero laudem es assecutus. Non ista curat populus, Id populus curat scilicet. Hic per Ironiam cōmutata est sermonis facies. Vehementer amat pecuniā, Dij boni quam amat pecuniā? Per admirationē uersus est orationis color. Tum deos contēnit, tum homines. Haud scio magis ne deos contēnat, an homines. Hic per dubitationem cōmutata est orationis forma. Nihil mihi charius, aut antiquius fama, Dispereā si qd mihi charius fama. Hic p adiurationē uariatus est sermo. Ista nunquā cogitaui, Dij meliora, quā ut ista cogitarim. Hic p abominationē cōmutatus est dictiōis color. Est uir insigni uanitate, O singularē hoīs uanitatē. Hic per exclamatiōē. Non modo uirgineis aliquot consuprant,

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVN.

stupravit, uerum etiam Vestalē incestu polluit. Virgines cō plures stupravit, ut interim de uestali incestu polluta si leam. Hic per occupationē uariatus est sermo. Cum ēt ge nere sis obscurissimo, ēt re nulla, nullis literis, nulla for ma, nullo ingenio, quid est cur te adeo iactes? Quid ha bes cur tam sis insolens? Natalium splendorē? atqui ge nere es obscurissimo. O pes? at uel Iro ipso pauperior es. Eruditionem? sed bonas literas nec attigisti unquam. For man? at ipso Thersite deformior es. Ingenium? at istud profecto nactus es stupidissimum. Quid igitur ista tua ia ctantia est, nisi mera insania? Hic per subiectionem ua riatus est orationis habitus. Neque uero solum per omnes figurās, uerum etiam per locos prope omnes uariari potest oratio. Ceterum quoniam hæc magis uidetur ad rerum copiam pertinere, secundo cōmentario de his diligentius differemus. Ac formas ferme omneis paucis indicauimus, quibus manente sententia commutatur oratio.

¶ Experientiae. Cap. XXXIII.

Nunc quo res fiat dilucidior, experiundi gratia sen tentiam unam, atque alteram proponamus. con es murque quoad fieri potenterit, eandem ueluti Proteum in omnem speciem uertere. Non quod omnis uariandi ratio in unam quampiam orationem possit incidere, sed quot incident, tot utemur. Sumaturque illud exempli loco.

¶ Tuæ literæ me magnopere delectarunt.

Tuæ pronomen non admittit synonymiam. Tuæ amplitudinis, Tuæ paternitatis, Tuæ maiestatis.

Periphra

Periphrasis est. Si nomen proprium ponas, puta Fausti,
Heterosis est, & partis & personæ Fausti literæ. Si Faus-
tinae literæ, Heterosis substantiæ epitheton. ¶ Literæ.

Epistola, literæ, tabellæ, Synonymia est. Literulæ, epi-
stolum, tabellulæ, Heterosis. Schedæ, scripta, Synec-
doche. Quod ad me scripsisti, Periphrasis est. ¶ Me.

Animum meum, meum pectus, meos oculos, uel Pe-
riphrasis uel Syncedoche. Nos pro me, Enallage nu-
meri. Erasmus pro me, Heterosis è psonæ. ¶ Magnope.

VAlde, uelementer, nimium, mire, mirifice, magni-
fice, &c. Synonymia est, Magnopere, summopere,
supra modum, præter modum, unice, αὐξητις est. Hand
mediocriter, non parum, non uulgariter, per contraria &
negationem dici non potest, quantopere, incredibile dictu,
uerbis consequi nequeam, atque id genus alia Hyperbo-
len sapiunt. ¶ Delectarunt.

Oblectarunt, recrearunt, exhilararunt, Synonymia
est, nisi quod in exhilararunt Metaphora uidetur
esse. Voluptatem attulerunt, uoluptati fuerunt, incundæ
fuerunt, & similia Periphrasim habet. Voluptate pfecte-
runt, mellitisimæ fuerunt, & cōsimilia Translatitia sunt.
Nō iniucundæ fuerunt, nō insuaves, a cōtrariorum pmuta-
tione. Reliq̄ citra cōtextum cōmode ostēdi nō possunt. Nūc
igitur experiamur. ¶ Tuæ me literæ magnopere delecta-
runt. Delectarunt mirum in modum tuæ me literæ. Ma-
iore in modum me tuæ delectarunt literæ. Hactenus præ-
ter cōpositionē nihil ferme mutatum est. ¶ Tuis literis
sum

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

sum magnope delectatus. Delectatus sum maiorē in modum tuis literis. Hic genus verbi duntaxate est cōmutatū.

Ep̄la tua me uehemēter exhilarauit. Tua qđē ep̄stola sum uehemēter exhilaratus. Tuē literulē nō mediocriter animū meū refecrunt. Humanitatis tuē scriptis sum non mediocriter animo refectus. Ex amantissimis literis tuis incredibilē cōipi uoluptatē. Hypbole & relatio.

Amātissimae tuē literae incredibilē mihi uoluptatē attulerunt. Nouā quādā lētitia tuē schedae mihi pepererunt.

Tuis ex schedis mirificā lētitia cōcepi. Summum gaudium tua scripta mihi adportarunt. Tuis e scriptis summum mihi gaudium allatum est. Ex excellentiae tuē literis magnam hausimus uoluptatem. Et hic relatio est. Cetera sibi quisque facile annotabit. **E**x Fausti mei literis plurimum hausī uoluptatis. Tuis e scriptis haud vulgaris mihi uoluptas accessit. Ep̄stola tua sum unice delectatus. Ex Faustinis literis mirificum quoddā oblectamentum percepī. Tuē literae sane quam delectarunt animum meum. Ineffabili gaudio tuē me schedulē p̄fiderunt. Hic Metaphora est. **T**uis ex literis nouā quadam delectatione sum p̄fusus. Incredibili lētitia tua me scripta delibutum reddiderunt. Et hic Metaphora.

Haud parum delectamenti tua mihi conciliauit ep̄stola. Legendis tuis literis oppidoquam sum delectatus. Lēctio tuarum literarum singulari uoluptate delinivit mentem meā. Admodum delectabilis mihi tua fuit ep̄stola. Eximia quadam lētitia tuē me literae affecerunt.

Tuis

Tuis ex literis singulari sum affectus lætitia. Maximæ uoluptati mihi tua fuit epistola. Summo oblectamento mihi tua scripta fuerunt. Incredibili gaudio mihi tua fuit epistola. Nimisquam iucunda nobis tua fuit epistola. Summae iucunditati nobis tua fuit epistola. Suauissime mihi tuæ fuerunt literæ. Tuis ex literis singularis mihi profecta est lætitia. Tuæ literæ fecerunt, ut prorsus exilirem gaudio. Tuis acceptis literis lætitia geſtibam. Vbi mihi tuæ sunt redditæ literæ, lætitia sum expletus. Lectionis amantissimis tuis literis, noua quædam lætitia correptus sum. Acceptis literis tuis incredibilis uoluptas coepit animum meū. Inusitata lætitia me tua demulſit epistola. Quod ad me scriperis id mihi tam iucundum fuit, quam quod iucundissimum. Quod ad me tuas dederis literas, id uehementer fuit gratum. Quod me tuis dignatus es literis, eo nihil mihi potuit accidere gratius. Tuæ me literulæ oppido gaudibundum effecerunt. Tuis literis oppido, quam letabundus sum effectus. Quod me tuis literis certiore reddideris, fuit id mihi nō gratum modo, uerūmetiam iucundum. Quum tua ad me perferretur epistola, uidisses me gaudi magnitudine gestientem. Quod me saltem epistola salutaris, id profecto uoluppe fuit. Literis tuis nihil adferri potuit optatus. Epistola tua ad nos uenit uehementer expectata. Literis tuis nihil adferri potuit desyderatus. ¶ In his tribus Metalepsis est, aut certe Synecdochæ. Nam iucunda solent accidere, quæ magnopere desyderauerimus.

Non

CNon possunt non esse iucundissimæ Erasmo Fausti
ne literæ. Non iniucunda mihi tua fuit epistola. Ne
tiquam insuauis mihi tue uenerunt literæ. Haud qua
quam ingrata mihi tua scripta acciderunt. Tam dulcis
mibi tua fuit epistola, quam ea quæ sunt dulcissima.
Literas tuas multa cum uoluptate perlegi. Epistolam
tuam non sine summa uoluptate recepi. Qui mihi tuas
reddidit literas, is mihi gaudiorum cumulum deculit.

Dictum mirum quam me tua cœperit epistola. Schedæ
quas abs te missas accepi, noua quadam gaudiorum lu
ce pectus meum serenarunt. Literæ tue quicquid in ani
mo moeroris erat, id omne protinus excusserunt. Mirā
animo persensi uoluptatem, quim tua nobis redderetur
epistola. Tuis ex literis uoluptas insolita animo inces
sit meo. Tuae literæ fuerunt in causa, ut affatim gau
dio. Dici uix queat, quantum mihi lœtitiae tuis ex literis
obortum sit. Vix possim sermone consequi, quantum gau
diorum ex tua mihi natum sit epistola. Dictu mirum
est, quantum uoluptatum nobis ex tuis affulserit literis.
Deum immortalem, quam ingens gaudium nobis e tua
prouenit epistola? Papæ quantas lœtitiae causas nobis
tuae literæ suppeditarunt? Dij boni quantam vim gau
diorum tua mihi scripta subministrarunt? Maiorem
lœtitiam tue mihi tabellæ attulerunt, quam ut explicare
possim. Plurimum uoluptatis nobis tuus tabellarivs
adportauit. Vix credas quantum aceruum lœtitiae lite
rae tue

ræ tuæ in animum inuexrunt meum. Verbis eloqui nequeam, quantis gaudijs me tua onerarit epistola. Quir autem sic uerear loqui, quum Terentius dixerit multis cōmoditatibus oneratum diem? Tuæ me literæ gaudijs onussum reddidere. Tuis literis ualde sum gauisus. Tuis literis unice sum letatus. Tua scripta nobis uber rimam lætitiae copiam offuderunt. Lætissima mihi tua fuit epiflola. Tuis literis factum est, ut prorsum frontem experrexerim. Visis tuis literis protinus animi mei frōtē explicui. Inter legendum ea, quæ ad me scripsisti, mira quædā uoluptas animo obrepst meo. Simul atque tuas inspexisse literas, noua quædā gaudiorum uis mente oculi cupauit meam. Inspec̄tis tuis literis incredibilis quidam effusus lætitiae pectus subiit meum. Acceptis humanissimis literis tuis, immensa quædam lætitia me totum obseedit. Emoriar, si quicquam unquā accidit incundius tuis literis. Dispeream, si quid in uita suauius obtigit tuis literis. Ita me musæ bene amet, ut nihil antehac accidit tuis literis gratius. Caeue credas rem ullam obijci a fortuna posse incundiorem, quam tuæ sint literæ. Quam ipse charus animo meo, tam me iuuat tuæ literæ. Papæ quātum gaudiorum tua mihi excitauit epistola? Quantum risus, quantum plausus, quantum tripudiorum tuæ nobis attulerunt literæ? Elegantissimas tuas literas legens, insolita quadam lætitia tangebar. Calamus tuus me gaudijs exsaturauit. Multam uoluptatem mihi tua preebuit epistola. Totum me gaudijs imbuuit tua tam elegans epistola.

D Ominus

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

Omnis pectoris mei sinus uoluptate refert tua tam amabilis epistola. Rara quadam uoluptate me tuæ resperserunt literæ. Tua quidem epistola nouam quandam animo meo uoluptatem aspersit. Tuis literis nulla res unquam accidit mihi festinior. Nihil unquam uidi tuis literis lubentius. Haud est quicquam quod gaudientiore ac ceperim animo, quam proximas Fausti mei literas. Quo me credis affluxisse gaudio, quum tuum nomen tuis in literis agnoscerem? Quum tabellarius tuam mihi tradiceret epistolam, statim animus mihi lætitia ineffabili pruri recepit. Quid ego tibi nunc referam, quæ uoluptas acceptis tuis literis animum Erasmi tui titillarit? Animus gaudio uelut exundabat, quum tua mihi redderetur epistola. Ut lubes tuam accepi epistolam? Posteaquam epistolum tuum ad me delatum est, animus nimurum mihi gaudio effebuit. Vix eram apud me præ gaudio, quum tuas acciperem literas. Literarum tuarum lepos, præcipua quadam uoluptate remoratus est animum meum. Non possum non uellementer gaudere, quoties tua scripta ad nos aduolant. Mel merum mihi tuæ fuerunt literæ. Quicquid literarum abs te proficiuntur, id mihi Synere ac melle fluere uidetur. O piparis literarum tuarum epis-
lis sum lautissime refeclus. Tua scripta sunt mihi qua-
uis Ambrosia suauiora. Schedule mei Mori mihi fuerè uel mensis Siculis lautiores. Nulla uoluptas, nullæ sunt delitiae, quas cum tuis literis conferre uelim. Nausea sunt omnia præ tuis literis. Inter legēdum amantissimas lite
ras tu

ras tuas, Erasmi peccus gaudio subsultabat. Chartæ dī
gitis tuis exaratæ, me quantus eram gaudijs explerunt.
Meræ delitiae cordi meo sunt quicquid scriptorum abs te
redditur. Nil nisi gaudium tua spirat epistola. Festum
diem attulit is, qui tuas attulit literas. Triumphum ad-
duxit, qui tuum adduxit epistolium. Nullum ego neclar
tuis scriptis anteposucrim. An ego ullum mel Atticum
cum tuis amantissimis literis contulerim? Saccarum nō
est saccarum, si cum literis tuis componatur. Nulli mor-
talium tam sapit lotus, quam mihi tuæ literæ sapiunt.
Quod sifienti uinum, hoc mihi tuæ sunt literæ. Quod apī
bus Citysus, quod salignæ frōdes capellis, quod urso mel,
hoc mihi tuæ sunt literæ. Epistola tuæ paternitatis mihi
fuit quouis melle mellitior. Vbi recepissem tantopere expe-
ctatas tuas literas, dixisses Erasnum plane gaudijs ebriū.

Vt redditæ sunt abs te literæ, statim uidisses nos nimia
quadam letitia quasi temulentos. Quam unice te diligo,
tā unice tuis epistolis delcētor. Nil nisi merum delitium
tua mihi scripta uidentur. Non tam palato blandiuntur
ullæ cupedie, quam animum meum tuæ literæ deliniunt.

Nullæ lautitiae suavius titillat palatum, quā tua scripta
mentē titillant. ἀμέλεας ἄδονῶν attulit, qui tuas reddidit
literas. Voluptatum δάσον ad portauit tabellio tuus, tuis
ad me redditis scriptis. Gaudiorū δάλας αρ aduexit is quod
shedas p̄tulit tuas. Mibi planæ tuæ līræ fuerūt quod Per-
sis θός ἐγκέφαλος, quemadmodū aiunt græci. ¶ In his
porro si quod uidebūtur eiusmodi, ut in orōne soluta uix tolle-

D 2 rāda

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

randa putentur, meminerit hac exercitationem ad carmine quoque cōpositionem accōmodari. Age iam ad eundem modum in altera quāpiam sententia uariandi facultatem experiamur. Eaque deligatur, natura nō admodum sœcunda, neque ad uarietatē idonea, quo magis appareat quantum possit hæc cōmutandi ratio, si usū, atque exercitatione confirmetur. Hanc igitur sententiam sumamus.

CSemper dum uiuam, tui meminero.

Principio aduerbio semper, nullum respondet synonymum, neque in aliā uocem deflecti potest. Deinde Vnuam nullum item habet synonymum, & uerbum est unicæ uocis, id est, neutralis, nec ullum ex se propagat nomen præter uitam. Deinde Meminero non solum unicæ uocis est uerbum, uerum etiam mancum, & mutilum, neque sterile, ut poterit a quo nulla soboles proficiscatur, præter memor & memoria. Porro duo uerba quæ his opponuntur, mori & obliuisci uidelicet, & ipsa sunt tum māca, tum sterilia. Tamen aggrediemur. Cæterum uarian di rationes ex superioribus per se lector agnoscat. **C**Semper dum uiuam, tui meminero. Nunquam dum uiuam, tui non meminero. Nunquam quoad uiteturus sum, me tui capiet obliuio. Haud unquam dum uixero, tu animo excideris meo. Nunquam donec uiuam, mihi uenies in obliuionem, Nunquam quoad in uiuis ero, tui nobis ueniet obliuio, Non prius tui meminisse desinam, quam uiuere. Non me ante tui memoria, quam uita ipsa reliquerit. Usque dum spirabo, tui memor fuero. Donec hac luce

2 3

luca fruar, tu animo hærebis meo. E uiuorum contubero
 nio citius migrauerim, quam tui memoria nostro pecto
 re demigrarit. Ipse prius c uiuis excessero, quam Morus
 e nostra excescerit memoria. Lux hæc me prius deficet,
 quam tui immemor esse cœpero. Vita me non serius des
 stituet, quam tam chari capit is recordatio. Idem dies mi
 bi tui memoriam eripiet, qui uitam. Eadem lux obliuia
 tui nobis est adductura, quæ morte. Idem nostræ tui me
 moriae, uitæque finis erit. Dum memor ipse mei fuero,
 cui meminisse nequitquam pigebit. Non alius nostræ tui
 memoriae, quam lucis erit interitus. Is solus dies tui me
 moriam extinxerit, qui uitam. Ante mei ipsius, quam tui
 obliuisci incipiam. Nostro e pectore non prius clabetur
 Mori memoria, quam hæc anima. Præter unam mortem
 nullus omnino te mihi casus expectorabit. Ego ne tam
 iucundi coniectoris unquam uiuus queam obliuisci?
 Tum demum Mori sui obliuisci poterit Erasmus, quem
 ipse sui desinet memor esse. Dum mihi sensus ullus mei
 reliquus erit, tu semper animo nostro obuersaberis.
 Cordi meo charior es, quam ut uiuo quidem in obliuio
 nem uenire possis. Intime nostris in præcordijs repositus
 est Morus, sic ut præter unam mortem nulla res illum in
 linc queat eruere. Orco tradar ipse prius, quam te man
 dem obliuioni. Dum spiritus his oculis, his manibus im
 perabit, tu pectori insidebis meo. Dum spiritus hos re
 get artus, tui meminero. Quandiu supererit in nobis ha
 litus, non quin ero tui non meminisse. Dum in uiuis aga,
 D 5 usque

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

usque uiuet in me tui memoria. Is mihi dies uitæ finis erit, qui tui obliuionis erit initium. Idem casus hanc animam, teque e meo reuellet animo. Donec superstern essem superi, tui perpetuo recordabor. Dum quicquam uitalis caloris in hoc pectore palpabit, tui memoria non evanescet. Non mihi diurnior uita futura est, quam tuorum in me meritorum memoria. Non mihi brevior fuerit tui memoria, quam ipsa uita. Non minus durabilis erit tui capititis recordatio, quam haec ipsa uita. Me tibi eripiet is dies, qui tui memoriam adimet. Ipse mihi subducatur prius, quam te in memoria habere desitero. Haud longior erit mihi lucis huius functionis, quam tuæ benignitatis memoria. Non mihi posterius suppetet uiuere, quam tui meminisse. Extra me fuero citius, quam Morus intra hoc pectus esse desinet. Vita haec tuique memoria parista dio ad metam decurrent. Prorsus non erit Erasmus, quem Mori immemor erit. Non extabit hoc caput, ubi tam singularis amici quiuero obliuisci. Donec supra terram astrus suum, non committam ut obsolescat apud me tuæ comitatis memoria. Donec communem hunc aerem hauriam, tu crebro animo occursabis meo. Nunquam serius futurum est Erasmo uitam, quam tui memoriam obseruare. Haud mihi senior durabit uita quam tui memoria. Non ante de te cogitandi finem fecero, quam Atropos fatale illum secuerit. Si qua dies unquam tui paritura est obliuiscientiam, ea certe nunquam antecesserit ei, quæ me luce orbabit ipsa. Sol hic qui uidet omnia, nunquam me uidebit non

bit non memorem tui. Mors una tui recordationem his
& præcordijs emouebit. Donec ulla uite portio his in ar-
tibus residuebit. Morus ab Erasmi cogitatione nunquam
aberit. Quandiu sanguinis ulla pars hoc in corpusculo
calebit, nunquam apud me restinxerit Mori memoria. Mihi
quidē dum uita aderit, tua mēte mea nunquam es absolu-
rus. Quousque manabit huius animæ corpusculique co-
pula, tu a mea memoria nullo tempore seiungeris. Prius
animus corpori, quā tu animo meo præsens esse desines.
Spiritus ipse citius ex huius corpusculi domicilio demis-
grabit, quā animo impressa meo imago tui deleatur.
Aequa diuturna fuerit apud me tui memoria, ac uite cur-
sus. Eadē erit & uiuēdi, & de te cogitādi meta. Nō ar-
elioribus pomerijs tui recordatio claudetur, quā ipsa uita.
Quoad ulla uena mihi uitali tempore saliet, dulce fuerit
usque tui meminisse. Quātum mea Lachesis fatale flāmē
extēderit, tātumdē extēdetur & mea tui memoria. Eadē
mibi & uiuēdi, & de te cogitandi mēsura fuerit. Quo-
ad corporis molem flatus uiuificus sustinebit, animum
maxime tui memorem geram. Dum lucis usum cœlis-
tum indulgentia concedet, te semper animo feram.
Dum uitam permittent superi, non cōmitemus, ut tam
fidi congerronis unquam nobis obrepat obliuio. Donec
me non deficiet anima, animum hunc & memorem,
& gratum nunquam posuero. Quoadusque sole uolu-
bili fui fas erit, hunc hominem habebis tui memorem.
Viuum non uidebit Erasmus, qui uidebit oblitum tui.

D 4 Quāto

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

Quanto tempore uita mibi duratura est, mens quidē hæc manebit tui recordantissima. Quandiu supero hoc Ioue continget frui, non mibi contigerit obliuisci tui. Donec uita perseverabit, tu cordis obtutibus semper es obuersaturus. Nominis ante mei, quam tam rari amici mibi uetera est obliuiscientia. Ipse mibi prius excidero, quam tui uultus imago. Vnde quidem Erasmo haud unquam excedet Morus. Nulla diuturnitas æui, tui apud me memoriam obliterabit. Nō nisi tecum tui extinguetur memoria. Ante fatalem diem e nostra memoria non eliminaberis. Ante obitum nō desistam tui meminisse. Ante suprema funera non cessabo tui memor esse. Non ante exacta uitæ stamina tui queam obliuisci. Vino quidem Erasmo Morica memoria haud unquam effluet. Tui apud me memoriam nulla unquā etas antiquabit. Ante summum diem non abrogabitur in me memoria tui. Nulla neque locorum, neque temporum iniuria efficiet, quo minus etiā tui quam maxime meminerim in uita. Per omnem uitā tui meminero. Hæc uita quam longa cōtinget, cum tui memoria semper erit cōiuncta. Ad ipsum usque rogum me tui memoria semper prosequetur. Mei sensu carebo, priusquam coniunctissimi hominis cariturus sim recordatione. A meis ipse membris distrahabar ante, quam tu ab animo meo diuellare. Mors mibi, citius acciderit quam obliuio tam dilecti capit. Certum est mortem oppeterem potius, quam tui memoriam non iugiter obtinere. Non nisi me sepulso, tui recordatio sepelietur in me. Tui quidem

dem aut mecum, aut nunquam est interitura memoria.
Donec expirem ipse, spirabit in me Mori mei memoria.

Donec apud superos agitabimus, nunquam mibi incesset tuae benignitatis obliuio. Nihil tam arduum haec uita mihi gignere queat, ut tui memoriam ex his præcordijs possit extundere. Nulla res tam atrox mihi possit in hac exoriri uita, quæ tui conciliet obliuionem. Viuo nihil posset existere, quod mihi tua erga me humanitatis conflet obliuiscientiam. Sic in me radices egit memoria tui, ut nullis omnino casibus, qui quidem uiuis soleant accidere, sit unquam cessura. His nimirum monumentis animo meo consecratus es, ut ea nullum æui spatum ualcat demoliri, nisi forte mors, cui nil rerum mortaliū non cedit. Nisi ipse mortalis essem, non dubitarem hanc de te memoriam immortalē fore polliceri. Si immortalis esset Erasmus, immortalis itidem foret tui apud illum memoria. Eiusmodi statuam in animi mei penetralibus tua merita creixerunt, ut ea quoad me tellus sustinebit, nullo casu sit diruenda. His titulis Morus inscriptus est cordi meo, ut eos nulla temporis iniuria possit unquam exedere. Non nisi una cum ætate tui recordatio in me consenescet.

Ipse mihi prius excutiar, quam Mori nomen ex adytis cordis exigatur. Id unum tibi & confirmo, & praestabo, donec in mortalium numero futurus sum, tu e scrinio memorie nunquam dimouebere. Ut omnia tempus possit, certe hoc unum illi non licebit unquam, ut uiuo mibi tui pariat obliuionem. Semper hic animus tui cum pri-

mis

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

mis meminerit, neque id me dies quamlibet longa dedo cebit. Donec me tellus alet, unum illud nunquam quibo dediscre, uidelicet tam rari soldalis meminisse. Donec futurus sum ἐπιχθόνιος (ut Homericu dicam uerbo) Mori memoriam continentur obtinebo. Quoad mihi contingat inter σῖτον ἔδοντας (ut Homerice loquar) annumerari nunquam hoc de pectori Mori uultus labetur. οὐ φέρειν γάρ τι μετέω καὶ μοι φίλαι γουνάται δρόμοι, quemadmodum inquit Homerus, tu mihi nunquam es obliuiscendus. Εμεῦ γῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δεξιού μερέοι, ut est apud Homerum, nunquam te auferet oblio. Tui memoriam perpetuo pariter cum ipso uitæ progressu producam. Superstitti Erasmo sublimitatis tue memoriam nullus unquam dics expunxerit. Corpore quidem abs te distrahi potero, uerum animo te semper intuebor, quoad uitam numina largientur. Donec aura uitalis hos artus moderabitur, tu a nostris cogitationibus nullo momento es absfuturus. Usque adeo penitus his præcordijs tui impressa est memoria, ut nullo unquam paclio uideatur eradenda. Ut omnia tempore marcescant, tui certe memoria ad occasum usque uitæ apud me uigabit. Arctius Morum mecum animo cōplexus sum, quam ut uiuo possit elabi. Eadem me lux exanimem uidebit, quæ tui conspiciet immemorem. Adeo uiuam quandam imaginem tui, pectori insculpsisti meo, ut uix etiā mors ipsa sit abolitura. Non erit Erasmus tui memoria uiuacior. Tam uiuaxerit tui apud me memoria, ut ipse non

non sim futurus uiuacior. Nunquam intercidet apud me
Morica memoria, donec ipse non intercidero. Seper hunc
homini experieris tui recordantē, donec uite particeps erit.

Expers huius uitæ facro, priusquā a tui memoria alico-
nus. Adeo uiuax est in me tui memoria, ut ipse non sim
illi futurus supstes. Altius mœ⁹ memorie insedisti, quā
ut ulla te res inde queat emoliri. Tenacius inhæres cordi
meo, quā ut præter mortis casum, quicquā aliud inde te
queat cūcere. Penitus hoc in pœclore cōditus es, quam ut
hinc ulla ratione sis excludēdus, donec mihi uitā fata nō
inuidebunt. Interius insitus es animo nostro, quā ut inde
incolumi quidē qucas extirpari. Fixius impressum est cor
di meo simulacrum tui, quā ut supstisi possit unquā detra-
hi. Sic effigies tui, cogitationi mœ⁹ penitus impressa est,
ut cā nulla sit etas abrogatura. Dum uita suppeditabit,
nihil extiterit quod fixam animo meo Mori statuam ua-
leat labefactare. Fieri nunquam poterit, ut uel uiuam pa-
rum tui memor. Donec apud superos commorabor, ne
tota quidem Lethes aqua tui memoriam poterit abolere.

Donec aura uescar ætherea, subinde tui reminiscar.
Vitam modo deus impertiar, ego tibi mentem perpetuo
tui memorē pollicor. Si q̄s mihi uita functio sensus erit,
cā dulcis amiculi recordabor, tātū abest ut uiuus sim obli-
turus. Omnia mihi citius acciderint in uita, quā obliuio
tui. Tum sursum uersus recurrent amnes (ut Grecis
est in prouerbio) quum Erasmus Mori sui poterit nō me
minisse. Nō alijs me uisurus est oblitum tui, quā q̄ uisu
rue

ERAS.ROT. DE COPIA VERBORVM.

rus est arduis pro nos relabi riuos montibus, & Tyberim reuerti, ut ait Flaccus. Ante leues alto pascentur in ethere cerui, quā uiuum Erasmus Mori capiat obliuio.

His coloribus in tabula pectoris mei depicta est imago tui, ut eā nulla amorum series possit elucre. Supremus uitæ dies me tui memorem deprehendet. Sospite uita, nō me fugiet memoria tui. Salua uita hac, non de morietur apud me tui memoria. Quoad hæc mibi uita comes erit, comitabitur & tui recordatio. Hæc me uita tui memorem relinquet. Non auolabit a nobis tui memoria, nisi auolante uita. Ad supremum usque uiuendi limitem tui nobis memoria persucrabit. In obtinenda tui memoria non flero mihi dissimilis, nisi uiuus esse desiero. Donec hoc uitæ munus diuina benignitas mihi saluum esse uollet, non intermorietur apud me tuæ benignitatis memoria. Vita defungar prius, quam tui recolere cessabo. Diē obiero citius quam te uentis & auræ mandem. Clavis adamantis nostræ memoriae infixus est Morus, quos nō nisi una mors ualeat abrumpere. Ad ipsos usque cineres pergam tui meminisse. Ad extremam usque senectam tui me comitatura est memoria. Per uniuersum uitæ spatiū Mori meminerit Erasmus. Ad extremum usque regum tuorum erga me beneficiorum memoria prorogabitur. Fatalis ille dies denique me tui memorem repertus. Dabo operam, ut tuæ humanitatis recordatio ad lisbythinam usque proferatur. Nunquam mihi quicquam obtigerit in uita, neque tam lœtum, neque tam acerbum, quod

quod tui nominis recordationem e sinu peccoris mei queat expellere. Quoad hic animus in hoc corpusculo tenebitur illigatus, non exulabit mea memoria Morus. Citius futurum est, ut alterum in orbem tui memoriam mecum deferas, quam ut hic abyssam. Animam cgero prius, quam te memoria tenere desiero. Si quando corpus umbrā suā poterit effugere, hic animus tui quibit obliuisci. Non ante, quam diem uite nouissimum clausero, desiturus sum tuam in me beneficentiam animo circumferrere. Quam longa dabitur uita, tam erit longa tui memoria. Par nobis erit memoriae uiteque modus. Tui meminero, quoad auras carpsco uitalcs. Absit ut mihi breuior fuerit tui memoria, quam uita. Quandiu superabit Erasmus, tamdiu tui meminisse non grauabitur. Vita orbabor antequam tui me relinquet memoria. Supero priuabor lumine (ut priscorum more loquar) citius quā Morus ex animo deleatur meo. O cyus hoc mihi corpusculum friguerit, quā tui memoria frigescat apud me. Inextinctam tui memoriam semper tenebo. Quātum temporis anima fruar (sic enim loquitur Salustius) tantundem tui meminero. Perpetim tui recordatus fuero. Sine fine tui meminero. Nulla res mihi tui obliuionem inuexerit, nisi quae me ex hac luce euexerit. Orbem hunc ueterem citius, quā animum hunc tui memorem uertero. Vita me exuerit is casus, qui tui importabit obliuionem. Crudelibus umbris occubuero (quemadmodum loquuntur Poetæ) citius, atque tui recolere desiturus sim. Efferar ipse citius, quam tui memo

ria e

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

ria e corde effratur meo. Ad ipsum usque būstum me
tui memoria prosequetur. Ne defunctus quidem tui pos
sim obliuisci, nedium uiuus. Viuēti mihi nunquam abo
lescet hominis tam benemeriti recordatio. Quando futu
rum est, ut apud Erasmus evanescat Mori memoria? Nempe dum uita destituetur.

Sed iam sit modus. Neque enim id igitur, ut ostente
mus quoisque nos in commitando progreedi possio
mus, sed ut studiosis adolescentibus exemplo demonstre
mus, quantam orationis hubertatem paritura sit hæc exer
citatio. Sententiam enim non admodum felicem, neque
magnopere ad cōmutandum fœcundam, ferme ducentics
(ut opinor) cōmutauimus, neque tamen minutulas illas
uariandi rationes sumus anxie persequuti. Nunc quod re
liquum esse uidetur, uarias quasdam orationum formu
las proponemus, non id agentes ut omnes persequamur,
nam hoc utilissimum quidem, uerum prorsus infiniti fu
rit operis. sed ut ostensis aliquot uelut exemplis, uel sibi
quisque similia fingat, uel alius aliquis, cui plus oīy sup
petet quam nobis, huiusmodi dicendi figuræ ex omnibus
autoribus petitas, copiosius, atque accuratius imperiat Co
piæ candidatis. Ac primo loco quo rationibus multa tri
bui possint æqualiter.

Conibina animi
aut corporis aut
extraposita **E**st uir tum eruditus, tum probus. Est iuuenis &
formosus, & bene ingeniatuſ. Est uir doctus pa
tientum. & riter ac probus. Est uir doctus simul & integer. Est uir
pariter ac simulac
ad p ad p tam do

tam doctus quam bonus. Vir est doctus iuxta ac bonus.

Vir est non minus probus quam literatus. Vir est non inferior literis quam moribus. Vir est ex aequo probus, atque doctus. Vir est aequa literatus, atque incorruptus. Vir est non minore morum probitate, quam doctrina praeditus. Vir est & doctus, & integer. Vir est doctusque, bonusque, in carmine. Vir est simul eruditus, simul integer. Vir est doctusque, & integer, in carmine. Vir est haud segnus eruditus, ac probus. Vir est ut doctus, ita & probus. Vir est doctus, & idem probus.

Vir est optimus, idemque doctissimus. Vir est non tantum eruditus, sed & integer. Vir est non modo doctus, uerum etiam probus. Vir optimus quoque est, non modo doctissimus. Non tantum ferunt, sed impellunt. hæc sermonis forma peculiaris est Senecæ, ut omittatur etiam. Vir est præter summam eruditionem etiam optimus. Vir præterquam quod doctus est, etiam optimus.

Vir est de quo dubites doctior ne sit, an melior. Vir est in quo cum literis probitas morum ex aequo certet. Vir est qui literas aequaliter cum uitæ sanctimonia. Vir est cuius eruditioni respondet morum integritas. Vir est qui paré uitæ castimoniâ cum eruditione copularit. Vir summa doctrina, uerum morum integritate neutiquam inferior sese. Interim idem pollet uel. Vir est pari uel doctrina, uel probitate praeditus. Literis tuis maiorem in modum delectatus, uel quod essent elegatissimæ, uel quod humanitatis plenæ. Vir est in lris egregius, neque sui dissimilis

secundus

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

milis in moribus. Officium beneficio cumulasti. Corporis formam animi dotibus æquiparas. Cum dijs ex pari uiuit. Oratione tua grauiter offensus est, partim quod es set incondita, partim quod arrogans. Cæterum cōtraria his ferme modis tribuuntur.

nō s. res inéquale **C**Quæ cōmodius copulent contraria. Cap. XXXV.
sed aduersanites

VIr est doctrina quidem egregia, uerum moribus il laudatis. Est ille quidē vir bonus, uerum parum eruditus. Vir est ut lingua blandissima, ita ingenij amarulentii. Vir est ut optimis maioribus, ita pessimis moribus. Cæterum inæqualiter remouemus hisce modis.

CQuibus modis æqualiter remouemus. Ca. XXXVI.

VIr est neque doctus neq; probus. Nec lris, nec moribus probatus. Vir est non indoctus modo, uerum etiam improbus. Vir est ut indoctus, ita & improbus. Non minus improbus quam illiteratus. Vir est tum indoctus, tum improbus. Aequi indoctus, atque improbus.

Quintilianus. Nescias præstare uelint minus an possint, id est, tam non possunt præstare, quam nolunt. Pariter & indoctus, & improbus. Vir pessimus est, & nihil dos nec deprimi potest. Seneca. Flamma deprimi non potest, non magis quam quiescere. Vir cui nihil sit omnino bonarum literarum, bonorum quoque morum tantudem. Breuiter ijsdem ferme rationibus remouemus, quibus tribuimus. Nunc quomodo tribuendum inæqualiter indicabimus.

CQuibus modis tribuimus inæ qualiter. Cap. XXXVII.

Vir ej

quomodo absoluas, pro quo quis modo. ¶ Quilibet & Qui quis citra discrimen unumquodlibet significat. Horatius. Quilibet in quenam opprobria dicere scimus. Resolutiuntur autem per coniunctionem, uel, quem omnis & . . . Dispartiū reliqua sermē per copulatiuam exponantur. Quemuis signatum arbitrum cedo, id est, uel hūc, uel illum mea nihil refert. Quilibet his sutas fronde tegente comas, quod Græci discunt tuxōv quasi non delictum, sed fortuitum, & cæ obium etiam su oblatum. ¶ Vnusquilibet consimilem obtinet rationem, significat enim unum aliquem è multis quicunq; sit ille. Deligas tibi auctore uniusquilibet. ¶ Et unusquis ab hoc nihil differt. Hæc autem quilibet, qui quis, unusquilibet, unusquis nō nisi unicum uerbum admittunt. Semper enim absolutā residunt orationē. ¶ Quātuscunq;, qualiscunq;, quantusquantus, qualisqualis, eandem obtinent rationem cum quicunq; & quisquis. ¶ Ad uerbia item ut ut utcunq;, ubi ubi ubicunq;, quoquo quo- cunq;. Breuiter, composita semper sequuntur naturam particulae appositæ. Unde uis, undelibet, undecunq;, quo rum duo prima absoluunt orationem, postremum communis est. Quocunq;, quoquo, communia sunt. Quilibet & quo quis nō sunt. Quoquo uersum, & quaqua uersum communia sunt. Vbi uis & ubilibet absoluunt orationem. Vbi cunq; communis est. Vbi ubi non est, uti nec, ut ut, non enim absoluunt constructionē. ¶ Vter, quod ad duo pertinet, cum ipsam compositum idem accipit discrimen. ¶ Vt cunq; ances est, utruis absoluuit ute libet itidē,

F uero-

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM

utroq; anceps, utrouis, utrolibet absoluunt. ¶ Utq; copulatiue significat, ut & illa, utroq;, utrinq;, utroq; uersum. ¶ Aliquis infinite significat unumquempiam.

Quid si hoc aliquis uoluit deus? ¶ Quis, idem pollet, sed uel in pugnib; sermè dictionibus præcedentibus, si, ne, num, ec, ubi. Si quid extiterit noui. Ne quid temere faxis. Num quem tuorum offendit? Ecquid tui tetigi? Ecquam habes uxorem? Vbi quis te læserit. Vbi pro alicubi, Vnde pro ali cunde usurpatur duntaxat in compositione, ut sicubi, ne cubi, nuncubi, sicunde, necunde. ¶ Quidam, definite accipitur. Quendam uolo uisere, nisi quum habet aut contempnum, aut translationem, ut Isidorum quendam mibi cestabat. Perinde quasi dicas, Isidorum nescio quem. Lachrymas emisit quendam animi sanguinem, id est, ueluti sanguiné. Seditio morbus est quidam ciuitatis. ¶ Quispiam anceps est ad usum quidam, & item ad usum aliquid, tametsi refragatur Valla. Sed complurium autoritas Vallæ reclamat. Mittito ad me tuorū quæpiā. Est domi tuæ quispiam, cum quo iure debeat expostulare. ¶ Quisquam, & ullus, inter se conuenient. Siquidem præterquam quod habent plusculum uelmentis quam superiora, illud quoq; peculiare obtinent, quod gaudet uel negatione, uel signo Si, uel ne, prohibentis, uel interrogative, ut Haud ullus mortalium ista possit præstare. Haud possit mortalium quisquam ista præstare. Si quisquam est qui sapientiam cum eloquentia coniunxit, certe Tullius est. Vide ne quisquam hinc fugiat. Causa ne quo

quam

*alicunde
& securitatem*

*i. p. scritto di
nem
& incertitudine
aliquem
pro quidam*

*q; aliquis et
quispiam*

quam oculos tuos à meis dimoueas. An est quisquam qui suam amicam se præsentē? Nam quisquam est mortalium tam patiens? Similis est ratio aduerbiorum, usque quam & uspiam, quantum ad signa pertinet.

^{ad hec uocabula ad}
DE PROPOSITIONE GENE.
RALI. CAP. XLVIII.

His iactis cœu fundementis, ad equipollentias progre diamur. Propositionē generale, ueluti uocat uniuersalē, uarijs modis efficimus. Primiū proprijs ac peculiariibus signis. Omnes amicos alienauit. Deinde per negationē. Neminē nō alienauit. Deinde per interrogatio nem. Quem non amicū alienauit? Vergilius. Quas ḡes Italum, aut quas non oraueris urbes? Nulli non male dicis. Duplex generale signum nō licet eodē modo ueterere. Cicero. Quum omnibus omnia minabatur. Omnis bus omnia inuidet. Neq; enim recte, nihil non inuidet ali cui. Omibus maledicis. Quis est cui nō maledicas? Omnia dixit. Quid non dixit? Ut autē interrogatio, ad dita negatione, generaliter affirmat, ita citra negationem, generaliter remouet. Quid possit dici stultius? id est, nihil dici possit stultius. Deinde per signa infinita. Haud pepercit cuiquam. Non est ullum ueritus. Haud ullum est facinus reliquum, quod non peregerit. Non exceptit aliquem. Neminem exceptit. Idem efficitur per quantum & quicquid, & si quod aliud. Quantum est hominum uenustiorum, id est, omnes uenustiores.

R 2 Quicq;

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM

Quicquid erat copiarū eo traduxit, id est, omnes copias.

Et si quid erat copiarum amisit, i. omnes copias. Si quid

i. omne bona fā
mam compa
ratam

alias sibi bonae famae compararat, id nunc perdidit. Red-

ditur generalitas seu proverbiali figura, ut quum dici-

mus, Misericordia sacra prophani. i. omnia. Item, iuuenesq;

senesq; pro omnes. Neq; magnum, neq; parum, i. nihil.

Est & infinita propositio, Per fas, nefasq; id est, quocū-

q; modo, Quo iure, quae iniuria,

D.E PROPOSITIONE NON GE- NERALI. CAP. XLIX.

signa illaque etiam
generalia adita
negatione sicut
particularia **P**ropositionem non generalem ad hunc efferimus
modum. Non nihil est uel aspicere, i. aliquid est. Non
non emopcoal in nulli pluris faciunt pecuniam quam fidem. Inest & in-
quis

i. aliquantulus
in genere fantibus non nihil ingenij. Non omnem pecuniam absum
psit, id est, est quam non absumperit. Qui legat argen-
tum a aliqua pecunij factum, non omne legat argentum. Omittitur
interdum signum, manente scientia. Sunt qui pecuniam
anteponant famae, i. sunt aliqui. Est ubi peccet, id est, ali-
cubi peccat. Est qui plures agros occupet, i. est aliquis.

per certitudine Vbi nonquam subauditur quiddā. Est in quo mihi pos-
sis magnopere gratificari, id est, quiddam. Negatio ite-
inuincibiliter rata nonnunquam necessitatē significat, non affirma-
tionem simplicem, ut Non possum non ridere. Non
possum non mirari. Non potest non uolui cœlum.
Non potest non stare terra. Non potest non uerum dicere

cū determini. ueritas. Id accedit duntaxat in hoc uerbo possum.
non in finitum

Illud

ELEGANTIA SIGNORVM .CAP. L.

Llud igitur obseruandum, ne signorum differentias in variandis propositionibus confundamus, id quod ferè faciunt ii, qui uulgo Dialetticam profitentur. Non erit tibi res cū quoquam, id est, cum nemine tibi res erit. Non erit tibi res cum quolibet homine, id est, erit cum homine singulari, ac præstanti. Altera est negativa, altera affirmativa, & longe diuersam habent uim. Nō cui uis homini contingit adire Corinthum, id est, non contingit, nisi præcipuis. Non contingit ulli. Vides quanto aliud pollet. Non amat quempiam è ministris, nō amat aliquem, id est, neminem. Non satis amat quendam, unū significat quem oderit. Non satis tibi fauet quidam. Non tibi fauet quisquam, tota ratione dissident. Non recuso quenquam, recte dicitur. Non recuso quemlibet, per personam, nisi in diuersa sententia. Non exclusit omnes, id est, quosdam non exclusit. Non exclusit quoslibet, significat delectu quodā alios exclusos fuisse, alios admissos. Omnia folia huic arbori decident, uere dicitur. uniuersa decident, falso, Singulos salutauit. Non salutauit quilibet. Lupæ unumquemlibet admittunt, id est, citra delectum quoscunq;. Vide ne cui dicas, id est, nemini dixeris. Vide ne dicas cuiquam. Vide ne cuiquam dixeris. Vide ne dixeris alicui. Vide ne mortalium ulli dixeris. Haecenus idē pollent, Vide ne cuivis, aut ne cui libet dixeris. id est, uide cui dicas, si uide ne temere apud hominem quécunq; effutias. Omnes sibi malunt esse recte quam alijs.

F 3 Sibi

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

Sibi quisq; uult esse recte potius quam alijs. Idem pollut. Nemo non malit sibi recte esse quam alijs. Singuli sibi malint esse bene quam alijs. Haec tenus idem pollut. Uniuersi sibi malunt esse recte quam alijs, inepte diceretur, propter ea quod uniuersi peculiarem uim habeant. Toti respondet aliquantum, quod aliquam partem significat. Semper et correlatum respondet aliquandiu, id est, aliquanto tempore. Ut superius admonuimus, omnis reddi per quantum, itidem totus redditur per quantum, quam longus. Homo quatus erat, humi postratus est, id est, totus. Nunc hyemem inter se luxu quam longa souere, id est, totam hyemem.

*huius aduersio
ne et aliis*

*in hoc nomine uero mi
ca est germinatio interi
victus sit abusiva.*

*prolepsis est
suplicita*

Vterq; utriq; est cordi, mutua est affirmatio. Vterq; alteri est odio, mutua item, id est, mutuo sese amat, mutuo sese oderunt. Neuter alteri fudit, mutuam diffidentiam significat. Neuter neutri non perinde diceatur. Id genus orationem tot ferme modis variamus. Vterq; alterum odit. Vterq; utrumq; odit. Alter alterum odiunt. Oderunt alter alterum. Mutuum oderunt. Oderunt sese mutuo. Oderunt inuicem. Oderunt inter se. Mutuum inter ipsos est odium. Neuter alterum amat. Alter alterum uicissim odit.

Semper.

Semper generalitatem habet temporis. Cui contra-
~~negoplanoest~~ Srium nunquam. Huic subiectum est aliquando. Semper litigas. Nunquam non litigas. Quando non litigas? Nunquando non litigas? An est quando non litigas?

F 3 Sæpe

¶ Sæpe.

Sæpe respôdet, aliquoties infinitū. Multis aliquoꝝ,
Magno aliquātus, Sæpe opponitur raro, Neq; raro
admonui, id est, frequēter admonui. Haud sæpe me uisit.
Plærūq; fermè, sere, nōnunquā ē ipsa generalitatis qd
dāobtinēt. Ita fermè ingeniuū est hominū. Eo ingenio plœ
riq; sumus. Ferè fit ut diuites habeantur in precio, id est,
ferè fit apud omnes. Temere in oratione negatiua simi-
lem uim habet. Haud temere peruenit ad frugem, id est,
ferè nunquam, aut uix unquam.

DE VARIETATE NEGATIOꝝ.

NIS. CAP. LI.

Intridum unica negatio idem efficit quod duæ. Nec
minem audit, nec parentem quidem audit. Non audit
uel parentem. Nemo parem referre gratiam parenti po-
test, ne malo quidem. Nec malo parenti quisquam pare
referrc gratiam potest. Non potest par gratia repêdi pa-
tri, uel malo. Non reliquit ille nec ruinam. Ne ruinam
quidem reliquit.

¶ De tribus.

Tribus interdum negationibus nihil plus effici-
tur, quam una aut duabus. Non ueretur neq;
deos, neq; homines. Neq; deos, neq; homines ueretur. No
ueretur aut deos, aut homines. Non metuit homines sue,
deos sue, in carmine. Conduplicare negationē assuerandi
gratia, latinis etiā receptū est, si modo non iteretur sola.

F 4 Non

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

Non faciam. Non faciam inquam. Græci solam iterant, interdum etiam citra asseuerationem. Demosthenes quæ tuor unius loco posuit οὐδὲ τὸτε, οὐδὲν οὐ μή γένεται τῶν δὲ οἰτων. Manentibus ipsisdem signis tamen interdū uariatur propositio, & mutatis manet cadem, mutato uerbo, ut Omnes admittit. Omnes reuicit. Neminem nō reuicit Neminem admittit. Omnibus displicet. Nemini placet. Nulli non displicet. Nulli placet. Hic animaduer- tendum, quæ uerba cum quibus pugnet.

Synonyma negandi.

His scrmè uocibus remouemus, nō, haud, nec, neq;, haud qquā, neutiquā, minime, minus, parū, Absit, dī prohibeāt, bona uerba, Quiduis potius, oīa citius, & similia. Inter q, haud, & haudquaquā, plusculū ha bēt uehemētiæ quā non. Neutiquā asseuerationem habet peculiare. Minime plus quidam significat, quā negatio nem. Homo minime malus, id est, quiduis potius quā malus. Parū, modestius remouet. Parū eruditus. Nc parū multa scire, id ē, ne pauca siue nō satis multa. Minus diuersam habet naturā. Interdū cōparat dūtaxat. Vtrūq; diligit, famam & pecuniā, sed illam minus quā hāc. Interdum negat dūtaxat. Homo minus mibi notus, id est, parum notus. Nam cum ea uoce minus conuenit, id est, non conuenit. Interdum pariter utrumq; facit. Quintilianus Capite de narratione. Cum interim, quod tan quam facile contemnunt, nescias, præstare uelint minus, an possint. Terentius in Ecyla. Non tibi illud factū minus

minus placet quam mihi Laches. Neq; hic placet pro displicet positum, ut exponunt grammatici. Quis enim sanguis id faciat? Sed minus perinde ualeat ac si dicas, Non amat me Dionysius & minus te, id est, me magis odit quam te. Subaudiendum est enim factum utriq; non placere. Atq; ita minus simul negat, & comparat.

CONNECTENDI FOR.
MVLAE, CAP. LII.

Verum de his accuratius disquirere, magis ad dialecticos pertinere uidetur. Cæterū ad huius operis rationem satis arbitramur utcunq; paucis attigisse. Nunc ad reliquas formulas aliquot accingamur, ac primum connectendi. Videmus enim in mediocriter etiam eruditis eam uirtutem desyderari, ut apte cōcimcq; orationis membra, atq; articulos, ceu neruis quibusdam cōmittant. Sed quibus ansulis minutiores orationis partculæ sint cōmittendæ, id propè fuerit infinitum explicare, maiores his fermè modis cōcēlūtur. Præterea. Deinde, quod sæpius apud M. Tullium reperitur. Præcipuū est sterlus columbarum, proximum caprarum, ab hac onium, deinde boum. In nostro orbe proxime laudatur Syriacum, mox Gallicum. Mox usurpat Plinius aliquot locis, pro deinde. Item in quo principatum tenuit Bœtia, deinde Sicilia, mox Africa. Primo loco, secundo, aut tertio loco. Porro, porro autē quod nouo iā quasiq; majoris sermonis initio conuenit, annotatore Donato. Cæterorum,

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

et est ad uersatius, quo licet uti, quoties ad diuersa digreditur oratio.
~~paciter uel capu~~
~~Catina~~
~~uel 3 la uel grecos πρὸς τουτοὺς.~~
~~cum uerbo~~
 Tum pro præterea. Ad hoc. Ad hæc, quod apud Græ
 locis aliquot usurpauit Suctonius. Super ingenuorū pē
 ged et uerba acti dagogia, & super innumeram turbam. Addē his. Acce
 dum
~~et uerbi genitivum~~
~~ab eo latem~~
 dit his. Accedit ad hæc. Huc accedit. Huc pertinet. Eodē pti
 net. Huic confinc est illud. His finitimus est. Ad hanc for
 man pertinet. Ad hunc ordinē referendū est. Huic proxi
 per o cupacionem est. Illud haud quaquā prætercūdū silentio. Sed ope
 cupulando periv
~~dem~~
 reprecium est illud audire. Iam aliquoties candē uim
 habet, uox Quintiliano præcipue familiaris. Deinde cū
 decūgnad finē progressu incandescit oratio, Iam uero, age uero, Quid
 quod, & consimilia, Iam uero quid referam? Age uer
~~lae economia ex cicerone~~
~~plagat cicerone~~
 ro ad bellum in Africa gestū ueniamus. Quid quod suos
 etiam incessit. Quin, quinetiam, insuper, ad hœ pertinet
 genus. Interim & per occupationem concēditmus, ut ne
 dicam interim, ut omittam domesticas huius sordes. Nā
 illud quid attinet cōmemorare? Nam hæc alias. Sed illud
 suo loco dicetur. Interim per dubitationem, ut illud. Elo
 quar, an fileam? Nunc idem ualeat. Nunc id quod secun
 do loco dicturos nos sumus polliciti.

TRANSITIONVM VARIAE FORMVLAE CAP LIII.

TRANSITIONIBUS uarie cōcēlitur oratio. Siquidē alio
 quādo sumuntur ab æquali, at erāt hæc iucūdis
 sima, neq; minus uoluptatis attulerūt illa. Interdū ab in
 æquali.

equali. Sed hæc utcunq; ignoscenda, illud quis ferat? Au-
distis grauissima, sed audietis grauiora. Simili, ut hæc p-
fidia designauit, cuius gencris sunt & illa quæ nuper
Rhomæ patrasse dicitur. A contrario, ut Sed hæc priua-
tim, nunc quæ publice. Haclenus quæ domi gessit, nunc
quæ sub signis. Sed hæc iuuenis peccauit, nunc senis uir-
tutes audietis. A diuerso de moribus habes, nunc de do-
ctrina reliquum est, ut dicamus. Quasi per occupationem.
Iam ad reliqua properabimus, si prius illud unum adie-
cerimus. Per reprehensionem. Verum de his plus satis.
Quorūsum nos transuersos abripuit dolor? Ad rem re-
deamus. Quid his immoror? Ad id quod est huius cau-
se caput, festinet oratio. A consequētibus, siue relatiuis.
Habes quid in illum contulerim beneficiorum, nunc quā
gratiā mihi retulerit audi. Quid pollicitus sit expositū
est, nunc quid ille præsriterit paucis accipite.

A RE, ET A PERSONA, CAP. LIII.

Generalis uariandi formula est à re, & à persona,
ut nihil opus est meis monitis, Nihil opus me mo-
nitore. Te suasore, Tuo suasu. Te īpulsore, Tuo impul-
su. Te instigāte, Tuo īstinctu. Te bortatore, Tuo borta-
tu. Te auspice, Tuis auspicijs. Te duce, Tuo duclu. Te
consule, In tuo cōsulatu. Te doctore profeci, Tua doctri-
na profeci. Patrem consulē non desinit iactare. Patris cō-
sulatū sine fine iactat. Gloriatur formosa uxore, De uxo-
ris forma gloriatur. De tēcolumi supis habeo gratiā.

De tua

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

De tua icolumitate grator supis. Discrutiā aīum uxor impudica. Discruciat animū uxorū impudicitia.

EX MORE. CAP. LV.

EX more, Tranquillus dixit. De more, Maro. Pro more, Patrio more, citra propositionem. More hominum facit. Non insolens istud facis. Pro ueteri consuetudine. Solens meo more fecero.

SVBORNANDI. CAP. LVI.

SVbornauit accusatorem, Submisit consularibus uiris, qui regio genere ortam peieraret. Supponi puerum. Subdere oua in nidum alienum. Submissit. Suppositij partus subdititij partus. Ne pater hunc à me allegatum putet.

RENOVANDI. CAP. LVII.

VEtus Atheniensis exēplū renouemus. Pristinū more reuocemus. Gratias egit, qđ pristinū more retulisset. Redeamus ad intermissa studia. Studiū intermissū repetamus. Bellū reditegrarūt. Diuī īstauramus honores. Libertatem amissam restituit. O diuī uetus codiclerio recruduit. Recanduit ira. Cras ingens iterabimus æquor. Iteranti noxam non est ignoscendum.

FINALES FORMVLAE CAP. LVIII.

TU uigilas utiditescas. Ego labore quo doctus euāda. O biurgo te quo reddā meliorem. Ut melior euadas, obid obiurgo te. In hoc repta musica, ut animos delelet. Ad id adhibēdæ lilteræ, ut nos reddant melius moratos. Cui rei paras opes? Quo mihi dinitias? Quorūsum

sum opus est nummis? Huc pertinet orationes illæ oës,
quas de supino priore posuimus. Speciatum uenit &c.

CAVSALES FORMVLAE CAP. LIX.

Non dico quo quenquam habeam chariore. Non
dico quod parū tua mihi placeant. Ob id te sæ-
pius reprehendo: q[uod] impensis amo. Quoniam impensis
te diligo, ob id te sæpius admoneo. Ideo nulli placet, q[uod]
tibi nimium places. Quando tu me negligis, tui quoq[ue]
curam abijcam. Age reuocentur copiae, quando quidē
ita tibi uidetur. Iubeas miserum esse libenter, quatenus
id facit. Ad eundem modū loquitur est Plinius in epi-
stolis. Mancat puella posteaquam spōso iucūda est. Postea
quā mihi nō credis, alios in cōsiliū adhibe. Quādo hæc te
cura remordet Neminē ex aio amat, in causa est pecunie
studiū. **C**ertinent & illa ad formulā ^{ad fr̄mam causationis} ~~cūtio loyicu~~ exempla
Amo Socratem, ut poterū integrissimum. Odi Dio-
nysium, quippe Tyrannum. Amplector Petrum,
ut optime de me meritum. Demiror te qui fidem ha-
beas Afro. Erras qui credas alios tua diligentius cura-
tuos quam te ipsum. Stultus es qui id speres. Impu-
dens, qui id postules. Delector Augustino uiro nimis
festiuissimo. Delector Augustino, ut qui uir sit mori-
bus festiuissimis. Amo Nicolaum tanquam hominem
mei amantissimum. Contemne pecuniam, quid enim ad
bonam mentem confert? Amandus est tibi Cicero, si
quidem te dilit effusissime. Semper in manibus habeo-
dus.

ERAS. ROT. DE COPÍA VERBORVM.

dus. Tullius, nā hoc uno autore latine disces. Vnus Cicerō uere latinū potest reddere, proinde pueris hic semp in sinu gestandus. Optimus dicendi magister Terentius, quare semper est cuoluendus. Quo mihi rectius es-
~~no illatine exse~~ uidetur. Et eo magis. Et hoc lubentius id negotijs sus-
~~silent uicem~~ ceplimus. Non habes quamobrē mihi succēreas. Nō est
~~cangatiuor~~ cur mihi succēreas. Succēset, eaq; gratia nos nō uisit.

Luget, atq; ob id uocatus ad coenā excusauit. Potest nō
aliquando parti ~~nunquā omitti signū.~~ Parentē amo, paricidā nō amo,
cula causatiuagm. et melius id est, quod parēs est, hoc noīe amo. quod paricida, hac de
trictu. et melius id est, quod parēs est, hoc noīe amo. quod paricida, hac de
int̄ te dī gitur.

QVOD Eiðikw̄s ACCEPTVM. CAP. LX.

Pr. quando e s. Redd. edicas **Q** uod meae nugae non omnino displicent doctis,
gaudeo. Gaudeo meas nugas nō omnino dis-
plicere doctis. Quod res tibi foeliciter euenerit, letor. Le-
tor rē foeliciter euenerit. Quod uxorē duxeras, nōdū audi-
erā. Vxorē duxisse te nondū audierā. Qđ puellā repudia-
ris, demiror. Demiror te repudiasse puellā. Quod litteras
reliqueris doleo. Dolco te reliquisse litteras. In huius-
modi orationibus qđ Eiðikw̄s accipitur, qđ tamē apud
Græcos ē uisitatius in ð' ti. Latini magis gaudēt iſinitis
nāti p modā ſim̄ uerbis, niſi ſpecies pmittat. ut Qđ pater reualuit gaudeo
tua loquimur.

VT Eiðikw̄s ACCEPTV. CAP. LXI.

E Odē modo nonnūquā accipitur, ut Spero fore ut
facto gaudeas. Cōfido futurū, ut te minime facili-
p̄c̄nitateat. Non committā ut uisquam uidcar officio meo
defuisse.

desuisse. Efficiā ut intelligas mihi quiduis potius quam fidem desuisse. Da operam ut renalescas. Cura ut ualescas. Fac uti nos ames. Fac uti sciām.

Dignus & indignus.

Dignus q̄ quā diutissime uiuat. Dignus ut quā diutissime uiuat. Longissima uita dignus. Dignus quā diutissime uiuere, in carmine. Martialis. Dispercam si tu Pyladi preſtare Matellam Dignus es. Meritus est cui laurea imponatur. Promeritus es, ut tibi decernatur triumphus. Indignus tuo amore. Indignus quē ames. Indignus ut abs te diligatur. Indignus abs te amari. in carmine. Horatius. Indigni fraternum rūpere fœdus. Idoneus est qui bellum gerat. Idoneus ut bellum gerat. Idoneus bello gerendo. Idoneus bellum gerere. Horatius. Fons etiā riuo dare nomen idoneus. Idoncus ad gerendum bellum. Non me dignatur elloquio. Non me dignatur alloqui. *Vigilium* **D**ecet. *partella operaculum*

HAUD decet simiam purpura. Decet simiam purpura. Indecora est simiae purpura. Haudquaquam decora est simiae purpura. Haud decet imperatorem unum amica ire in uia. Haud decet ut te loquēte ego silca. Quod solus ambulas, id parum te decet.

Necessitatis:

EXorandus est pater. Vigilandū ei qui uelit ditescere. Vigilet oportet qui cupiat ditescere: Vigilare necessum est eū, qui rem cupiat facere. Vigilet neesse est, uel necessū est, q̄ uelit diues euadere. Qui litteras assequi

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

assequi cupiat, uti sudet necessitas est. Nam sic Quintilius
nus subinde loquitur. Non potest non dolere qui Iesus
fit. Fieri non potest quin doleatis, cui fit iniuria. Abibis
uelles nolles, uel Velis nolis hinc abibis. Non mihi possū te-
perarc, quin lacrymē. Non me contineo quin clamē. Co-
gor, cōpellor. Huc mea adegit inopia. Huc redēgit for-
tūa. Ad hæc traxit necessitas. Invitus dicā. Coactus dicā.

¶ Libertatis.

Vt cunq; uoles facito. Ut lubet rideto. Quilibet fē-
dicas, & facias licebit. Tu arbitratu facito. Ut
cunq; uisum erit agito. Animo tuo gerito morem. Ob-
sequere animo tuo. Ex animi tui libidine facito. Pro ani-
mi tui sententia rem traetabis. Ut animo lubitū erit tuo
ita facies. Vtcunq; scret animus, ita facito. Liberum est,
seu uelis à pacto discedere, seu manere conuentis. Nunc
integrum non est tibi, hac de re quod uelis statuere. Mi-
hi ius est, creditū abs te reposcere. Ius tibi facio pro tuo
arbitrio transfigendi negocium. Tibi permitto quomo-
docūq; uelis uiuere. Age tuo more. Sine me nūc meo mo-
re uiuere. Tibi in manu est utrum malis efficere. Penes
illum est ius uitæ ac mortis. Summa rerum penes te est.

¶ Statuendi.

Decretum est. Deliberatum est. Certum est. Stat
sententia. Visum erat. In animo habebam. Erat in
animo. Non est animus. Non est sententiae. Non est sentē-
tia. Non est consilium, siue consilij. Non erat ratio apud
Ciceronem. Placebat. Placitum est senati. Decreuit sena-
tus.

Vir est quum doctus, tum probus. Iuuenis est quā eleganti forma, tum uero moribus optimis. Nō pecuniam modo, uerum etiam uitam tibi paratus sum impendere. Vitam etiam tibi impenderim non modo pecuniam. Verum hæc uerba, non solum, & similia, communia sunt, tum ad æqualitatem, tum ad inæqualitatem. Nō sat erat impulsus, nisi & proderet. Nō sufficiebat spolias se, nisi & iugularerit. Parum erat deformem esse, ni mores forma dignos addidisset. Nihil erat deformi esse uulnus, nisi moribus etiam esset teterrimus.

CInæqualiter remouemus his modis. Cap. XXXVIII.

Non modo non intelligit, uerum ne legit quidem. Non solum parum intelligit, sed nec legit. Non tantum nihil intelligit, immo nec legit. Ne legere quidem nouit, nedum intelligat. Non nouit uel legere tantum, abest ut intelligat. Tantum abest ab intelligendo, ut ne legere quidem norit. Adeo non intelligit, ut nec legat. Vsa que adeo non intelligit, ut nesciat uel legere. Hic in bonis literis nihil, quid dicam intelligere? immo nec legere posset. Hic nihil in bonis literis non dicam intelligere, immo ne legit quidem. Ingenium quoque senectus deterit, nedum corporis uigor perpetuo duret. Horatius. Nedum sermonis stet bonos & gratia uiuax. Nedum eleganter posuit, pro eo quod est, tantum abest ut. Eam figuram Quintilianus nouquit ad hunc modum, Nec enim de omnibus causis dicere quisquam potest. Saltē de præteritis, ut taceam defuturis, id est, nec de præteritis. Tantum abest, ut deficiatur

B turis

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

~~produci. biam
tensina~~ turis, Nunc indicandum, quemadmodum ordine tribua
mus aut remoueamus.

CQuo pacto tribuamus aut remoueamus ordi-
nem. Cap. XXXIX.

VT quisque est gloria dignissimus. ita gloria est ne-
gligentissimus. Ut quisque gloria est maxime di-
gnus, ita gloria minime est avidus. Optima quæque ui-
~~sed hic locus po-~~ta pars quā ocyssime præteruolat. Tanto pessimus om-
~~ere no-tatus ap-~~poeta, quanto tu optimus omnium patronus. Quam uos
~~gis quam in ita~~ facillime agitis, tam uos maxime æquum est equa facere.
~~itas~~

Per comparatiuum eadem effertur sen-
tentia Cap. XL.

Quo quisque dignior est qui laudetur, hoc minus
laudari gaudet. Quanto quisque fama dignior,
tanto minus affectat famam. Quo quisque magis prome-
retur honorem, eo minus honorem appetit.

Ea uerti possunt hoc pacto.

Hoc minus dicitur laudis cupidinc, quo quisque
laude sit dignior. Tanto quisque minus optat pec-
uniam, quanto minus possidet pecuniae.

Augendi posituum formule.

Ca. p. XLI.

Positiva augetur compositione harum dictiōnum,
per, perquam, præ, perdifficile, perquam diffici-
le, prælongus, præualidus, præpotens. Quodidem
contingit in uerbis, peruelim, perquam uelim, percipi-

pio. In quibus idem interdum efficit hæc præpositio dc,
deamo, demiror. Eandem uim uidetur obtinere ad, adpro
be, ad fabre, ad princ, adamo. Adiungunt Iureconsulti p
ositionem in, tamquā idem pollutem, ut indifficilis pro
ualde difficilis. Citra compositionem quam, sed figurate.

~~Dopreco~~

Quam tenere amat filium? Quam nihil pudet? Ut candē
uim obtinet, ut gaudet? ut est seuerus? Immane quantum
distat, ad hanc rationem pertinet. Præterea his aduerbijs
intenditur, oppidoquam, sanequam, nimisquam, oppido-

etia nōā sumet
compositionem

quam antigerio, quod priscum est. Atque hæc non repu
diantur. Et a uerbis oppidoquam amat, nimisquam cu
pit, sanequam uelim. Neque diuersam uim habere uide
tur Næ. Næ ego infelix homo sum. Faciunt næ intelligē
do, ut nihil intelligent. Item aduerbia illa omnia epitas in

pronata de
uerba aut quic
augent his e
ius bus

significantia, Admodum, ualde, egregie, insigniter, in
signite, magnopere, maximopere, summopere, tan
topere, & quantopere figurate. Adeo pro ualde, ma
iore min modum, mirum in modum, supra modum,

dicit que per
omni angelis
posunt

præter modum, singulariter, unice, eximie, impendio,
impense, effuse, atque alia innumerabilia, Plusquam
item magnam uim augendi obtinet. Homo plusquam

insanus. Senex plusquam delirus. Cui finitimum est,
non tantum. Homo non tantum uino temulentus. Ter
que quaterque beati, Græcanicum est. Latinis tamen

usurpatum, in carmine potissimum. Sunt & aliæ for
mule longius petitæ. Incredibile dictu quam elegans.
Dici non potest. Sermone consequi nequeam. Et ras

que omnes su
punt hi & co
lent aut huius
gen

Eij ra qua

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

ra quadam modestia. Præcipuum honorem. Primariam laudem. Incredibili sapientia. Haud uulgari doctrina. Et deum immortalem qua doctrina uirum? id est, egregia.

Plus satis animosus. Plus nimio tristis. Plusquā par est. Atque id genus alia nō absurde fortassis his adiungātur. Nam uulgata est illa amplificandi ratio, quoties superlatius pro positivo ponitur. Plurima pro multis admodū. Maxima pro uehementer magnis, ut Dicere tibi promptissimum est, Mibi facere facillimum.

¶ De uariando positivo.

V Timur uulgo comparatiuis pro absolutis, uel ipso Quintiliano autore. Ut si quis se dixerit infirmior rem pro meticulo.

¶ Rationes minuendi positium. Cap. XLII.

nominis uerbis uel ad uerbi et participi al genetivis ad uerbi minuit positium **M** Inuitur e regioe positiuus appositis ppositioni ^{sub} bus, Subtristis, subrusticus, subobscurus, suba- ^{nelob} sp, subinuidus, subinais, suffuscus. Quod id ē accidit in uerbis, subpudet, subirascitur, subolet, subridet, subodoratur, obmetum. Minuitur & aduerbijs ^{ad luptis} appositis. Nonnihil molestum est, ut cunque iucundum fuit, aliquantulum mor-
dax, quæ uerbis etiam adiunguntur. ¶ apostis sic adant do uerbis supra positium **P** ræterea de for-
matiione in uocem diminutiuam, quæ uaria fingitur. Aro-
pauli lucidat tunc lute et minuit gutulus, acutulus, minutulus, rancidulus, putidulus, diu-
lus, philosophaster Tullius. Comparatiuis positui loco
diminuit, ut Tristior, id est, subtristis. Sed ferme in uitium
accipitur addito aduerbio paulo, & κατελλειψιν. Vir
integer

integer quidem, sed seuerior, uel paulo seuerior, id est, paulo seuerior quam conuenit. Facundus homo, sed paulo loquitor. His igitur modis uitium fere significamus cum extenuatione. Diminuuntur & uerba uocis deflexione. ut Vellico, cantillo, cantito, uolito, dormito. Parum & non admodum idem efficiunt. Ne parum multa scire uideretur. Vir non admodum senex. Non admodum adolescens. Non perinde sapiens ut diues. Non satis mihi liquet. Parum mihi liquet. Minus compertum habeo.

¶ Quibus rationibus augetur cōparatiuum. Cap. XLIII.

Cōparatiuum peculiariter his aduerbijs amplifica tur, longe, & multo, nimio. Tum his multis partibus, in immensum, in infinitum, infinitis partibus longe uenustior. Multo grauior. Nimio seuerior. Multis partibus præstantior. In infinitum utilior. Infinitis partibus diuina humanis sunt potiora. Tanto & quanto figurate idē efficiunt. Tāto corpore præstantior est animus, id est, multo. Papæ quāto satius est amicis, quā pecunijs abundare.

¶ Quibus modis imminuitur comparatiuum.

Minuitur autem aduerbijs positiuis. Paulo uenu stior est Gellius quam Macrobius. Aliquanto brevior est hic quam ille. Nihilo ditior. Ne tantillo quidē melior eris, si diues fueris. Minimo fuerit honoratior, si ti tulus accesserit. Quātulo figurate pro quam paulo. Papæ, quantulo hic homo sapientior est, id est, pene nihilo. Minuuntur & deflexione uocis. Grandiusculus, id est, paulo grandior. Meliusculus, Celeriuscule.

et ad hunc aduoc
6is terminati bus
in o.

silun vi cū cōs
nos et illud lum

cū dederiuant
dīmūntū uā

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

¶ Quibus rationibus augemus superlati-
um. Cap. XLIII.

~~nō habetusū si~~ ~~ut auge~~ ~~et suplatiuū~~ ~~nisi culis no-~~ ~~minis pīncēs~~ ~~et pīmīs~~ ~~proualde~~ ~~reciporbo lema~~ ~~qīdempatruū~~ ~~et suplatiuū~~
Superlatius autem getur iisdem aduerbijs, quibus com-
paratiuus, longe, multo, Accedit autem facile. Cicero
quens ut auge ro longe facundissimus. Et idem uir multo omnium o-
ptimus. Facile facundissimus. Idem efficitur per tanto &
quanto ^{per ad mīrationē} figure posita, ut deum immortalem quanto So-
crates philosophorum omnium optimus. Quam in cōpo-
sitione nomib[us] addit augmenti. Quam plurimos uidi, ut
quam optime res cadat, tibi nihil commodi fuerit. Per Hy-
perbolem autem getur hoc modo. Mulier plus quam pessima,
& pessima peior, Homo non loquacissimus, sed ipsa lo-
quacitas. Et ipsa loquacitate loquacior. Ipsa Venere ueniu-
stior. Superlatius non recipit diminutionem nisi forte p-
quidem, aut similem coniunctionem. Est ille quidem uir
doctissimus, uerum moribus non perinde probatis.

¶ Periphrasis comparatiui. Cap. XLV.

Comparatiuum circuicione reddimus per aduerbijs
comparatiū magis & minus. Auidior uoluptatum,
quam pecuniae. Magis auidus uoluptatum, quam pecu-
nia. Huic finitimum est potius. Voluptatum: auidus po-
tius, quam pecuniae. Item, Non tam uoluptatum appetes,
quam pecuniae. Minus auidus pecuniae, quam uoluptatum.
Non perinde literarum admirans, quam pecuniae. Breui-
ter modis illis omnibus quibus diximus inaequalitatem si-
gnificari. ¶ Obtinet & uerba quedam uim com-
paratiui. Prestat lucrum pudori, id est, potius est lucrum
pudos.

pudore. Cicero Platone facundior, Plato Cicerœ doctior. Cicero platonem superat eloquentia. Plato Ciceronem antecellit eruditione. Hieronimus Augustinum uincit rerum scientia. Augustinus Hieronimum anteit ingenij subtilitate. Huc pertinent & illa, Anteponere, præferre, posthabere, præcellere, cedere, secundum esse, præripere laudem, & si qua sunt similia. Nam his serme modis orationem comparatiuam uariamus. Magis amat pecuniam, quam famam. Pecuniae Socrates amans est magis quam famæ. Pecuniarum amantior est quam famæ. Famam pecuniae posthabet. Famæ pecuniam anteponit. Minus famæ cupiditate dicitur, quam pecuniae. Impensis amat pecuniam quam famam. Huic potior est pecunia quam fama.

CQuibus modis superlatuum uariamus.

Cap. XLVI.

Superlatuum uariatur primum aduersibijs quæ apponuntur, uel uerbis uel nominibus positius. Amat et maxime, Amantissimus est tui. Effusissime te diligit. Vir inodiosissimus. Vir minime doctus. Minime multos, id est, quam paucissimos. **V**ariatur & per comparatum, idque affirmative, sed inusitatius. Negat, ne frequentius. Cicero reliquis omnibus eloquentior. Cicero quo non aliis eloquentior. Quo non prestantior alter, id est, omnium prestantissimus. Nihil minus amat quam assentatione. Nulla re minus capitur, quam gloria. Nihil hunc æq[ue] delectat atq[ue] musica Nihil prius ha-

*mihil magis
mihil minus
quam*

Eiiij bet

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

*inimici tuae
quam*
bet quam adesse conuiujs. Nihil pulchrius dicit quam di-
uitem uocari. Nihil minus faciam. Nihil minus sentieba,
quam quod tu suspicabare. Homo quiduis potius quam do-
ctus. Efficiā ut intelligas omnia mihi defuisse potius, quam
fidem ac diligentiam. Omnia potius quam illud agnosceret.
Quiduis potius quam uanitatem fatebitur. Nullo inferior,
id est, summus. Nullo non inferior, id est, omnium infimus.
Nemine non deformior, id est, omnium deformissimus.

Per uerba non unquam idem efficitur. Cicero superat
omnes dicendi copia. Vincit omnes candore. Nemini cedit
candore. In dicendo principatum obtinet. Primas tenet. Ar-
cem tenet. Addel: ue & illa. Vir praeter ceteros spectatæ
fidei. Praeter omnes te diligit. Supra cunctos tuæ gloriae
fauet. Ante omnia rei studendum. **V**nicus & solus,
primus, singularis, & similia, natura superlatiuam si-
gnificationem habent, ut sit singularis. Vnus te amat. So-
lus est homo homini amicus. Singulari benevolentia te
prosequitur. Primam laudem obtinet. Tullius eloquentiae
princeps, penulitorum Alpha. Eodem pertinent. Tam fa-
cundus, ut cum hoc nemo sit conferendus. Tam eruditus,
ut ei nemo sit equeandus. Tam prudens, ut parem non inue-
tias. Sic, ut mihi nunquam in uita fuerit melius. Adeo pla-
eet, ut magis non possit. Item & illa. Quis hoc uno facun-
dior? Quid inuenias pecunia uilius? An quicquam est pa-
tria dulcius? Erras si credas mihi quicquid esse uno te chae-
rius. **S**unt sit illæ orationes annotadæ. Officium tuum
tam mihi gratum fuit, quam quæ gratissima. Tam te amo
quam q

quam qui maxime. Amabit Paphilus ut quum maxime.
 Rursum hæ quoque. Hoc mihi credc, si quid unquam es
 crediturus. Homo doctus, si quisquā est omnino doctus.
 Homo, quantum alius nemo, doctus. Nullus æque perno
 uit hominis ingenium atque ego. Haud aliū reperies pin
 de tui studiosum. Neminem adæque timet atque te. Si alias
 unquam, nunc summa uigilantia utendum est, id est, nunc
 maxime. Si quando alias amicum prestitisti, nunc ostende
 quanti me facias. **T**Quantum potest, quoad fieri potest,
 & consimilia, superlativiū uim uidetur obtinere. Tu quan
 tum potes abi, id est, quam oxyssime. Enitar quoad potes
 ro, id est, quam maxime. **H**aud ab refuerit hoc anime
 merare denominationes, & comparationes illas per Hypo
 bolen sumptas. ut si quis hominē crudelissimum, Atreum
 appellat. eloquentissimum, alterum Ciceronem, seuerissi
 mum, tertium Catonem. Tum per comparisonem. Hic
 est Niue candidior. Scytha barbarior. Graculo loquacior,
 aut turtore. Verum huius generis aliquot exempla com
 memorare, non inutile fuerit. Sumuntur autem uarijs mo
 dis. Vel a re quapiam eximia, ut Niue candidior. Pice ni
 grior. Vel a nomine abstracto quod uocant. Cecitate cœ
 cior. Vel ab animante insigni, ut Talpa cœcior. Caprea ocu
 latior. Vel a persona insigni. Phalaride crudelior. Tum
 adhibentur per simplicem denominationem, ut si rem ue
 hementer suauem, mel aut neclar appelles. Rem uehemen
 ter acerbam, fel. Hominem supra modum senem, senum
 ipsum. Vehementer scelestum, scelus. Odiosum, odium.

Ganeone,

*domus celebra
tum ita utca
maxime*

*quantum potest
quantum fieri
potest*

*formante
nib magis oto
augeatis
secundus acice
zone*

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

Ganeonem, cœnum. Lurconem, baratbrum. Contamina-
tum, labem. Contemptum, quisquilias. Impurum, sterqui-
linum. Perniciosum, pestem. Tenébrionem, tenebras. In-
quinatum, lutum. Infamem, propudium. Portentosum,
portentum. Dede corosum, dedecus. Molestum, ulcus. Vi-
tiosum, sentinam. Odi sum, odium hominis. Brutum, pe-
cudem. Virulentum, uiperam. Vehementer cæcum, talpā.
Vehementer rapacem, lupum. Impendio deformē, Tersitē.

Uperbolicam

¶ Eadē hæc noīa per coparationem efferri possunt, ut.

Melle dulcior.	Aere dodonæo loquacior.
Pice nigror.	Vitro fragilior.
Nixe candidior.	Pila uolubilior.
Pluma mollior.	Cothurno instabilior. <small>ante portu versatiliter</small>
Oleo tranquillior.	Alno procerior.
Auricula infima mollior.	Cote durior.
Auro purior.	Sole clarius.
Plumbo stupidior.	Buxo pallidior.
Stipite tardior.	Sardois herbis amarior.
Caudice stolidior.	Alga uilior.
Silice durior.	Rusco horridior.
Cortice leuior.	Glacie frigidior.
Littore surdior.	Aetna æstuantior.
Aequore surdior.	Beta magis insipidus.
Adria iracundior.	Trutina iustior.
Spongia bibacior.	Spina distortior.
Harenis satientior.	Ampulla inanior.

Pluma

- Pluma leuior. Ipsa cæcitate cæcior.
 Ramento lenior. Ipsa nequitia nequior.
 Vento instabilior. Ipsa fame esurientior.
 Morte odiosior. Ipsa siti siticulosior.
 Barathro capacior. Voracitate uoratior.
 Rubo arido præfractior. Quavis peste pestilentior.
 Charybdē uoratior. Ipsa morositate morosior.
 Clemate ægyptia nigrior. Ipsa loquacitate loqtior.
 Corcoro uilior. Deformitate deformior.
 Crâbe recocta molestior. Quouis mōstro mōstrosior.
 Subere leuior. Confidentialia confidentior.
 Clano purior. Senio senilior ipso.
 Floralibus licentiosior. Ipsa stultior stultitia.
 Pistillo retusius ingeum. Calamitate calamitosior.
 Magnete illicibilior. His finitima sunt illa que sumunt ab
 pomis Pumice aridior. Venere formosior.
 Cornu siccior. Marte bellatior seu pugna.
 Vuis passis aridior. Mercurio facundior. (cior.
 Dolio puto incöntinentior. Salute ipsa salubrior.
 Cribro infidelior. Fortuna ipsa fortunatior.
 Laterna magis pellucidus. Ipso infortunio ifortunatior.
 Fonte purior. Vertumno inconstantior. magiscarijus
 Euripo igetior aut incōfida. Proteo mutabilior.
 Oculis charior. (tior. Empusa magis uarius.
 Luce magis dilecta. Ipsi Gratijis humanior.
 Item per Hyperboleni Ipso Momo mordacior.
 eadem uoce iterata. Priapo salacior.
 Deus erat horum Miner.
 et fuses ego.

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

Minerua doctior.	Orpheo uocalior. <i>mas innsia</i>
Euterpe concinnior.	Glauco stupidior. <i>b. unde est tunc p. proueliam</i>
Pluto dittior.	Cyclope immanior. <i>apres gire immanior</i>
Fenia pauperior.	Iro pauperior.
Furia furiosior.	Penelope castior.
Harpya rapacior.	Nireo formosior.
¶ His proxima sunt no-	
mina psouarum, q̄ petū-	Tithono uiuacior.
tur e Tragoedijs, aut Co-	Diana intaetior. <i>mas lato</i>
mœdijs, aut fabulis alijs.	Achille animosior.
Gnathone adulantior.	Erisitone esurientior.
Thrasone gloriosior.	Niobe fecundior. <i>mas paride</i>
Phormione confidentior.	Stentore clamosior.
Geta uersutior. <i>sagas</i>	Tiresia cæciior.
Euclione tenacior. <i>anarieto</i>	Busyride illaudatior. <i>que odiu dant et gipi</i>
Thaide blandior. <i>rebnest</i>	Splinge inuolutior. <i>oscu</i>
Demea asperior. <i>rejiv</i>	Labiryntho intricatior. <i>vet</i>
Mitione lenior.	Dædalo ingeniosior.
Parasito edacior. <i>comilis</i>	Icaro audacior. <i>unde dictum est campanum mure</i>
Tantalo sitientior. <i>massoco</i>	Gigantibus elatior.
Atreo crudelior. <i>ad aleng</i>	Gryllo stultior.
Horeste insanior.	Excetra pertinacior.
Aiace insanior.	¶ His confinia sunt que su-
Vlysse dolosior.	muntur ex historijs, ut
Thersite deformior.	Phalaride crudelior.
Nestore facundior.	Timotheo felicior.
Nestore uiuacior.	Polycrate fortunatior.
¶ His confinia sunt que su-	
muntur ex historijs, ut	
Phalaride crudelior.	
Timotheo felicior.	
Polycrate fortunatior.	
Timone inhumanior.	
Sardana	

Sardanapalo nequior.	Græco uanior, seu leuior.
Numa religiosior.	Thracibus bibacior.
Phocione iustior.	Theffalo perfidior.
Aristide incorruptior.	Care uilior.
Crœso ditior.	Leontinis luxuriosior.
Catone præfractior.	Sybarita fastosior.
Crasso locupletior.	Milesijs effœminatiōr.
Codro pauperior.	Arabis ditior.
Aesopo luxuriosior.	Pygmeo breuior.
Herostrato ambitiosior.	Arcade stolidior.
Fabio cunctiōr.	Cretensi uanior.
Socrate sanctior.	Asoto luxuriosior.
Milone fortior.	C addantur his ea quæ sū muntur ab animantibus.
Chrysippo acutior.	Muliere loquacior.
Lynceo perspicacior.	Passcre salacior.
Thracalo uocalior.	Hirco libidinosior.
Demosthene facundior.	Ceruo uiuacior.
Curione obliuiosior.	Coruo uiuacior.
Hannibale uafrior.	Cornice uiuacior.
Heraclito obscurior.	Gracculo loquacior.
Aristarcho doctior.	C ucurbita uocalior. Huc pertinent & illa Luscinia uocalior. que sumuntur a gētibus. Dipsade nocentior.
Pœno perfidior.	Vulpe fraudulentior.
Seytha asperior.	Echino asperior.
Sythotauris inhospitalior.	Anguilla lubricus magis.
Parthis fugacior.	Lopore timidior.

Pisces

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

Piscesanior.	Tippula leuior.
Delphino lasciuior.	Simia lasciuior.
Phœnix rario.	Cane adulantior.
Scropha fœcundior alba.	Fele rapacior.
Nigro cygno rario.	Ceruis demissis auribus
Albo coruo rario.	Laro stultior. (surdior.)
Vulture edacior.	Cocyce importunior.
Scorpio improbior.	Scarabeo improbior.
Iaculis iexpectatior aut pe-	C Idē pollent quæ sus-
Testudine tardior. (Stiletiōr)	muntur ab officijs, ut
Cochlea contractior.	Carnifice immanior.
Gliresomniculosior.	Lenone periurus magis.
Sue indoctior.	Cincoedo effeminator.
Afello tardior.	Milite glorioſior.
Hydra immittior.	Athleta robustior.
Dama timidior.	Rege magnificientior.
Hirudine bibacior.	Areopagita trifflor.
Cane rixosior.	Monacho imperitior.
Tauro robustior.	Heredipetis adulantior.
Equo idomito ferocior.	Tyranno violentior.
Vrso hispidior.	Fosfore durior.

E Andem uim obtinent noxes de nominatiue ab his deformate, ut Mellitum pro uehementer iucundo. Niuei mores pro uehementer puris. Aureum sæculum pro magnopere fœlici laudatoque. Plumbeum. Saxeum, pro duro. Eliteum, betaceum pro fatuo.

fatuō. Ficulum pro molli. Adamantinum pro duro, ac laborum egregie toleranti. Vitreum pro fragili. Vultureus uenter. Vulpinum ingenium. Leonina ferocitas. Trasonica iactantia. Demeana asperitas. Stentorea uox. Ciceroniana facundia. Cuius generis plura sunt, quam ut numerum eorum persequi laboremus. Illa porro longius quidē persista uidentur, sed tanten hunc ad locum pertinent. Quam curat numerum lupus, aut torrentia fluminia ripas. Non pluris illius conuictia facio, quam culicem elephantus Indicus. Pili non facio, Nauci non facio, Flocci non facio. Sed hæc alio loco.

Communis omnium graduum uariatio. Cap. XLVII.

Omnes gradus circuitione uariamus. Vir magno-
pere Doctus, Vir magna doctrina p̄ditus. Magis
doctus, Maiore doctrina p̄reditus. Doctissimus, maxima
doctrina p̄editus. Ea res cum magna, cum maiore, cum
summa turpitudine cōiuncta est. **A**cquipollentiæ quæ
uocātur ἴσιδυραι signorum. Id est, equipollentiæ nō
mediocriter ad orationis copiam faciunt. Quare primum
uocum ipsarum inter se discrimina paucis ostendemus.

Totus ad ptes refertur magis qm ad formas. Si mors
totū hoīem absumeret, merito tātope formidaretur. Totū
hunc mēsem, Totā hāc nocte sine fruge trāsegi. **C**ur
Eius ad singula q̄ ratio noīs cōpleteatur, generati refertur.
Cunctos Romanos, Cunctos mortales. **V**niuersi, oēs se-
mul collectos significat, ueluti cōgeminans rationē gen-
ris,

*partū de
raccentia*

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

ris. Aut nullam, aut uniuersam pecuniā uult, id est, om̄em simul. Terentius. Id illa nunc abripit uniuersum.

naues & signū in ueritate ¶ Singuli huic diuersam habet rationem. Nam omnes quidē ita significat, ut unusquisque singillatim per se intel ligatur. In singulas naues singuli milites accensebantur.

mīnīcā ut pōnat prototy. etcūt ¶ Omnis quasi generale est ad omnia. Siquidem omne

corpus pro toto dicimus. Et omnem populum pro toto populo. Et omniē diem pro singulo die, siue pro quoouis die.

Horatius, Om̄em crede diem tibi diluxisse supremum. Et omnes pro cunctis, & omne pro uniuersum. Teren-

tius. At ut omne reddat. Tametsi hic pro toto positum ui deri possit, ¶ Quisque addit rei cuiuspiam in singulas

partes distributionem, ut sua cuique sententia, Natura ani

mantium sua cuique dedit arma. Suas cuique dotes largi

tus est deus. ¶ Vnusquisque nihil a quisque differre uide

detur, nisi quod pro singulo ponitur. Vnumquēque sua

cupiditas ducit. Nunc unumquodque crīmē cuiusmodi sit

excūtiāmus. Nihil autem prohibet & singuli per distributionem huiusmodi accipi. Singulis nauibus singulos du-

ces praefecit. ¶ Quisquis non absoluit orationem. Quis

cunque modo perficit, modo non perficit. Quisquis gra

uabitur sementem facere, is non metet. Quicunquic recus

sabit labore, non feret fructum aliquoties absoluit prope

modum quum significat ignorantiā. ut Quisquis fuit ille

decorum. Quisquis es armatus, qui nostra ad limina te

dis. In obliquis nonnquam unico uerbo contentum est

tus. In eam sententiam ibant omnes. Statuerā in animo.
Mecum statueram. Vtrum utro melius, nondum statui.
Constitui hoc anno nauigare. Est mibi in animo hoc
re nauigare. Si mihi non animo fixum immotumq; se-
deret. Mibi nihil æque propositum in uita, quām tibi p
omnia gratificari. Si ita in animum induxisisti tuum. De-
stinaram in animo. Hic murus abeneus es.

C Assentiendi.

A Ssentior tibi. Tecum sentio. Consentiebant uni-
uersi. In tuam sententiam pedibus eo. In eam sen-
tentiam reliqui omnes pedibus discedebant. Accedo tuæ
sententiæ. Non his accedo, qui Pythagoræ sequuntur opi-
nionem. Tuo iudicio subscribo. Sententiæ tuæ meum ad-
do calculum. Ea sententia plerisq; probabatur. Idem sen-
tio quod tu. Sententiæ tuæ nemo nō suffragabitur. Hæc
mibi tecum conueniunt. Hactenus omnia mili tecum cō-
stant. Hac de re summus inter philosophos consensus est,
δομόθηφοι Græcae eiusdem sententiæ, eiusdemq; suffragij.
δομόδοξοι eiusdem opinionis, eiusdem scitæ vocantur. Idē
uno omnes ore confirmabant. Omnibus eruditorum
calculis sine punctis, eloquentiæ princeps.

C Dissentiendi.

I Ongelatèq; abest. Dissentio. Ego longe diuersa
sentio. Multo aliter atq; tu sentio. Et sententiæ re-
fragabantur omnes. Istæ sententiæ nemo non reclama-
bit. Mibi tua sententia neutiquā probatur. Magnopere
nostra cum tua pugnat opinio. Variatum est sententys.

G Id

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

Id unum nobis est controuersum. Id solum est in controversta. Evidem ab opinione tua nimium absum. Multum à tua mea discrepat sententia. Longe secus atq; tu sentio. Haud mediocriter à tua, mea disidet opinio. Nimirum inter tuam atq; meam interest opinionem. Plurimum à tua mea distat opinio. Mibi secus uidetur. Duis aliter uisum est. Huic sententiæ milites aduersabantur.

¶ Præcandi.

Quod agis bene fortunent superi. Quod agis bene uertat. Fœliciter cadat quod instituisti. Duis cœpta secundent. Optime cecidit. Bene uertat reipub. Sit fœlix, faustum, bonumq; recipib. Fœliciter cedat nobis omnibus. Hanc affinitatem precor, ut deus nobis omnibus lætam esse uelit. Fœliciter exeat quod cœpisti. Prospere succedat quod agis. Ex animi sententia procedat qd agres sus es. Deum optimum maximumq; precor, ut istud consilium quam est honestum, tam sit etiam auspiciatum. Precor ut bonis auibis Italiam adeas, melioribus redeas. Precor ut hic annus tibi lætis auspicijs ineat, lætioribus procedat, lætissimis exeat, ac saepius recurrit semper auspiciator fœliciorq;. Precor ut hic dies tibi candidus illuxerit. Incolumen reditu opto liberis tuis. Precor ut apud tuos omnia læta reuersus offendas. Utinam prospere nauiges, similiq; successu renauiges. Bonis auspicijs ancam soluas. Precor ut tuis optatis omnia respondeant. Faxint superi ut alba tibi contingent omnia. Velim ut ex uoto res omnis succedat. O si hæc ita ut uolumus no-

bis

bis eveniat. Precor ut tibi secunda occurrant omnia. Precor ut dijs secūdis, fauentibusq; negocīū hoc conficias. Quæso ut hanc rem, stultissime cœptā, superi nobis bene uertant. Nihil malim quā ut his pulcherrimis cœptis, dextra aspirent numina. Quæso ut quod instituisti, superis bene fortunatibus absoluas. Precor ut hic contraclus commodo sit utrisq;. Precor ut hoc matrimonium uoluntati sit omnibus nobis.

Primi supini uariatio.

Venit repetitūm depositum. Venit ad repetendum depositum. Venit ad repetendā pecuniā. Venit repetendi depositi causa. Venit ut dēpositum repeatat. Venit repetiturus dēpositum. Venit repetere depositum. Græcum hoc postremum. Tametsi poctæ latini, ab hac loquendi forma non abstinent, præsertim Horatius.

DIVIDENDI FORMVLAE. CA. LXII.

Omnis eloquentia rebus constat ē uerbis. Rerum uniuersitas decem generibus continetur. Officium oratoris in quinq; partes distribuitur. O ratio sex parteis complectitur. O ratio sex partibus absolutur. Primum genus sex continet species. Quidam in septem species secent. Reipub. tres sunt formæ. Respub. in tres dividitur formas. Enthymema non simpliciter accipitur. Syllogismus trifarium dividitur. Omnis argumentatio in formas octo diducitur. Id genus in partes septem deriuatur. Huic generi species subiectæ sunt decem.

C 2 Summa

ERAS.R.O.T.DECOPIA VERBORVM.

Summa diuisione in duo genera diuiditur , quorum
utrumq; in species compluris distractabitur. Præiudiciorū
uis omnis, tribus in generibus uersatur.

DISTRIBVENDI. CAP. LXIII,

Bis me tue delectarunt litteræ, partim quod essent
mirum in modum elegates, partim quod eximiā
quondam in me bencvolentiam præsefcerrent. Pars inge-
nium, alijs corpus exercebant, duriuscule dixit Salustius.
Vtrunq; fratrem alienauit à se, unum morum asperi-
tate, alterum sordibus. Corpore atq; animo constat ho-
mo, alterum cum pecudibus habet commune , alterum
cum dijs. Neminem non lacescit. hunc scriptis, illum con-
uityjs, alium minis. Hunc negligit, hunc odit. Verum id
magis in carmine quadrauerit. Geminatio uerborum in-
terdum habet uim, leporem aliâs. Cice. Alios assentatio-
ne delinit, alios muneribus corrumpit, alios promissis il-
lecat. Modo ait, modo negat. Interim obiurgat, iterim
incepte blanditur. Quod quidem Fabianum est. Nunc ne-
minem admittit, nunc omnibus occurrit.

PROHIBENDIA V TIMPEDIEN-
DI SIGNA. CAP. LXIII.

NEmo prohibet ire quæquam publica uia. Tu me pro-
hibes, ne publica ingrediar uia? Quo minus asse-
cutes sis , fortuna in culpa fuit, non ego. Impedimento
fuit, quo secius lex ferretur. Ego id agam qui ne detur,
apud Terentium legimus. Metuo ut ferre possis, id est,
ne non possis. Etiam si hic ut, pro quo modo positum ui-
deri

deri possit. Id utile, ut ne quid nimis. Vt ne, ut ne pro ne
quemadmodum apud Græcos i'va μη. Non ueto quin q̄
uelis facias. Suetonius in Tiberio. Intercessit quo minus
in acta sua iuraretur. i. obſtitit, inhibuit, impedimento
fuit. Per me non stetit, quo minus uiceris,

¶ Dubitandi.

NOn dubito quin cupias redire. Non dubito te cu-
pere redditum. Res in ambiguo eſt. Nondum satis
conſtitui. Adhuc anceps animi ſum. Adhuc hærcio. Etiam
dum επείχω, quod eſt Academicorum.

¶ Sine & Citra.

Citra præceptoris operam doctus euafit. Sine præ-
ceptorē doctus euafit. Nullo p̄ceptore doctus euaf-
it. Absq; pecunij nihil efficias..

¶ Stentandi.

OStentat ingenium. Iactitat natales ſuos. Iactat ſe-
de natalium ſplendore. Sibi vindicat eloquentia.

¶ Corrigendi ſanandiq;

HVic incommodo paulo mederi poſſis. Huic ma-
lo illud erit remedio. Quod iactu cecidit. arte cor-
rigas. Mendū litura tollitur. Animi morbos ſanat phi-
losophia. Corporis uitia ingenij dotibus pensantur. Fe-
bre leuatus eſt. Malis omnibus mors ſemel liberat. O cu-
lorum uitia ruta emendat. O rationis uitia Grammati-
ca caſtiligat. Philosophia morbos animi pellit, medicatur
q; Détium cruciatum uinum lenit. Uteri tormina leuat
malua. Capitis dolores mitigat ſomnus. Scdat tormina.

G 3 Fugat

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

Fugat pruritum. Sopit dolorem. Leuat dolorem. Vxor
ris uitium aut mutandum est, aut ferendum. Morbis om-
nibus arte succurritur. Soli senectuti subueniri non po-
test. Aduersus podagram efficax est apium. Contra Car-
cinomata ualeat mel. Obſtitit ebrietati Cicuta.

¶ Blandiendi ſine hortandi.

Dic age. Dic fodes. Dic obſcro. Dic quæſo te. Dic
amabo. Fac uirum te præbeas. Quid habes quod
ad hæc repondeas? Cedo. Agedum. Eia age. Vide ſis,
Qui n uno tu uerbo rem expedit?

¶ Tua cauſa.

Nō lim id eſſe uerum, uel tua cauſa. Tibi metuo,
Mibi gaudeo, Omniū nomine dolco. Tua gra-
tia munus hoc ſuſcepſi. Vicem tuam doleo. Commoda il-
li reſpectu mei. Qua loquēdi forma uſus eſt. Quītilianus
Inuenitur & contemplatione tui. Tui cauſa. In tuā grā-
tiam hæc feci. ¶ Vtrum nec ne.

Vife utrum redierit, an non. Vife num redierit. an
non. Vife redierit ne domum. Vife an redierit an
non. Vife redierit ne domum, nec ne. Vife redierit, an no.
Cogita utrum famæ malis consulere, an pecuniæ. Cogita
famæ ne malis cōſulere, an pecuniæ. Cogita famæ ma-
lis consulere, an pecuniæ. Cogita an famæ malis conſule-
re, an pecuniæ. Cogita num famæ malis cōſulere, quām
pecuniæ. Vide ſi potes eſſe poffessor. Cicero in Oratore
ſuo libro. 2. ſi pro an dixerit. imitatus Græcos, apud
quos ei bifariam ſignificat.

Finge

¶ Concedendi.

Finge hominē uiuere. Fac ita esse. Ut donemus ita esse. Ut hoc iterim tibi cōcedamus. Ut hoc interim tibi largiar. Pone sic esse i tabulis. Esto sane. Sit ita sane. Ut maxime iusserim, non erat tuum id facere. Etiam si quid asperius dixisset, tuum erat obticescere. Sed imagi nare me donasse, non potes tibi rem vindicare. Et si maxime donassem, non tibi ius est rei uindicandæ. Donarim sane, non statim tibi ius est iniiciendi magum,

¶ Parum abesse.

Penè scopum attigeras. Propè scopum attigeras. Propemodum attigeras scopum. Parum aberas à scopo. Parum absfuit ut scopum attigeris. Parū abest, quin scopum attigeris. Res parum aberat à pugna. Parū aberat quin pugnarēt. Parum aberat ut homini manus injiceret. Vix hominem cobibui, quo minus manum injiceret. Tantum non conserebant manus. Tantum nō adorabant, quod gr̄ecis est familiarius, μόνον οὐχί. Suetō de Tyberio Cæsare, Ciilem admodum inter initia, ac paulominus qui priuatum egit. Paulominus dixit pro propemodum. Ac paulopost. Quod paulominus utrūq; euenit, id est, parum absfuit quin utrumq; eueniret. Idem de eodem. Sed tātum non statim à funere, ad negotiorū consuetudinem redijt, id est, propemodum statim à funere. Pro tantum non, Terentius dixit, modo non. His senem pellexit per epistolam, modo non montes aurum pollicens.

G 4 Incertu-

EEAS, ROT. DE COPIA VERBORVM.

¶ Incertitudinis.

Annos natus est fermè uiginti. Annos natus circiter octoginta. Ad dies uiginti, Hora quasi decima, apud Suetonium. Annos habet, haud scio an duo de uiginti? Puerum annos natum fortasse decem.

CORRECTIONIS ET OCCUPATIO
NIS FORMVLAE CAP. LXV.

In pietate præcipua fœlicitatis pars, uel tota potius fœlicitas hominis sita est. Doctrina nihil ad uirtutē conducit, immo nō nihil officit. Tibi præcipue, atq; adeo tibi uni calamitatem hāc acceptam ferre possumus. Tuū opus uidi magis quām legi, Græcas litteras degustauit uerius quām didicit. Bonas litteras sedulitate sua deprauauit, uel ut uerius dicam cueruit, Bonas litteras non dicam deprauauit, sed funditus euertit. Suos omnes læsit, quid dixi læsit? immo subuertit. Quem historicū citius dixeris quām poctam, Lucanum relegi, non tam poetam quām historicum. Nisi pater essem, dicerem te despere. Homo penè dixeram impostor, Respondebo non oratio ni tua, sed conuictio,

AVTORES CITANDI FOR
MVLAE. CAP. LXVII.

Vt Ciceroni placet. Autore Platone. Teste Varro ne. Si Terentio credimus. Vt refertur apud Pliniū, Ut ait Protagoras Platonicus. Ut apud Xenophō tem Simonides dixit. Epicuro teste, fœlicitas in uoluptate sita

re sita est. Aristoteles bonorū treis ordines fecit. Non sp̄ rare animal, cui non sit sanguis calidus. autor est Theo phrastus. Apud Plinium scriptum est, Elephantos decimo demum anno parere. Pyrrho negat quicquam sciri posse. Id uerum esse testis Luius. Extat in animalibus. Veturum litteris proditum est. Eius sententiæ complureis citat autores. Ad eam sententiam quā plurimos allegat testes. Eam sententiā multorum autoritate tuctur. Huic opinioni Plinius astipulatur. Huic sententiæ suffragatur Plato. Idem sentit Pythagoras. Aristoteli animal est etiā spongia. Plinio sentiunt & arbores.

VARIATIO IMPERATIVI

MODI. CAP. LXVII.

Vale, ualeas, fac ualeas, ualeto, ualebis, idē pollent & in quibusdam futurum subiuētui, memineris pro memento, oderis pro odio habeto. In ceteris item si addideris prohibendi signū, ne dixeris, ne dicas, ne dic.

VARIATIO FUTVRI. CAP. LXVIII.

Poenitbit olim te. Futurū ē ut olim te poeniteat. Spero te grauisurū facto. Breui opinor tædebit te huius uitæ. Opinor fore, ut breui te huius tædecat uitæ. Spero futurum ut facto gaudreas. dixeris egregie. Alligaris filium. Abibit hic propediem. Abiturus est hinc propediem. In ea uero periphrasi, futurum est ut repetat creditū, Latini uidentur reddere græcam figurā μέλλει ἀεγεῖν, id est, dicturus est. Est autem familiaris Ciccro

ni:

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

ni. Necessaria quoq; quoties in uerbum inciderimus, qd futuro careat. ut spero fore, ut artem breui perdiscas, Nā perdisciturū non poteras dicere. Est futurum quoddam quasi mixtum cum significatiōe præteriti, ut Priusquā tu domum redeas, ego epistolam perscripsero. Antequā in portum peruenies, nauis soluerit. Si tales animos in pugna præstabitis, uicerimus, siue uicimus, id quod finitum esse uidetur. τῷ μετ ὀλίγον μέλλοντι, Quanquam id alioqui latini circuloquuntur per iam, iamia. & mox. Iam aderit. Similis iamiam morituro. Mox aries. Sunt in quibus necessitate abutimur futuro subiūcti. Eliui, ut Meminero, odero, nouero. Ad futuri significatiōem pertinent illa, Conſido commentarium hoc ſtudioſis probatum iri. Et perſpicio te perditum ire filium.

DE PERIPHRASI GENERALI VERBORVM. CAP. LXIX.

Commune ferē eſt modis omnibus, ut perſio uerbum, aut similia circumloquamur. Ita charus cris omnibus. Ita fiet ut charus ſis omnibus. Hoc modo effigit inuidiam. Hoc modo faclum eſt, ut effugerit inuidiam. Vtinā exæquo me amares. Vtinā fieret ut ex æquo me amares. In uxorem pefſimam incidi. Mibi uſu uenit, ut in pefſimam inciderim uxorem.

DE MODO POTENTIALI. CA. LXX.

Admodum potentialē ferē pertinent, que p post eſt, aut debet, aut simile uerbum exponi poſſūt. Quid

Quid agas cum eo, qui nihil intelligit? Est quod rideas
non est quod inuidias. Videas et flumina sicca. Cerneret
alios trepidare, alios circu spectare fugam. Vidisses om-
nes obmutescere. Evidem istud non affirmari. Dixer-
it hic aliquis. Maturius uenisses. Et apud Terentium,
Prædiceret, pro prædicere debuisses.

AESTIMANDI VER.

BA. CAP. LXXI.

Plurimi me facit. Parui habet. Pro nibilo ducit Ni-
hil pendit. Pro minimo dicit. Ne huius quidem
facio δεικτικῶς ostendo pilo, aut flocco. Maximo in pre-
cio est apud omnes. Plurimi fit apud omnes. Magni ha-
betur apud suos. Pili non facio. Nauci non facio. Flocci fa-
cio. Vnius aestimemus assis. Cassa nuce non emam.

EMENDI FORMVLAE ET SIMI

LIA. CAP. LXXII.

Nimio emisti. Non reuendes tantidem. Nimio lice-
ris. Minoris addicturus erat. Quanticunq; indica-
ris, tanti mercabor. Vide ut quam maximo aestimes.
Non refert quanti res ipsa sit, sed quantoperc tibi sit
opus ea. Tu tuum agrum pluris conducis quam ego
meum emerim. Paulo locas aedes tuas. Cupiam ma-
ximo, si queam. Emqueam potes minimo, reuende qua-
potes maximo. Asse non emerim tota Ciceronis fama. La-
bore dij sua bona uedunt, uili uedunt, Minoris non possunt.
Non

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

Non emit, qui nibilo emit. Chare emit, qui rogat. Quāt̄ cœnastis? Perchare. Magno hic uuitur. Amatur uilissi me. Bassus charius cacat quam babit. Magna mercede canit. Maxima tacuit Demosthenes. Quāto metiris precio? Quanti stipulatus est? Thais decem milibus drachmarum noctem uenditabat. Nimio constat elegantia. Sucto vius. Quorū uni mellita quadragies seſtertiū cōſtiterūt.

DISCRIMINIS FORMV LAE. CAP. LXXIII.

Nihil interest, facias an dicas. Nihil refert per te facias, ac p alium. Parui mea refert quid nolis aut uelis. At mea plurimum refert. Quid interest utrum facias, an instiges? Plurimum interest, maxime refert quo tempore uirum adeas. Evidēm hanc magno in discrimine pono, apud. T. Liuum, & apud. V. Maximū, respondit se uita malle excedere, quam metu uiolentæ mortis, amicos inimicosq; iuxta ponere. Quædam perquā tenui limite diuiduntur apud Fabium. Vera ne sint hæc afficia, nihil labore. Vtrū scripseris, an dixeris, feceris nec ne, manum non uerterim. Susq; deq; fero. Susq; deq; habeo. Instigasti, perinde est ac si feceris. Ex æquo in noxia est tantundem peccasti. Citra discriminem amat, ac laudat omnes. Citra delectum omnes in familiaritatē receptat. Omnes promiscue mordet. Passim hæc prædicat. Apud quoslibet hæc dicit. Amussis alba in albo lapide.

AFFIRMANDI. CAP.LXXIII.

Promisit

Promisit sese uenturum : promisit. Maxime. Etiā, pro quo Græci val. Scilicet. Admodū. Quām lumbentissime. Bene gne. Sic habet. Sic erit. Ita est. Factum est. Plane. Mirū ni. Haud dubie. Dubio procul. Liquet. Cōstat. Confessum est. In confessō est. Extra controuersiam ejt. Certum est. Pro certo. Compertum. Liquido liquet. Indubio. Indubitato.

ACCVSANDI FORMVLAE CA LXXV.

Accusatus est, sacrilegij. Hic se furti alligat. Postulatus est repetundarum. Delatus est proditionis. Reum egit peculatus. In ius uoca. Lege agito. In ius ambula. In ius duxit hominem. In ius trahis. Litem intēdit. Dicam scripsit. Filius cum patre litem agitat. Cum opulentissimo uiro illi lis est. Cum Mida iudicio deceritat. Accersitus est capit is. Diē illi dixit. Eum talionis agētem. Agit cum eo male detractionis. Damnatus est repetundarum, uel de repetundis. Absolutus iniuriarum. An quisquis gratiam cum possit, non refert, ingratit teneatur. An teneatur reipub. lœsē, qui quod sibi licuit fecit, Legereligionis sit actio.

FORMVLAE V TILITATIS CA LXXVI.

Nihil æque conduit ad beatu uendum. Nihil ad parandas opes cōducibilius. Nihil ad eā rē cōfert. Plurimū adferet adiumenti. Ut ilis ad parādos amicos assentatio. Plus adfert uoluptatis quām utilitatis. Plurimas ad res hic libellus usui futurus est. Ad id patruus in primis

ERAS.ROT. DE COPIA VERBORVM.

primis adiutare poterit. Quid faciunt ad uirtutem numeri? Libet quidem, uerum non expedire. Utinam haec res tam frugifera tibi sit, quam futura est honesta. Utinam tantum de frugis adferat, quantum adferet gloriae. Ad id sola doctrina fuerit adiumento. Ad hoc pecunia magno administrculo futura est. Ad id haud mediocriter adminiculatur uires corporis. In id quoque prodest ornatus, Fabianus. Non parum ad id efficiendum momentum habet fama integra. Neque uero illud mediocriter profuerit. Adiuuat hoc quoque. Hac ratione nihil profecimus, reliquum est ut diuersam ingrediamur uia. Nihilo plus explicit, ac si insanire paret, id est, nihilo plus proficiat. Eruditio ad pietatem plus adserit dispendij quam compendij, et non tam promouet quam remoratur. Calida sunt amica stomacho. Dulcia conduscunt hepati. Quod stomacho consert, idem prodest cerebro. Quod ad stomachum facit, idem capiti salutare est. Quod stomacho bonum est, idem cerebro commodum est. Lactucae alio deuicienda efficaces, et ad somnum conciliandum idoneae. Ad ciendos menses ualeat malua. Alio fistendae sunt utiles fabae asce. Stomachum acuum, excitant, irritant appetentiam edendi. Hac in re solus hic tibi poterit commodare. Plurimum commoditatis adseret pecunia studioso. Utinam tam tibi commodo sit, quam mihi fuit graue. Magno meo malo tentauit. Fecisti tuo commodo, nostro incommodo. Si iudicabis in rem tuam esse. Si putabis ex usu tuo force. Si putabis est re tua force. Pro te facit quod dico. Ad philosophiam, Dialecticam

uiam

uiam aperit, uiam sternit, uiam præstruit. Ad eam rem
iam iacta sunt fundamenta. Partus adiuuat. Inflationem
stomachi discutit. Pectoris dolores leuat. Bilē extrahit,
Pituitam detrahit. Mensum abundantiae auxiliantur.
Aduersus serpentes in uino datur. Deploratis auxilio est
Chironia. Morbis omnibus medicatur panace. Elleboro
phthiriasis emendatur. Datur ad serpentum ielus Cheli-
donia. Rhododaphnes folia homini præsidio sunt aduer-
sus serpentes. Auiditatem cibi facit acetum. Valet ad cibo-
rum appetentiam irritandam.

PRAESAGII FORMVS

LAE. CAP. LXXVII.

Sol purus oriens neq; feruens, serenum diem nun-
ciat. Concauus oriens pluuias prædictit. Si circa oc-
cidentem rubescunt nubes, serenitatem futuræ diei spon-
dent. Sin spargentur, pluuiam uentosq; significabunt.
Cum oriente radij non illustres eminebunt, pluuiā por-
tendent. Si in exortu rubescunt nubes, maxima ostendetur
tempeslas. Si oriens cingetur orbe, ex qua partis se ape-
rit, expletetur uentus. Si totus defluxerit, serenitatē da-
bit. Lunæ cornu septemtrionale acuminatum, inde præ-
sagit uentum. Si quartam orbis rutilus cinget, uen-
tos & hymbres præmonebit. Nascens ab atro cornu,
pluuias decrescens dabit. Rubicundam uenti protinus
sequuntur. Autumni serenitas uentosam hyemem fa-
cit. Volitantes stellæ uentos nunciant. Eadem in plus
res disiectæ partes, inconstantes uentos effundent.

Cum

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM:

Cum ab Aquilone nocte serena fulgurauerit, uentū & hymbrem demonstrabit. Nubes uehemētius atræ ab oriente, in noctem aquam minantur. Nube grauida candiante, grando imminebit. Nebulae cœlo cadentes, serenitatem promitunt. Pallidi ignes tempestatū nuncij sunt. Mare in tranquilo portu intra se murmurans, uentum prædictum. Camporum fragor & cœli murmur, non dubiā habet tēpestatis significationem. Echini affigentes se se, tempestatis signa sunt. His modis locutus est Plinius.

OFFICIENDI FORMVLAE, ET

IVVANDI. CAP LXXVIII.

Pirorum eſus ſtomacho grauis. Dulcia ſtomachū laedunt. Acida cōcoctioni officiunt. Salsa noxia ſunt hepati. Lac uirilem ſtomachum offendit. Aduſta ſunt ini mica bilioſis. Non obſitam. Non fuero impedimēto. Nō obturbabo. Non reluc̄tabor. Non obſtrebam tuis conati bus. Nō renitar. Nō reclamabo. Nō remorabor institutū tuum, Fabius. Aures minus feriunt, pro offendū dixit.

FUNCTIONIS FORMVLAE:

CAP. LXXIX.

Gessit consulatum. Vbi tum proconsulem agebat. Prætoris officio fungebatur. Dic̄tator erat. Bellū administrabat. Siciliā obtinebat. Prouinciae præsidebat. Amōnæ p̄fēctus erat. Regia negocia procurabat. Mu nia tribunitia obibat. Censui præerat. Hoc negotij tibi mandamus. Tibi prouinciam hanc delegamus. Duram ſucepisti prouinciam. Duram ſuſtines prouincia. Fac ut ſtes

imperatorem te præbeas. Vide ut præstes amicum. Scur
ræ, non amici functus es officio. Ego te absente tuis fun-
gar uicibus. Tuas agam partes. Defunctus consulatu.
Defunctus uita. Defunctus malo. Defuncte periclis. Ver-
gilius. Defendere uicem. Horatius. Defendantem uicem mo-
do rhetoris atq; poetæ. Pontificis personam gerit. Tra-
ctare rempub. Gubernare rempub. Ducere bellum, Gere
re, exercere bellum. Nauare operam. Satagit rerum sua-
rum. Ductare exercitum. Patrare bellum. Quæ duo uer-
ba Fabius notat à Salustio nouata. Omnes in officio sūt
Non deero officio meo. Nusquam cessabo in officio meo.

QVIBVS MODIS TRIBVIMVS

ALI QVID. CAP. LXXX.

SVmmo ingenio puer. Summi ingenij puer. Sum-
mus ingenio puer. Summus ingenium poeticū est.
Vir admiranda sapientia. Vir admirandæ sapiētiæ. Vir
admirandus sapientia. Vir admirandus sapientiam. in
carmine. Vir incredibili præditus sapientia. Vir omnijus
gis corporis atq; animi dotibus exornatus. Vir omnibus
instructus dolis. Vir ex meritis mendacijs cōflatus, atq; cō-
positus. Id omnibus natura insitum est. Id natura nobis
indidit. Ita natura comparatum. Id cunctis attribuit na-
tura. Multa uitia nobis recepta consuetudo conciliat, nō
nulla natura in generat. Omnibus immatum est, ut uitam
suam incolumen esse uelint. Id uitij non tibi natura ad-
iunctū est, sed accessitū, ac receptū, prava consuetudine.
Inest in homine incredibilis quædā astutia. Inest homini.

H Titus

ERAS. ROT. DE COPIA VERBO RVM.

TITVLORVM. CA. LXXXI.

EIus rei meminit Plato in Dialogo, qui inscribitur συμπόσιον. Testis Cicero in eo libro quē inscripsit Oratorem perfectū. Plinius in opere cui titulus historia mūdi. Varro in Satyra, cui titulum fecit, nescis qd serus uesper uchāt. Vergilius in Alexide. Terentius in Adelphiis. Hesiodus in opere, cui titulum nuncupauit, Opera & dies. In libello cui titulum indidit, de uerborum copia, In commentarijs quibus titulum prætulit, de nugis aulicorum. In Odarum libro, quem Sylvas nū cupauit. In Phormione Terentiana.

GRATVLANDI. CA. LXXXII.

GAUDEO te, nobis optantibus, in columnen esse redditū. Gratulamur tibi uictoriam. Gratulamur de uictoria. Gratulor uicisse te. Quod uictor redieris, uehementer gaudeo. Te noua prole auctum esse gaudeo. Saluum te aduenire uolupē est. Lætor tuo nomine, qd uxor fæliciter peperit. Quod gener tibi tātopere probatur, magnopere tua causa gaudeo. Voluptati mibi est, quod tibi res ex sententia cesserit. Tua gratia gaudeo, quod res præter spem bene uerterit. Tuam uicem lætor, qui prospere pugnaris.

GRATIAS AGENDI. CA. LXXXIII.

QUOD tam officiose me comendaris principi tuo, gratiam & habeo, & habiturus sum immortalem. Quod tanta fide mea negocia procures, pares gratias agere uix possim, referre nequaquam. Quod me passim

passim amantiſſime prædicas, uideo quantum debeam
tuo in me ſtudio. Quod meis commodiſ tātopere ſtudes,
Et habetur à me gratia, Et ſemp habebitur. Quod ar-
gentum ad diem promiſum reddidiſti, amo te, Et ha-
beo gratiam. Ecquid nos amat de uirgine? Faclum bene,
quod epiftolā obſignatam remiſeris. Quod nos pro tua
uirili tueris gratū eſt. Gratas perſoluere dignas, nō opis
eſt noſtræ. Fatcor me tibi magnopere deuinctū eſſe: Hoc
nomine plus tibi debeo, quām ut unquam ſoluendo eſſe
poſſim. Hoc offiſio arctius me tibi aſtrinxifli. Obligatio
rem tibi feciſti, Deuinctorē reddidiſti, Magis obnoxiiū
effeciſti, quām ut uel uerbis agere gratias poſſim. Ma-
ior eſt noſtra neceſſitudo, quām ut uel tu mibi, uel ego ti-
bi, pro ullo offiſio debeam gratias agere. Maius eſt hoc
beneficium, quām ut orationem poſtuleſt.

REFERENDI BENEFICIUM

CAP. LXXXIIII.

Gratiam referre. Reponere merita, repēdere officia.
Pensare beneficium. Remunerare beneficium. Re-
metiri beneficium. Perſoluere beneficium. Reſpōdere me-
ritis. Par eſſe beneficij acceptis. Efficiam ut tuum in me
officium ad te non ſine fœnore redeat. Fœneratum hoc
beneficium tibi pulchre dices. Disperecam, niſi benefi-
cium iſtud tibi conduplicauerit. Retaliare iniuriam, in
malam partem. Respondere malefactis. Reponere iniu-
riam. Pensare, remetiri, referre, ac fermè omnia Et in
malam partem poſſunt accipi. Inuenitur Et retaliare.

H 2 apud

ERAS.ROT. DE COPIA VERBORVM.

apud Gellum in bonam partem, neq; natura uocis refra-
gatur. Id tamen est inusitatus.

ORIGINIS VERBA. CAP. LXXXV.

HAUD dubito quin hæc ab amore quodam in me singulari proficiscantur. Vniuersum hoc malorum agmen è bello nobis natum est. Hinc omnis illa similitas inter eos orta est. Tu malorum omnium autor. Cupiditas pecuniae, uitiorum omnium parens. Inuidia totius huic odiij seminarium fuit. Natura nobis paruulos igniculos dedit. Hinc omnis illa turba uenit. Hinc fluxit. Hinc manat omne quo beati reddimur. Græco fonte cœidunt. Hinc scatet omnis illa uitiorum colluicies. His fontibus totus ille tumultus rerū extitit. Hinc surgunt odia. Hinc lites proueniunt. Hinc ueniunt iurgia. Ab his exordijs Rhomana nobilitas ducitur. Regibus ortus. Rhoma oriundus. At uis edite regibus. Maximis prognatus du cibus. Sate sanguine diuum. Ex his pullulant odia. Gliscunt inuidiae. Subnascitur similitas. Illa è philosophorū fontibus haurienda. Reli qua è poetis petenda.

PENSANDI. CAP. LXXXVI.

QUOD corporis uiribus deest, id ingenij dolis exe-
quar. Quod corporis formæ detractū est, id ani-
mi dotibus natura pensauit. Tu opulentior, nos eruditio-
res, atq; ita tecum paria fecimus. Absentiam nostrā cre-
bris litteris sartiamus. Quod hæc tenus cessatū ē, id opor-
tet diligentia recuperare. Quod illius stultitia peccatum
est, id

est, id tua sapiētia restituas oportet. Quod illius inscitia admissum, id oportet ut tua prudentia redimas. Suppleā dum diligentia, quod ingenio deest. Quod corpori detra ēlum, id ingenij dotibus accessit. Studio reponēdum, qđ negligentia pr̄eteritum est. Quod ademptum est fortūnæ, id ingenij dotibus additum est. Quantum corporis uiribus deest, tantum animi uirtutibus supereſt. Natura qđ alibi detrahit, alibi reddit. Quod suis eripit, hoc hos pitibus accumulat. Ingenio formæ damna repēdo mee. Famæ dispendium, pecuniæ compendio sarcit. Famæ iācluram pecuniario lucro solatur.

APTITUDINIS FORMV-

LAE. CAP. LXXXVII.

Quere uxorem aptam tuis moribus, aptam ad tuos mores. Amicum delige tuis moribus appositum, accommodatum, uel ad tuos mores. Amicum delige, qui tuis moribus, uel ad tuos mores conueniat. Non est natura compositus ad artē poeticam. Ostentatio ni compositum dixit Fabius. pro eo quod est ad ostentationem paratum, Idem. Iuri magis an æquo sit appositus, id est, propensior ad ius, an ad æquitatem. Rursus idem, Constantq; rebus ad faciēdam fidem appositis. Ad mathematibca uidetur esse propensior. Vir maximis rebus, uel ad maximas res natus. Vir factus ad huius nequitam. Ad huius mores, factus, fictus, sculptus esse uidetur. Adeo ad huius mores quadrat. Oratio non est naturæ cōsentanea. Facta non respondent orationi. Hæc nō

H 3 compē-

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM

competunt in senē. Hæc non competit uiro graui. Non
hæret in Catonem huiuscemodi crimen. Non consentiūt
tui mores cū huius moribus Non concinunt tua atq; hu-
ius studia. Non concordat huius institutum cum tuo. Cō-
cinnus transitus. Concinna digressio. Ista non cohærent,
non consistunt. Non cadit in sapientem animi perturba-
tio. Non recipit tua simplicitas adulatio[n]is suspicionem.
Non congruunt literæ cum studio pecuniae.

ABLEGANDI VERBA. CA. LXXXVIII

Hic mihi est ablegandus aliquò. Puerū hunc prius
amādato quopiā. Hunc Argum aliquo (sopotes)
amolire. Non possum hunc amouere quopiā. Ego hunc
neq; uti amittam à me, neq; ut retineam scio. Non pos-
sum memet ex hoc grec nebulo[n]um excutere. Hic utcū
q; est extrudendus aliquo.

PROFICISCENDI. CAP. LXXXIX.

RUs hinc habeo. Rus hinc concedo. Discedo. Absce-
do, Decedo, Galliam repeto, inde Britanniam adi-
turus. In Italiam iter instituit. Ingressus est uiam. Quo
paras profici? Quo paras profectionem? Quo tendis?
Quo te Mæri pedes? Quo tenetis iter? Quonā iter est? Rus
me conseruo. Domum me recipio. Domum reuertor.
Certum est in patriam reuolare. Certum est ueteres ami-
cos reuiseret. Redde te patriæ. Fac recurras in patriam. Re-
stitue te tuis. Fac te quām primum reducem uideamus.

CONATVS. CAP. XC.

D4

DA operam ut conualefas. Cura uti reualefas.
Emitere ut cum parentibus in gratiam redeas. Ad
nitere totis neruis, ut in uirum tuo genere dignum euad-
das. Illud totis uiribus agito, ut parentum expectationi
facias satis. Pro uirili conatus sum. Pro mea uirili. Pro
uiribus, Hoc unum stude, ut te in regis beneuole tia insi-
nues. Litteris incumbas. In hæc studia incubite. Ad id
eluctare. Ad hoc inuigila. Efficies, si modo aduigilaris.
Vigilandum est qui sua negocia uelit tempori confidere.
Manibus pedibusq; cōnitere. Id unum elaborat. Eo uelis,
equisq; contendit. Huc uelis, remisq; festinat. Hoc studiuū
parui properemus & ampli. In ea re uehementer est su-
datum. In id plurimum laboris ex haustum, exantlatū.
Rem per dificilem conamur. Rem arduam molimur:
Summo nixu, Summa ope, Summa ui. Quoad pos-
tes adlabora.

EXPLICANDI ET IMPLI
CANDI. CAP. XCI.

Vbi his malis emerfero. Vbi his turbis memet ex-
tricauero. Vbi ex his negocijs me expediuero.
Cum ex his negociorum exiero labyrinthis. Simul at-
q; his me tumultibus exoluero. Vbi his è nugis me-
met excussero. Si quando licebit memet ex his nego-
ciorum fluilibus emoliri. Si licebit ab his curis disce-
dere. Si continget liberari, leuari. Si quando ab his
negocijs meipsum uindicaro, asseruero, absoluero.

H 4 Vbi

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

Vbi ex his malis eluctatus fuero . Vbi ex his calamitatibus enataro. Implicitus malis. Involitus negotijs. Districtus curis. Occupatus negotijs. Dilectus, Dilecti, Distincti negotijs. Distorqueri curis. Immersus , obrutus, opertus negotijs. Intricatus, Impeditus, Illigatus, Obscurus, Dispunctus, Obscurus, Oneratus negotijs, Oppressus, Oppletus. Tot me res circumuallant. Tot me pericula circumstant, circumsistunt, obsepiunt, cingunt, obseruent, premunt, urgent.

VERBA FINIS SEV PROPOSITI SITI. CAP. XCII.

SToici,in una uirtute summum bonum coſtituunt. Epicurus foelicitatem uoluptate metitur. Peripatetici, usu uirtutis, beatitudinē definiunt. Herillus,in scienzia summum bonum collocat. Quidam in indolentia boni finem possuerunt. Est qui in pecunia foelicitatem sitā esse existimet. Maxima pars omnium spectat utilitatem. Pauci sibi proponunt honestum. Huc omnes conatus tui spectant,ut ditescas. Huc respicis, huc tēdis. Omnes spes meas in te uno fixi. Quidam famae seruūt, Alij lucri rationē habent. Hic uoluptatem ubiq; sequitur , Ille captat gloriam. Hic ad priuatam utilitatem omnia refert. Huc reliqua omnia sunt conferenda. Huc omnia illa pertinet, spectant. Quorsum hæc tam putida tendunt? In hoc etiā popularem laudem petit. Admirationem Aristoteles maxime petendam putat. Illud genus ostentationi compostum, solam petit audientium uoluptatem. Negotiatorū unicus

unicus scopus est pecunia.

QVA EST IMPUDENTIA

CAP. XCIII.

Si crimē illi palam obijcas, sat scio, qua est impudētia. Vel, cuius est impudētiae. Vel, ea est hominis impudentia, inficias ibit. Vel sic, Sat scio, ut est impudens, inficias ibit. Vel sic, Sat scio, pro solita sua impudētia inficiabitur. quāquam hoc postremum minus habere ne hec mentiē uidetur. Adeo est impudens, ut mox sit inficiatus. Ut nūc sūt mores, id est, pro huius sēculi moribus. Ut est barbarorum ingenium, id est, pro conditione barbarici ingenij.

QVAM VT. QVAM QVI. CA. XCIV.

Vir melior est quām qui uelit mentiri, Simplicior quām qui possit. Superbior est quām ut uelit doere, Stupidior quām ut possit discere. Adeo paup est, ut nec obolum habeat. Adeo ignarus, ut malit inedia peri re quām artem discere. Sic de me meritus es, ut tibi succēdere non debeā. Sic mihi charus, ut irasci ne si uelim quidem possim. Melius de me merituses, quām ut tibi possum succēdere.

BENEST. CAP. XCV.

Benes habet. Bene se res habet. Bene habet. Bene est. Optime est. Bene tibi habent principia. Optimo in loco res est, Peiore in loco res esse non potest. Quoniam in statu res sunt tuæ?

MEA SENTENTIA. CAP. XCVI.

Mea

M Ea quidem sententia. Pro mea quidem sententia. Ut ego quidem sentio. Ut mea fert opinio. Meo quidem animo, Plautinum. Meo iudicio. Ut mibi quidem uidetur. Ni fallor. Si quid iudico.

¶ Plus, & plusquam.

A Vdiui plus millies, audiui plusquam millies. Callesces plus satis, plusquam satis. Huiusmodi orationes omnes bifariam præferuntur in aduerbijs, in uerbis non itidem. Sapit plusquam expedit. Mulier plusquam decet erudita. Plusquam necesse est facunda. Rursum uixit annos plures quam decē, uel plures decem. Plus quingentos colaphos infregit mibi. Plusquam quingentos, plureis quingentis. Hoc igitur orationis genus quadri-fariam effertur.

¶ Ad summum. Ut minimum.

S Emel hominem salutaui, aut ad summum bis. Ut multum. Ut plurimum. Non minus. Saltem. Ut minimum. Ut minimum dicam.

MOREM GERENDI. CAP. XCVII.

M Os gerendus est patri. Morigerandum est patris. Obsequendum est patri. Patri obsecundandum. Patri concedendum. Inseruendum, obseruendum paternis moribus. Accōmoda te paternis moribus. Prebe te illis ad tempus.

ROGANIDI. CAP. XCVIII.

M Aiorem in modū te rogo. Etiā atq; etiā oro. Obsecro te, atq; obtestor. Illud unū abs te magnopere

gnopere peto, cōtēdoq. Illud ad me uehemēter cōtēdebat.
Efflagitasti quotidīis cōnūtijs. Implorauit opes homīs.
Eblāditus est fauorē. Extorsit potius quām exorauit. At
istud poscere ē nō rogare. Flagitabāt uerius, quā orabāt

IGNOSCENDI CAP. XCIX.

REmisere mulctam. Hanc unam ignosce culpm. Condonamus admissum. Da ueniam iuuenilibus erratis. Iuris uandi gratiam facere pupillus non potest, Est in Pandectis. Item apud Salustium, Ad quædam uictia conuenit commuere.

ABROGANDI. CAP. C.

REscindere conuenta. Abrogare legem. Abdicare legem. Antiquare, abolere legem. Abolescere neutrum, Substolere legem. Irritare paclā. In integrum restituere. Mutare paclā. Obliterare legem. Exolescere metū dominorum, dixit Plinius in epistolis pro extingui, atq; intercidere. Nusquam tui beneficij memoria apud me intermorietur.

ORNANDI. CAP. CI.

Cōmere, expolire, perpolire, exornare, uenustare, honestare, picturare. Pigmenta, flosculi, lecythi, Veneres, uenustas, lepos, nitor, gratia, deus, lenocinia, emblemata, compositio, colores, myrothetia, fuci, phaleræ, dignitas, cultus, politics.

INTERCOENAM. CAP. CII.

Inter coenam. Inter coenandum. Super coenam. Cœnabitibus nobis. In coena, idem efficiunt.

Inter

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

Inter iocum, Suetonius. Inter iocandum. Per iocum. Inter pocula. Inter potandum.

POST COENAM. CAP. CIII.

POst cœnam. A cœna. Sub cœnam. Nam, sub, significat & paulo ante, uel protinus post. Sub hæc les Elæ sunt tuæ litteræ, id est, post hæc. A tuo reditu. Post tuum reditum.

SIMILITUDINIS. CAP. CIII.

Est & diuersarum rerum quædam inter se similitudo, affinitas, cognatio, uicinia. His finitima sunt illa. His cōfinia sunt illa. Simiæ figura multum ad hominis formam accedit. Puro tamen fonti quam fluminis propior. Non multū à tuis moribus hæc abludit imago. Huc alludit illa Terentiana sententia. Vergilianam dilectionem emulatur, exprimit, refert. Haud multum abest, dissidet, discrepat à tuis moribus. Ab hac ratiōe nō multum abhorret Fabius. Eiusdem generis est & illud. Eiusdem farinæ, prouerbialiter. Eiusdem notæ, Eiusdem classis. Mei loci, atq; ordinis hominem. Sub hac facie latet adulatio. Plerumq; uitia uirtutis personā induunt, ac uirtutis simulachrum representant. Sub uirtutis specie, uirtutis titulo, uirtutis prætextu. Sub imagine pietatis. Sub umbra pietatis. Patrem ore refert. Parētem motibus exprimit. Patrum nomine redit. Annum uoce repræsentat. Pro anum imitatur oculis. Amitam nulla re prorsus exhibet. Alter Cicero. Alter Hercules. Faciem mentita Lyciscæ.

Mutui.

MVTVI. CAP. CV.

MVtuum dare. Mutuo dare. Mutuare. Commo
dato dare. Commodare. Utendum dare. Utend
um accipere. Accepit usurariam, Plautus.

FALLENDI. CAP. CVI.

IMposuimus reipub. Fefellit nos. Decepit, circumuenit
adolescentem. Circumscripsit, circunduxit apud in
recessitos. Verba dare mihi difficile est. Si senseris eos fit
cum uelle facere. Imposturam fecit, & passus est. Delu
xit. Elusit. Frustratus est nos sperato lucro. Non te frau
dabo debita gloria. Technæ, doli, fuci, præstigiae, uafri
cies, uersutia, astus, astutia, frans. Os mihi sublitū ē. In
fraude illexit, pellexit. Arte me tractauit. Dolo mecum egit

EST AMICVS. CA. CVII.

VTor patre familiariter. Est mihi cum illo arclis
fima necessitudo. Sū illi summa familiaritate cō
iunctus. Sum illi amicus. Summa mihi cum illo familia
ritas itercedit. Multus mihi cū homine quodā usus fuit.
Mutua quædam benevolentia iampridem inter nos est:

SPERA NDI. CA. CVIII.

SPerò fore. Nonnulla spes est fore. Venio in spē. Vo
cor in spem. Ereclus in spem. Concipio spem de te
optimam. Nonnulla me spes habet. Maxima teneor spe.
Magna me spes tenet. Adducor in spē. Nonnulla me spes
cepit. Spei non nihil affulgit, arridet, blanditur. Omnia
summa mihi de te promitto. Is est de quo tibi possis om
nia polliceri boni uiri officia. Nihil mediocre de te tui ci
ues

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM
ues expeclant. Injicere spem. Sollicitare spe. Ostendere
spem. Ostendit futurum.

AD VERBVM. CA. CIX.

AD Verbum edidicit, Quem locum ad literam
subieci. Fabius. Eius uerba subieci. pro quo unl-
go dicunt, in forma. Ipsa hominis uerba tibi reddam.

Eἰρωνεῖος CAP. CX.

Hec bone uir. Scilicet his superis labor ē. His nūc
si dijs placet, nos docebit qui nihil unquam didis-
cit ipse. O mirum amicum. Mira uero militi quæ place-
ant, Sane uero. Quasi uero.

EXTRA HEREDIEM. CAP. CXI.

Sic Ille dies extractus est. Hoc agebant ut dies exime-
retur. Ducere tempus. Terere tempus. Ducere bellū.
Iam dies excesserat.

PARATVM AC FACI
LE. CAP. CXII.

Paratum, promptum. In promptu, In procinctu.
Proclive, in procliui. Obrium, expositum, expro-
ptum. Innumerato habere, in statione. Ad manum, Ex te-
pore, extemporarium, extemporaneum.

DEPELLENDI. CAP. CXIII.

Depricari inuidiam. Deprecari culpam. Depellere
crimen. Aduersari, abominari, reijcere, reuel-
lere, negare, inficiari, inficias ire, propulsare, profligare,
amoliri.

AGNOSCENDI. CA. CXIII.

Agnoscat

Agnouit hæreditatem. Agnoscat crimen. Accipio conditionem. Admitto testamentum. Adjut testamento. Ut admirationem etiam plausu confiteretur. Amorem re testatus est. Odium, & uultu præse fert. Morbum incessu uultuq; fatetur.

AB ADOLESCENTIA. CA. CXV.

IAm inde à puerō. Ab adolescētia. A teneris unguiculis. A rudibus annis. A prima pueritia. Ab ipso uitæ exordio. Ab ipso uitæ limine. Ab incunabilis. Cum ipso nutricis laclē suggimus errorem. Ab ipsis crepundijs.

ACCVRATE. CAP. CXVI.

Accurate, exacte, elaborate, ad unguē, ad amussim, examussim, amussatim, examussatim, ad perpēdium, summa cura, Exquisite, Conquisite.

PERFICIENDI. CAP. CXVII.

Absoluit, perfecit. Exegi monumentum. Finem imposuit. Finem dicendi faciam. Finijt. Summā manū imposuit. Ad umbilicum duxit. Fastigium impoñere. Colophonem addere. Supremam addidit manū. Extremum actum addere. Fabulam uitæ peregit. Exacta estate. Ad metam usq; perduxit.

COMMITTENDI. CAP. CXVIII.

IEges inter se colliduntur cœntu. Ut non compoñiti melius cum Bytho Bacchius. Quis te cū isto commisit homine? Concertasti cum hero. Conferre pedem. Conserere manum. Congredi cum uiro. Configere. Colluctari. Conflictari.

Amandi.

AMANDI. CA. CXIX.

VNICE te diligit. Amat effusissime. Charissimum habet. Admiranda quadam charitate prosequitur Fama nihil habet antiquius. Non amat modo, uerum etiam obseruat. Singulari benevolentia prosequitur. Animo totto te complectitur. Oculis atque animo fert hominem. Coridon ardebat Alexim. Deperibat uirginem. Deperibat in uirginem. Flagrat amore tui. Amantissimus est tui. Tui tuorumque omnium est obseruantissimus. Studiofissimus tui. Tui cupientissimus. Ex animo tibi bene uult. Bene cupit tibi. Non perinde illi affectus erat, dixit Suetonius, pro eo quod est, non perinde diligebat. Sic omnia tua exosculatur, id est, sic amat.

CVPIENDI. CA. CXX.

LAUDIS audiens. LAUDIS auarus. AUENS glorie. CUPiens famae. TUI sitiétiſſimus. Famelicus glorie. SITIT famam. SITIT aurum. Esurientissimus laudis. Mira glorie fames habet hominem. Ambit honores. Nullius rei quam laudis ambitiosior. Priuati cōmodi studiosus. Alieni appetēs. Appetens laudis. Eloquentiae candidatus. Inbiat lucris. Imminet exitio uir coniugis, illa mariti. Gestio uidere hominem. Prurit illi tergum.

MALE PRECANDI VER.

BA. CAP. CXXI.

QVOTIES caput tuum diris diuouit? Execratus est tum sese, tu suos omneis. Ut te dij perdant. Abi in malam rem, In maximum malum, In crucem. Dij te eradicent.

eradicent. Dij tibi factis dignum tuis supplicium dēt. Dij mentem tibi dent tuam. Βαλλ' ἐς κορόνας Græcis est usitatissimum. Quæ res illi uertat male.

POLICENDI. CAP. CXXII.

Nescio quid magni promittūt sydera. Magnifice pollicentur amītes. Promissis ductat hoīem. Pollicitis diues quilibet esse potest. Caue fidas huiusmodi pollicitationibus. Spondeo futurum. Despondeo. Sponde, noxa adeſt. Ego tibi huius nomine fideiubco. Recipio tibi faelurū me. Recipio ad me. Hoc tibi meo periculo promitto. Ita mihi stipulanti paetus est. Litoribus nostris ancora paecta tua est. Do fidem futurum. Confirmo futurū. Fidem suam interpoſuit. Cludio Tiberius ea lege cœnā codixit, id ē, promisit scūeturū ad cœnā, apud Suetoniuū

PRINCIPATVS. CAP. CXXIII.

Est copiosum dicendi genus, in quo Cicero principatus obtinet. Breue, in quo Salustius regnat. Subtile, in quo dominatur Hortensius. Floridum, in quo primas tenet Plinius. Varium, in quo præcipiuus est Hieronymus. Graue, in quo princeps est Seneca. Festinum, in quo singularis est Martialis. Simplex, in quo primus est Terentius. Acutum, in quo præcellit Quintilianus. Suaue, in quo uicit Statius. Antiquū, in quo nulli secundus est Cato. Inaffectatum, in quo nulli cedit, nullo inferior est, nemine posterior est Cæsar. Huius negotiū tu ueluti antesignanus. dux, uexillifer. signifer extixisti. κορυφαῖος, Græci. Homerus omnis procul à sere

I lis

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM

liquit. Omnes à tergo reliquit. Lōgo interuallo præcel
lit, præcedit, præcurrerit, præit, anteit, antecellit. In literis
Græcanicis palmam tenet. Eloquētiæ M. Tullius arcem
tenet. Primam laudem obtinet. Primum locum obtinet.
Præmia prima feres.

LVDORVM. CAP. CXXIII.

M Vnera gladiatoria populo exhibuit. Edidit
Circenses. Fecit ludos scenicos, apud Suetonius
Calligula. Commisit & subitos, apud cuncte. Dedit po-
pulo centum gladiatorū paria. cētū camellos produxit.

AGERE DELECTVM. CA. CXXV.

H Abuit delectum. Agere delectum. Delectibus un-
dīq; acerbissime aēlis. Co gere exercitum. Contra
bere copias. Conscrībere exercitum. Parare manū. Cō-
parare uim militum. Collectis copijs.

AD IMENDI HONOREM. CA. CXXVI.

D Eposuit dictaturam. Amotus est consulatu. Abro-
gatum est illi imperium. Ademptum imperium.
Redactus est in ordinem. Multos coegit in ordinem. hoc
est, priuatos reddidit. Missionē petivit. Rude donatus est.
Dimisit cum ignominia. exauclorauit totam legionem

PERSVADENDI. CA. CXXVII.

F Ecit mihi lachrymis pœnitentiae fidem. Lachrymis
mihi persuasit sese facti pœnitere. Lachrymæ mi-
hi persuaserunt illū pœnitere facti. Lachrimis effecti, ut
crediderim illum pœnitere. Adduxit me in suam sen-
tentiam.

inferendi

INFERENDI SEV RATIOCI
NANDI. CA. CXXVIII.

Quod animal est, id est corpus sit necesse est. Qued autem corpus est, non est latum & animal. His pauper est, qui plurimum cupit. Porro quo quisque magis abundat opibus, hoc est opum opulentior. Igitur ditissimus quisque pauperrimus sit necesse est. Si deus est animus, animi puritate, non uicelimi corporis eum concenit colere. Quum animus sit corpore praestantior, uirtutes autem animi sunt possessiones, pecuniae corporis, consentaneum est uirtutes pecunij anteponendas esse. In quem cadit miseria, in eundem cadit inuidere. Non cadit autem inuidere in sapientem, Ergo ne misereri quidem. Ipse sibi utilis esse nequit, si uobis crit usui? Fœlix eon est, cui multa de sunt. At qui diuitibus defunt plurima, Qui possunt igitur diuites esse felices? Solum bonum uirtus, nam id demum bonum est, quo nemo male potest uti, uirtute nemo male uti potest, bonum est ergo uirtus. Bonum est uirtus, ut qua nemo male uti potest. An bonum pecunia, qua quisque potest male uti? Hi nunc, inferendi uim habet, sed uerbi cum exprobratione, Hi nunc argentum marmor uetus &c. Quæcum ita sint, quis audet inficias ire? Hoc quum sic habeat, an non dedisti damnum? Vtrum damnum dedisti, an non? Et dubitamus adhuc?

NIL NISI. CAP. CXXIX.

Nil nisi poeta es. Nil aliud es nisi poeta. Nil aliud quam poeta es. Tantum poeta es. Poeta es, præterea
I 2 nihil.

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM

nihil. Nihil es præterquam poeta. Nisi poeta essem, nihil essem. Nil aliud quām flebat. Tantum flebat.

LAVDANDI AC VITUPERAN
DI. CAP. CXXX.

Non omnes probabunt consilium tuum, culpabit plurimi. Animū insimulabit nōnulli. Nemo mihi uitio uerterit. Istud uituperio dabunt oēs. Tu tibi laudi ducis, gloriāe tibi tribuis, honorī putas fore. At omnes dedecori dabunt, probro dabunt, criminabuntur, dānabunt, reprehēdēt, improbabunt, sugillabūt, taxabunt, notabunt. Atro calculo notabunt. Album addere calculū. Subscribere sentētiāe. Suffragari. Refragari. Laudibus ferre. Laudibus uexit, apud Plinium in epistolis. Scis uitio nigrum præfigere Thita.

SVMMAE. CAP. CXXXI.

Ad summam, in summa, ut summātī dicam. Deniq; demum, postremo. Br̄cūiter, ut semel dicam, ut semel finiam. Dicam in genere. Rem omniē uerbo complectar. Quid queris? pro deniq;, Ciceronianum est. quid multa? quid multis moror?

PERDENDAE OPE
RAE. CAP. CXXXII.

Lūsit operam, luditur opera. Opera & impensa perire. Frustra ego hāc operā sumo. Nihil agis Laterem laias. Aēlām ago. Aēlām rem agis, In syluā fers ligna. Reliquaq; prouerbia, quibus inanis opera significatur.

Fruclūs.

FRVCTVS. CAP. CXXXIII.

Magnum ex ea refructum retulit. Cepit emolumen-
tum. Lucru reportauit. Sensit commo-
dum. Comoditatem demessuit. Collegit utilitatem. Fru-
gem accepit. Lucrum fecit. Comperidium parauit. Ea
res illi frugifera fuit, fuit emolumento, fuit commodo,
fuit usui.

IMPUDENTIAE. CAP. CXXXIII.

Nihil pudet. Depuduit. Depuditū est. Dediticit pu-
dorem. Oblitus est pudoris. Dediticit pudeſcere:
Nescit pudeſcere. Exuit pudorem. Perſfricuit faciem. Per-
ſfricuit frontem.

AFFECTANDI. CAP. CXXXV.

Aſſeclata uerba. Aſſeclatus ornatus. Aſſitus orna-
tus. Aſſititus decor. Fabius, & gratiā rei nūmia
cooptatiōe cōſumpſimus. Cooptationē pro affectatiōe di-
xit. Captat laudem. Venatur gloriam. Aucupatur famā.
Accersit ſibi malum.

IGNORANDI. AVT CON-
TRA. CAP. CXXXVI.

Scio. Non ignoro. Non me fugit. Non me latet. Nō
me præterit. Non sum nescius. Non me clā est. Quis
nescit? Nemini dubium. Intelligo, uideo, ſentio. Comper-
tum habeo. Exploratum habeo. Perſpectum habeo. Co-
gnitum habeo. Non eſt obscurum mihi. Non me fallit.
Haud me falſum habuit. Indoctus dici. Rudis horum
malorum. Imperitus fallenſi.

I 3 Turpe

ERA S. ROT. DE COPIA VERBORVM

TVRPE RES ET SIMILIA. CA. CXXXVII.

Turpe est, Cum turpitudine coniunctum est. Laudabile est, Cum laude coniunctum est. Cum uitio coniunctum est, uitio confine est, Non uacat uitio, Non caret uitio, Non abest à uitio. Periculorum, cum periculo coniunctum.

QVIN ET VT NON. CAP CXXXVIII.

Rvere illa non possunt, ut haec non eodem labefacta motu concidat. Cicero pro Poppio. Quin haec eodem labefacta motu concidant. Non potes studere opibus, ut animi tranquilitatem non perdas. Non potes, quin perdas. Non potes, nisi perdas.

ID QVOD, QVOD. ITA VT,
VT. CAP. CXXXIX.

Id quod pro quod, et ita ut pro ut, frequens est apud Ciceronem. Ita ut facis. Id quod facis. Quod quidem facis.
AMPLIFICANDI. CAP. CXL.

Cedendum erat hospiti, praeferim semi, maxime seni. Pulsauit hospitem, eumque senem, idque senem, atque hunc senem, atque adeo senem.

RECIPROCA CONSTRVCTIO.

QVORUNDAM. CA. CXLI

Erit huius unitatis uestrae magnus cuius numerus calamitate prohibere. Cice. Prohibe infados è nauibus ignes. Vergili. Defendit capellas ab aestu. Defendit aestu capellis. Spargere humum folijs, Spargere folia humi. Sternere pallio lectum. Instertere lecto pallium.

Non

NON CONTENTVS. CA. CXLII.

Non contentus uictoria. Non contentus uicisse. Non sat habebat uicisse. Non sat erat uicisse. Paru erat uicisse, ni in uictos etiam se uirct. Non sufficiebat uicisse. Pœnitiebat rapinæ, nisi parentem quoq; spoliasset.

SATISFACIENDI. CAP. CXLIII.

Interdum non satis facit Ciceroni Demosthenes. Non implet aures Ciceronis Demosthenes. Non respondet optatis meis. Non facit satis hominum de se exspectatio- ni. Non respondet hominum de se expectioni. Tullius in Demosthene, non nunquam desyderat aliquid. Non is es quem exspectaram. Non talis est qualem uellem. Non nihil in te requiro adhuc. Non facit ad huius cu- piditatem.

IMPVNITATIS AVT CON
TRA. CAP. CXLIV.

Omnes plura habere cupimus, & tamen id nobis impune est. Haud impune seres. Haud impune feceris. Non fuit illi fraudi magistratum prohibuisse ui. Sine fraude esto. Non sic auferes. Mirabar hoc si sic abi- ret. Militem impunitate donauit. Nullum facinus im- punitum esse oportet. Nullas poena dedit eius facti. Po- enas pendit. Tum pendere poenas Cecropidæ iussi. Persol uit, exoluit, Luit, dependit. Nullum de eo sumptum sup- plicum. Ei factio nulla irrogata poena. De tanto flagi- tio non est animaduersum. In omnes graniter animad- uersum. Exacta poena.

I 4 Suadendi,

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM.

SVADENDI, AVT CONSU-
LENDI. CAP. CXLV.

TDne estis autores mihi? Te autore suscepi negotiū.
Tuo impulsu feci. Te ī pulsore feci. Tuō suasu. Tuō
induētu. Cicero te suasore. Te consultore. Tuō consilio.
Abs te persuasus id fecit. Tuō instiētu. Amorem in con-
siliū adhibuisse uideris. Tuō persuasū, Cicero.

PRVDENS. CAP. CXLVI.

PRudens fecit. Sciens fecit. De industria fecit. Data
opera. Dedita opera fecit. Studio fecit. Studio se fe-
cit. Consulto fecit. Cōsilio fecit. CONTRA. Impru-
dens, nesciens fecit. Per errorem factū est. Per imprudē-
tiam. Peccauit inconsulte. Ex industria, pro de industria,
aliquoties dixit Quintilianus. Cōposito. Ex cōposito. Ex
destinato, pro consulto, apud Suetoniū est in Calligula.

CAVSAE. CAP. CXLVII.

PLurimis de causis mihi tuę literę iucundę fue-
rūt. Duas ob res hominem odi. Multis modis tua
mihi iucunda fuit epistola. Duobus nominibus es mihi
charissimus. Dupli nomine. Dupli de causa tuis scri-
ptis delector. Bis mihi iucunda fuit epistola tua. Multifa-
riam me tuę literę delectarunt.

DIERVM NOTATIO. CA. CXLVIII.

CAlendis Ianuarijs. Ad calendas Ianuarij. Calēda
rum die. Nonis Ianuarij. ad nonas. Die Nonarum
Idibus Maijs. Ad Idus May. Iduum Nouembrium die.
Pridie calendarum, aut calendarum, Pridie Nonas Maias.
Pridie

Pridie nonarum, Pridie Idus. Pridie Iduum Nouébriū.
 Postridie calendas Ianuarias. uel, Quarto Nonas Ianua-
 rias. Postridie Nonas Ianuarij. uel, Octauo Idus Ianua-
 rij. Postridic Idus Ianuarij. uel, Decimo nono calendas
 Februario. Præterea decimo calendas Februarias, uel ad de-
 cimum calendas Februario. ad eundem modum de reli-
 quis mensibus ac diebus dicendum.

DE NUMERALIBVS. CA. CXLIX.

IN numeris illis uarietas est generalis, de addita, aut
 omissa coniunctione. Annos natus quatatuor & ui-
 ginti. Annos natus uigintiquattuor. Annos natus centū
 & uiginti, centum uiginti, uiginti supra centum. Dein
 de quod duos numeros principali proximos, uel compo-
 site, uel incomposite efferre licet. Duodeuiginti pro octo-
 decim, Vnde uiginti pro nouendecim. Duodetriginta, un-
 detriginta, ac deinceps consimiliter usq; ad centum. Su-
 pra centum composite per adiectiuum, aut incomposite
 per aduerbiū efferimus. Ducentos, bis centum. Tercen-
 tos, tercētū. atq; eodē modo usq; ad mille Mille multipli-
 camus uel substantiue, uel adiectiue cum aduerbio. Mil-
 le nummum. Mille nummos. Bis mille nummos, Duo
 millia nummum. Per gendumq; cōsimili ratione ad mi-
 le millia, aut milliesmille. Non unquam cādem sententiā
 efferimus & per cardinalia (quæ uocantur) & per or-
 dinis numeralia. Annos natus uiginti. Annū agit pri-
 mum & uigesimum. Annum excessit uigesimum. Annū agit pri-
 um & uigesimum. Biennium est quod patriā nō re-
 uiserim.

ERAS. ROT. DE COPIA VERBORVM

uiserim. Tertius hic annus agitur quod patriam noui res uisi. Dic quotus esse uelis, id est, quot coniuas uelis. Hic non ordo, sed simpliciter numerus significatur. Distributius pro simplicibus in carmine licet uti. Vbi uero apponitur quippiam, quod distributionem explicet, liberū est uti uel distributiuis, uel cardinalibus. Quotannis duo tanta lenta capit. uel, Quotānis bina talenta capit. In singula capita mille nūmum distribuit, uel millenos nummos,

ADVERBIA TEMPORIS. CA. CL.

Tempus uix dum præteritū, per Modo aduerbiū significamus. Paulo longius, per dudum, ac iam dudum. Hoc etiam longius, per Nuper & pridem. Longissimū, per olim & quoddam. Futuri temporis hi sunt ordines, Mox aderit, Iam ueniet. Protinus, continuo, illico, ex templo, euestigio, tempus significant, & hæc continentur in sequens, sed ferè respondent ad præteritum. ut Literis tuis leclis exemplo domum me contuli. Accepsto hoc nuncio euestigio me domum conieci. Olim respondet ad utrumq; tempus, præteritū & futurū Olim floruerunt Græci. Forsan & hæc olim meminisse iuuabit. Proximus item ad utrūq; tempus refertur. Proximo anno strenue se gessit. In proximū annum summas copias parat. Proximis his diebus. Proximo mense. Proximo partu. Proximo bello. Nonissimus pro eo quod ē nū perrimus, præteritum duntaxat respicit. Superiore anno. Superiore mense. Superiorē bello. Superioribus diebus, dicimus de re nuper, aut proxime acta. Item pau-

tis his diebus, & ante pauculos dies. Paucis ante diebus.
 Paucis post diebus. Post pauculos dies. Aliquanto ante.
 Aliquato post, Paulo, multo, ante & post. Dein, deinde,
 deinceps, exinde. Sub hæc, utriusq; temporis ratione obti-
 net, id est, paulo ante, aut paulo post. Certi temporis signi-
 ficationem hæc habent. Hodie, heri, nudiusterius, nudis-
 us quartus. Quarto, sexto, septimo, octauo ab hinc dic. Ho-
 die, cras, perendic, perendino dic, quarto ab hinc die quin-
 to, sexto &c. Porrò uerbum additum, temporis descri-
 men facit. Septimo ab hinc die mecum cœnabat. Septimo
 ab hinc die isthic me uidebis. Hæc & aliter efferimus. Se-
 ptimus hic dics est, qd mecum cœnauit. Annus est, quod
 nullas à te literas accepi. Multum temporis est, quod nos
 non uisis. Diu est quod nos non uisis. Sæculum exisse mihi
 uidetur, ex quo nullas abs te literas accipio.

ANNVM ERANDI. CAP. CLI.

IN deos relatus est. In numerum deorum relatus est.
 Horatius, Inter quos rescrēndus erit, Ascribe me in
 numerum tuorū. Abscribe me tuis amicis. Abscribito
 me inter amicos tuos. Veteribus annumerandus. Inter sū
 mos annumerandus. Inter primos recēndus, ponēdus,
 collocandus. Recipe me in tuum gregem. Multos obscur
 ros legit in senatum. Quur hunc hominem asciuistis in
 uestrum contubernium? Coptatus in collegium augu
 rum, Asciitus, additus ordini senatorio. Accersitus, seu
 asciitus in militum numerum. Sucto, Ut ciuitate dona-
 tum, in decurias adlegeret,

initij,

ERAS.ROT. DE COPIA VERBORVM.

INITII, AC FINIS. CAP. CLII.

In ipsis uitæ primordijs. In ipsis uitæ rudimentis. In primis literarum elementis. In capite tuarum literarum. In prima statim fronte. In ipso uitæ limine. In ipso quasi uestibulo uitæ. In exortu. In exordio uitæ. In principio. In initio operis. In calce tuarū literarū. In extremis tuis literis. In postrema parte tuarū literarū. Nūc ad metam festinat oratio. In extremo uitæ actu. In portu impingere. In porta canterio. Ne in apījs quidem. In ipso operis ingressu. In ipsis uitæ foribus. Vitæ ianua. Fauces inferorum.

MAIOR OPINIONE. CA. CLIII.

Maiora fide. Maiora quam ut uera credi queat. Minor opinione, doctrina. Minor doctrina quam pro hominum opinione. Citius spe aderat. Celerius expeclatione redibat. Citius ac sperabatur. Ante expectatum redibat. Par famæ doctrina. Non minor doctrina quam fama celebretur. Supra fidem omnia, id est, maiora fide: Maiora ueris renunciabant. Minora, inferiora ueris prædicabant. Infra uerum erant quæ nunciabant. Minor consulari dignitate cognitio. Minus est, quam ut à consule cognoscatur. Maior consulis dignitas, quam ut hac causam cognoscatur. Tua uirtus maior est omni præconio. Vincit omnem laudem tua uirtus.

CONTINGENDI. CAP. CLIII.

Hoccin cātum malum mihi derepente obiectum esse? Ingēs obuenit hæreditas. Obigit uxor quem

Icm uolebam. Non cuius homini contingit adire Corin
thum. Naclus es uxorem te dignam. Fœlicissimū inge-
num sortitus es. Similes habent labra lacūcas. Habet qd
amet. Is nūc repperit. Merito nobis accidit, ut mali uidea-
mur, dum nimium studemus uideri bonos. Non omni-
bus datum, ut impune quæ libeat, dicant. Non quibusli-
bet licet quæ libeat facere. Mibi iusuenit, siue ius uenit,
ut cum intractabili monstro conflictarer. Ita fortunæ ui-
sum est, ut de his optime mererer, qui de me pessime me-
terentur.

DES. ERASMI Roterodami
PRIMI COMMENTARII DE
COPIA VERBORVM
FINIS.

ERAS. ROT. DE COPIA RERVM
DES. ERAS=
MI ROTERODAMI DE RERVM
COPIA COMMENTARIVS
SECUNDVS. ET MOX DE
PRIMA LOCuple
TANDI RA-
TIQNE.



OSTEA QVAM DEVER-
borum Copia, quæ ueniebat in mens-
tem, q̄ potuimus breuitate diximus,
relicuum est, ut simili compendio de
rurum copia perstringamus. Atq; ut
hanc operis partē erordiamur ab his, quæ superiori ges-
neri sunt quam maxime finitima, Prima locupletandæ
sententiæ ratio uidetur, si quod summatim, ac genera-
tim dici poterat, id latius explicetur, atq; in partē dis-
ducatur, quod quidem perinde est, ac si quis primū mer-
cem per Transennam ostendat, deinde eandem euoluerat,
aperiatq; , ac totam oculis exponat. Huius rationis id
erit exemplum.

Paradēs
gma REM VNIVERSAM LVXV PERDIDIT.
Rem uni- Eam sententiā in sūma cōprehensam, quasiq; conuolutā,
uersam lu- hunc ad modum licebit euolucere. Si plurimas possessio-
xi pdidit. num formas enumcremus, Siq; uarias perdēdæ rei uias
explicauerimus, Quicquid uel matris, uel patris noīe hæ-
reditate.

reditate, quicquid aliorum affinium morte obuenierat.
quicquid ex uxoris dote (quæ quidem neutiquā erat uul-
garis) accesserat. quicquid ex legatis acreuerat (acreue-
rat autem permultum) quicquid ex principis acceperat li-
beralitate, quicquid peculiū castrensis conflauerit, Pecunia
omniē, uasa, uestes, fundos, agros, una cum ipsis & uil-
lis, & pecoribus, Breuiter rem omnē, seu mobilem, seu,
soli, deniq; familiam etiam ipsam, in fœdissimis scorto-
rum amoribus, quotidianis comessationibus, sumptuo-
sis obsonationibus, nocturnis perpotationibus, popinis,
cupedijs, unguētis, alca, lusibus, paucis diebus ita absur-
psit, abliguriuit, absorbuit, ut ne teruntium quidem si-
bi reliquum fecerit. Hic duo illa uerba, Rem uniuersam,
& luxu perdidit, suis partibus explicantur:

ADI CIEMVS ET ALTE

RVM EXEMPLVM

CYCLOPAEDIAM ABSOLVIT.

IN genere diclū est. Id ita poteris explicare. Si singue-
las disciplinæ, oēm doctrinæ specie singulatim recen-
scas. Nullū omnino doctrinæ genus est, in quo nō sit exq;
site uersatus. Nulla disciplina, quā ille nō ad unguē pdis-
derit. & ita perdidicerit, ut in una qualibet sola laboras
se uideatur: Adeo mire poetarū omniū oēis fabulas te-
net. Adeo Rhetorū flosculis abūdat. Adeo Grāmaticorū
laboriosos canones excusſit. Dialeclicorū argutias callet.
Physices arcana peruestigauit. Ultra mundane sapien-
tiae ardua superauit. Theologorum abdita penetravit:

Mathema

ERAS. ROT. DE CÖPIA VERBORVM.

Mathematicas apodixes perceptas habet. Sic astrorū motus, Sic numerorum proportiones, Sic terrarum dimensiones, urbium, montium, fluminum, fontium, situs nomina, interualla, Sic uocum concentus, atq; discrimina, Adeo quicquid est historiarum, tum ueterum, tum recētium meminit, quicquid bonorum autorū, quicquid uel antiquitatis uel nouitatis, id omne tenet. Adde his parc græcanicæ ac latine literaturæ, lingueq; peritiam. Deniq; quicquid unquam eruditio[n]is, ab ægregijs autoribus repertum ac traditum fuit, id uniuersum unus hic absolute perceptum, cognitumq; habet, ac meminit.

ITEM, OMNIBVS NATVRAE
FORTVNÆ QVE DOTI-
BVSPRAEDITVS

HOC si cui libeat explicare, commemorabit singula corporis cōmoda. Deinde singulas ingenij atq; animi dotes. Postremo genus, opes, patriā, successus, & quicquid à fortuna solet obuenire. Rursum HIPPIAS OMNISCIVS. Hoc si quis uelit dilatare, reserat licebit omnia illa, quæ in eius uiri descriptione recenset Apuleius in floridis, non sine uaria uerborū copia. ¶ Extat huius rationis exemplum aptissimum apud Lucianum in Harmonide. Etenim cum potuisset sūmatim dicere, τὴν αὐλητικὴν ὄλην ἐμεμάθηκε. maluit explicatis partibus copiam ostētare ad hunc modū. Εδίδαξο με κόδην ἀρμίσας τὸν αὐλὸν ἐς τὸ ἀργεῖον, καὶ ἐμπνεῖν ἐς τὴν γλωσσίδα λεπτόν τι καὶ ἐμμελές

Arte in flā
de tibie to
tā perdidis
ci.

Ξύμελες καὶ ὑποβάλλειν τοὺς δακτυλούς ἐναφως
ὑπὸ τυκνῆ τῆς ἀρσει καὶ θέσει, καὶ βαίνειν ἐν ἕισ=
μῷ, καὶ σύμφωνα εἶναι τὰ μέλη πρὸς ἄλλον χορόν.
καὶ τῆς ἀρμονίας ἐκάστης οἰαφυλάττειν ἢ θίλον, τῆς
φρυγίου ἢ ἔνθεον, τῆς λυδίου τὸ βαυχικόν, τῆς δω=
ρίου τὸ σεμνόν, τῆς ἰωνικῆς τὸ γλαφυρόν. τοῦτα μὲν
οὐν πάντα ἐκμεμάθηκε πᾶρα σου.

LATINE SIC.

CDocuiſſi me iam intendere tibiam omnibus numeris
plena, & inflare lingulam tenue quid & concinnum,
& ſupponere digitos, molli tactu, in crebro ascensu &
descensu, & orbem ascendere, & cantilenas choro eſſe
conſonans, & harmonia cuiuslibet proprietatem, Phry=
giæ impetum, Lydiæ, furorem, Doricæ ſeu eritatem, Io=
nicæ ſuavitatem. Hæc quidem omnia perdidici ab te.

CIn his nō abs re crediderim illud admonere, ſimul ēt
in initio proponi summā rerū, & eadē alia ſermonis ſpe=
cie repeti, & ita rediundū ad genus, quaſi ſingulis enu=
merādis iam ſis defatigatus, etiā ſinihil erit præteritū.
Præterea cauendum, ne partium ordinem confundamus
tumultuaria uerborū congerie, ſurſum ac deorsum miſ=
centes omnia. ne moleſtam uocum turbam, nulla condi=
tam gratia cōglomeremus, ſed uel ordine ſcito, uel apta
distributione, uel eleganti descriptione, legentis aut au=
dientis tedium excludamus. Ad hāc formam pertinet ēt
illud, quo ties totum qđ nō formis, ſed partibus conſtat.
in eas diducitur ut **TOTVS MONSTRVM**
k eſt

ERAS. ROT. DE COPIA RERVM.

EST. hoc pacto dilatabitur. Si prius hominem in cor-
pus , atq; animum partiaris , deinde singulas corpo-
ris partis, singulas item animi parteis attingas. Et ani-
mo & corpore monstrum est. Quacunq; uel animi, uel
corporis parte contépleris, monstrum reperies, O culos,
os, uultum, totam deniq; corporis figuram inspice, quid
aliud quam monstrum præse ferunt? Linguam & uo-
cem illam beluina obserua, portentum dices. Ingenium
excute, prodigium inuenies. Mores expende, uitam scru-
tare, omnia monstrofa cōperies. Et ne singula persequar,
quantus quantus est, nihil nisi monstrum est. Hic, si quis
uelit in singulis ueluti depingendis immorari, satis ap-
paret, quantum hubertatis sic accefurum orationi.

ITEM ALIVD. TO TVS COMMADVIT.

A Summo capillo , ad imum usq; calcaneū pluニア
commaduit. Caput, humeri, pectus, uenter, tibiae,
totum deniq; corpus pluニア distillabat. Minutius quidē
illud, haud tamen indignum quod admoneatur, Ad hāc
formam referri posse, quoties de specie loquentes genus
adiungimus, id quod ferè fit amplificādi gratia. Cū om-
nis eruditio plurimum adfert & ornamenti & adiu-
menti mortalibus, tum præcipue philosophia. Item, om-
ni quidē ætati foeda est libido, uerū senectuti multo fœ-
dissima. Item, cum omnibus in rebus plurimum habet
momenti prudētia, tum præcipue in bellis. Simplex enim
erat, prudentiā in bellis plurimum habere momēti. Hu-
ius generis est illud Ciceronis in oratione pro domo sua,
apud

Species ge-
neri adiun-
gitur am-
plificandi
gratia.

apud pontifices. Cum multa diuinitus pontifices & mai-
oribus nostris inueta, atq; instituta, sunt tum nihil præ-
clarior, quam quod uos eosdem & religionibus deorum
immortalium & summæ recipib, præesse uoluerunt.
Quanquam quid attinebat unum hoc referre, cum huius
formæ exempla nusquam non sint obvia?

SECUNDA VARIANDI RATIO.

Hic admodum affinis est secunda uariandi ratio.
Quoties non contenti semel exitum rei propone-
re, ex quo reliqua quæ præcesserunt, per se queant intel-
ligi, singulatim ea quoq; commemoramus, per quæ ad
eum exitum peruentum est. Huius præceptionis hoc erit
exemplum. CICERO Catilinæ conatus oppressit.
Id ita locupletabis. Catilinæ nefarios cōatus M. Tullius
cōsul, sua sagacitate statim odoratus est, singulari uigi-
lantia peruestigauit, summa prudentia deprehēdit, mi-
cro in rem publī studio prodidit, incredibili eloquentia cō-
uicit, grauissima autoritate repressit, armis extinxit, ma-
gna fœlicitate sustulit. Item aliud. EX EA uirgine.
filium sustulit. Hac ratione dilates licebit. Eam uirginem,
quod esset singulari forma, misere deperibat. Deinde amo-
ris impatiēs, simplicem puellæ animum promissis sollicitauit,
muneribus corrupti, blāditijs delinquit officijs
in mutuū amore pellexit, improbitate uicit, deniq; cō-
suetudinem cum ea habuit, ac deuirliginauit. Aliquanto
post tempore uterus uirginis cœpit tumescere, fœtu ui-
delicit concepto. Demum exactis nouem mensibus par-

Thema
Cicero Ca-
tilinæ cona-
tus opp̄-
sit.

Aliud
Ex ea uir-
gine filiū
sustulit.

K 2 turit,

ERAS. ROT. DE COPIA RERVM.

Tertia
urbem cœ
pit.

turiſt , ac puerum peperit. ¶ Item aliud exemplum
VRBEM CO EPIT , ita poterit ampliari. Prin-
cipio feciales rem repetitum missi , qui pacis etiam con-
ditiones offerrent . Quas cum oppidani non acciperent ,
copiae undiq; comparat , machinarum maximam uim
comportat , admoveat exercitum , unā cum machinis ad
urbis mœnia . illi contra è muris acriter hostem repel-
lunt. Tandem hic superior in congressu , consensis mœ-
nibus , urbem inuadit , ac rerum potitur.

TERTIA RATIO.

Res p cau-
ſas traçla-
ta.

AB hac rursum nonita uehemēter abhorret tertia
locupletandi sermonis ratio , quoties rem nō nu-
dam exponimus , sed altius etiā causas repetimus , à qui-
bus initij sit profecta. Veluti si cui non satis sit dixisse ,
bellum intercessisse Gallis cū Neapolitanis uerum etiam
addat , que fuerint simultatis causæ , quis instigator , quæ
fusciplendi belli occasio , quæ uincendi spes , quæ utrisq; fi-
dutia. Hoc præceptum ut est dilucidius , quam ut ageat
præceptioni , ita difficile sit exemplum , nisi plurimis uer-
bis proponere. Quare supersedebimus.

QVARTA RATIO

Ratio am-
plificādi à
consequen-
tibus.

Belli incō-

Nec admodum discrepat ab his quarta locupletan-
di ratio Quoties non simpliciter proponimus ne-
gocium , sed enumeramus etiam illa quæ negocium uel
comitantur , uel consequuntur. Quod genus fit , BEL-
LV M tibi acceptum feremus. Hoc paclō poteris ditare
rem. Exauustum in barbaros milites ærarium , fractam
laboribus

laboribus iuuentutem, proculatas segetes, abacta pecora, incensos passim uicos, ac uillas, desertos agros, euer-
sa mœnia, compilatas domos, direpta phana, tot orbos senes, tot orphanos liberos, tot uiduas matronas, tot uir gines indigne constupratas. tot adolescentium licentia depravatos mores, tantum funerum, tantum luctus, tan tum lachrymarū, præterea extinctas artes, oppressas le ges, oblitteratam religionem, confusa diuina humanaq; omnia, corruptam ciuitatis disciplinam, Vniuersum, in quam, hoc malorum agmen, quod ex bello nascitur, tibi uni feremus acceptum, si quidem belli fueris autor.

QVINTA RATIO,

QVINTA locupletandi ratio uidetur potissimum ad ἐναργείαν, quam euidentia uertunt, perti-
nere. Ea utemur, quoties uel amplificādi, uel ornandi, uel deleclādi gratia, rem nō simpliciter exponemus, sed ceu coloribus expressam in tabula spectandā proponemus, ut nos depinxisse, nō narrasse, lector speciāsse, non legis-
se uideatur. Id ita præstare poterimus, si prius ipsi totā rei naturam, omnesq; circūstantias, ac ueluti faciem ani-
mo lustremus, deinde ita uerbis ac figuris idoneis effi-
giamus, ut quām maxime fiat euides, prespicuaq; lecto-
ri. Hac uirtute præcellunt, cum omnes poetæ, tum præci-
pue Homerus. quemadmodum suis indicabimus locis.
Constat autem præcipue descriptione rerum, temporum,
locorum, personarum.

DESCRIPTIO REI.

k 3 Rei

Hypotypo
sis.

Fab. lib. 4
Cap. 2.

Exemplū ex
Cælio in
Antoniū.

Rei descriptione locupletabimus orationem, cum id quod sit, aut factum est, non summatim, aut tenuiter exponemus, sed omnibus fucatū coloribus ob oculos ponemus, ut auditore, siue lectorem iam extra se positum, uelut in theatrum auocet, quam ab effingenda rerum imagine Græci uocant Hypotyposin, etiam si uocabulum hoc commune est, quoties aliquid oculis subiicitur, ueluti si quis expugnatam ciuitatem dicat, cuncta nimis in summa complectitur, quæcunq; talis fortuna recipit. Utar enim Quintiliani uerbis. At si aperias hæc quæ uerbo uno inclusa erant, apparebunt effusæ per domos, ac tempora flammæ, & ruentium tectorum fragor ex diuersis clamoribus unus quidam sonus, aliorum fuga incerta, alijs in extremo complexus suorum cohaerentes, & infantium, sceminarumq; ploratus, male usq; in illum diem, seruati fato senes. Tum illa prophanorum sacrorumq; direptio, efferentium prædas, repetentiumq; discursus, & ante suum quisq; prædonē catenati, & conata retinere infantem suum mater. Et sicubi maius lucrum est, pugna inter uiclores. Licet enim hæc omnia complectatur euersio, minus est tamē totū dicere quam oīa. Haclenus Fabius. Idē huius euidentiae citat exemplū hoc, ex Cælio in Antoniū. Nāq; ipsum offendūt temulēto soprore profligatū, totis præcordijs sterrente, rucluosos spiritus geminare, præclarasq; cotubernales ab oībus spōdis transuersis incubare, & reliquas circumiacere passim, que tamen exanimatæ terrore, hostium aduentu percepero;

pto, excitare Antonium conabantur, nomen inclamabant
 frustra, cervicibus tollebant, blandius alia ad aurem in-
 vocabat, uchementius etiam nonnulla feriebat. quarum
 cum omnium uocem, taetumq; noscitaret, proximæ ch-
 iusq; collum amplexu petebat, nec dormire excitatus, nec
 uigilare ebrius poterat, sed semisomno sopore inter ma-
 nus Centurionum, concubinarumq; iactabatur. Nihil in
 quit Fabius, his nec credibilius fingi, nec uchementius ex
 probrari, nec manifestius ostendi potest. Refert idem de- Descriptio
 scriptionem coniuuij luxuriosi. Videbar inquit uidere coniuij lu-
 alios intrantes, alios uero exeuntes, quosdam ex uino ua xuriosi.
 uacillantes, quosdā hesterna potatione oscitantes. Humus
 erat immunda, lutulenta uino, coronis languidulis, &
 spinis cooperita piscium. Sed huiusmodi exemplorū nus-
 quam nō magna copia, praesertim apud poetas, ut dictū
 est, & apud historicos, poetis proximos, precipue uero
 narrationes nunciorū in Tragoedijs, quoniā uice specta-
 culi subiiciuntur, hac uirtute abundat. M. quoq; Tullius
 mirus est in hoc genere. Verum illud arbitror admonen-
 dum, hoc genus descriptionis precipue quicquidem constare
 circumstantiarum explicatione, earum precipue quæ
 rem oculis maxime subiiciunt, ac moratam reddunt nar-
 rationem. Non mediocriter tamen adiuuari collatio-
 nibus, similibus, dissimilibus, imaginibus, Meta-
 phoris, Allegorijs, & si quæ præterea sunt figure
 quæ rem illustrant. Quin epitheta quoq; in hunc usum Epitheta,
 plurimum ualent, ueluti cum dicimus acrios scopulos,

K 4 turrige-

Exemplū est
i Iphigēia
Eurip. &
in Thyeste
Senecæ.

Actu. 4.

ERAS.ROT. DE COPIA RERUM

turrigeras urbes, ceruleum aut uitreum mare, curuum
aratem, superciliosum philosophum, patulas fagos,
atram specum, & apud Homerū δυσκόχης τὸ λεμος.
Neq; solum in descriptione complectimur quæ præcesserint,
quæ adiuncta rei fuerint, quæ consecuta, uerum etiam
ea quæ facta non sint, uel fieri potuisse, si hoc aut illud
euenisset, uel fieri posse demonstramus. Veluti si quis dia-
cat, Vide in qd; discrimen adduxisti repub: qui temere co-
gressus sis cum hoste. Etenim si forte fortua superassent
hostes, hæc, atq; hæc, erant euentura. Aut si quis monar-
chiam dissuadeat, descriptio ob oculos ponat omnē ty-
rannidis tragediam. Iamq; auditores admoneat, ut pu-
tent sese hæc omnia uidere, quæ mox passuri sunt, si De-
mocratiam mutarint in regnum. Porrò si res agitur se-

Quatenus rebus seris adhibentur sunt uero totus totus eiç, qua-
tenuis ad causam conducunt. Verū cū tota res ad uolu-
ptatē spectat, quæ admodum in poematis fermè fit, &
& ποδεξεσι, quæ exercendi ostendandiue ingenij causa
traclantur, licebit effictionibus. huiusmodi liberius lasci-
uire. Ad hanc formam pertinent descriptiones Homeri-
nē Iliad. & Odyss. & Iliad. &. cæ, quoties armat deos suos, aut heroas, quoties coniuiū
quoties prælium, quoties fugam, quoties conciliū des-
cribit. Quid enim ille nō exponit oculis, tum aptis circu-
stantijs, quæ tametsi non minquam minute uidentur, ta-
men nescio quo pacto mirum in modum rem oculis su-
biciunt, tum epithetis, tum adhibitis similibus? Præte-
rea descriptiones turbinum, tempestatum, ac naufragio-
rum

rum. quales sūt apud Homerū locis compluribus, apud
 Vergiliū libro Aenei. primo, Apud Ouidium Meta-
 morpho. xi. Item pestilentiae, qualis est apud Maronem
 Georgicon libro. iiij. Apud Nasonem, viij. Apud Senecam
 in Oedipo. Præterea famis, cuiusmodi est insignis in q̄
 dam Quintiliani declamatione. Item prodigiorum, solis
 eclipsium, niuis, hymbrium, fulminum, tonitruum, ter-
 ræ, quassationum, incendiorum, inundationum. quod ge-
 nus apud Ouidium diluuij Deucaliōei descriptio. Item
 seditionum, exercituum, præliorum, stragis, excidiij, dire-
 ptionum, monomachiae, pugnæ naualis. qualis est apud
 Lucanum libro. iiij. Epuli, coniuorum, nuptiarum, fune-
 rum, triumphorum, ludorum, pomparum. Cuius gene-
 ris est apud Plutarchum in vita M. Antonij, Cleopatræ
 nauis. Sacrorum, ceremoniarum, incantationum, ac male-
 ficiorum. qualis est apud Lucanū in. vi. Item apud Ho-
 ratium in Satyris, sub persona Priapi narrantis quæ ui-
 derit. Venationum, cuiusmodi extat Adriani cardinalis.
 Item animantiū, quod genus est Torpedinis, & Histri-
 cis descriptio apud Claudianum, apud eundem, & item
 apud Lactantium Phœnicis. Psitaci apud Ouidium in
 moribus & apud Statium. Serpentī apud Lucanū in
 nono. Multorum piscium apud Oppianū. Apud Pliniū
 cum innumerabilium animantium formæ, naturæ, mo-
 res, pugnæ, concordiae, tum precipuae culicis descriptio.
 Apud Maronem, equi ac bouis expressio, apum mira re-
 præsentatio. Statuarū item, qualis est in epistolis Plinia-

Satyr. 8.
lib. I.Li. 3. epist.
Li. 4. Ge-
orgicorū:

nis

ERAS. ROT. DE COPIA RERVM

De textura nis signi senilis, tabularū est imaginum, qualis est apud
 elegati uis Lucianū. Hercules Gallicus, apud Philostratū. Varia pi-
 de Home. clurarum argumenta, cuiusmodi sunt & argumenta
 2. Ilia. textorum, & sculturarum, aut similiū operū, quo-
 rum apud Poetas & hisloricos exempla sunt inumerā,
 q̄lis est Clypeus Achillis, ab Homero expressus. Aeneā à
 Iliad. 6. Marōe. Ad hēc nauis uestis παρωταίας, machine, cur-
 8. Aene. rus, Colossi, Pyramidis, aut si qd est aliud rerum cōsimi
 Vestis ut lium, quarū descriptio delectet. Evidē ad hoc genus re-
 Menelai ferendū arbitror. quoties forma gētis, uitaeq; ritus expli-
 apd Home cātur. ueluti si qs Scytarū, Anthropophagorū, indorū,
 Iliad. &c. Troglodytarū, aut, similiū gētium, imaginē oculis ex-
 παρωταί ponat. aut si uitae militaris, philosophice, aulice, rustica
 apud Ho- nāe, priuatē, regiae simulacrum quoddam effingas. Ves-
 me. rum ut ista probe exprimas, non modo confert ars &
 Iliad. &, ingeniū. uerū etiā oculis specclasse, q̄ uelis effingere, pluri-
 Currus, mū refert. Sūt & fabulosae rerū descriptiones, q̄ tamen
 Iliad. &c. ad ueras alludāt, uelut etatis auree, argenteae, ferree, q̄lis
 In Sō. Lu. est & apud Cebetē hūane uitae pictura, apud Lucianū
 Ossæ. 2. Iliu- hulæ, calumnæ, cruditionis, aliæq; cōplures. Apud Ho-
 Iliad. 9. merum Ossæ, Ares & Litarum, apud Ouidiū famis,
 Lib. 6. me. liuoris, apud eundē. & itē apud Maronē famæ. Quod
 4. Aene. si quis malit hēc ad personæ descriptionē pertinere, de
 qua mox dicam, cōquidem non magnopere repugno.

PERSONAE DESCRIPTIO.

His igitur est proxima personarū descriptio, quā
 προσωποτατικῶν appellat, tametsi nōnihil ab hac
 dissidet,

dissidet, προσωπογραφία, uel hoc nomine, qđ latius patet: Nā famis quoq; inuidiae, somni, de qbus modo diximus, προσωπογραφίας non absurde dixeris. Propontur enim seu persona quædam. Cuiusmodi sunt ē illæ, uirtutis, ac uoluptatis, quas Prodigus sophista, apđ Herculem, inter se decertantes facit, ut autor est Xenophon. Item mortis, ac uitæ, quas Ennius in Satyra contendentes inducit, teste Fabio. Item calumniæ apud Lucianum. Occasionis apud Ausonium. fortunæ apđ Horatiū in Odis & Qu. Curtium. Cupidinis apud Moschū. Penias & Pluti apđ Aristophanē. Iustitiæ apud Chrysippū, referē te Gellio. Philosophie apđ Boetiū Seuerinū. Lamiæ apđ Politianū. Itē Musarū, Gratiarū furiarū, Bellonæ, Sphigis, Scyllæ, Charybdis, ac similiū apud Poetas. ¶ Sunt propriores uero, sed tamē ad ostētationē accōmodatores Cuiusmodi est Hippiæ descriptio apđ Lucianū, & eiusdem apud Apuleiū in Floridis, sed oratori magis conueniūt illæ notationes. Sic enim appellat, quoties amantis, luxuriosi, auari, uoraci, temulenti, somniculosi, garru- li, glorioosi, ostentatoris, inuidi, sycophatæ, parasiti, lenonisue personam depingimus. Huius generis extat exemplum in quarto rhetorices ad Hereniu. Cæterum è Comœdijs quantūlibet exēplorum sumere licebit. Nil enim aliud agit comœdia. Depingitur autem ab omnibus circumstantijs, præcipue uero ab his. A natione, seu patria, si Pœni, Græci, Galli, Scythæ, Hyberni, Hispani, Scotti, Britanni, formâ, cultum, uocem, linguam, gestum, incessum,

Li.9.ca.de
figuris sen
tentiarū.

Li.1.odc.

35.Lib. 6.

Li.14.c.4

In Harmo
nide.

A natione.

incessum, ritus, ingenium, ac mores expresseris. Fingendus autem Pœnus fœdifragus, uaser, insolens, cultu ambitiofiore, atq; item de cæteris. ¶ Sunt & singularū ciuitatum peculiares notæ, ut mollis Atheniensis. & ad dicendum quām faciendum instruētior, Seueri Rhomani, parci Florentini. ¶ A sexu. Depingitur uir seuerior, mulier loquacior, incōstātior, superstitionis. ¶ Ab æte. tales effingimus, quales Horatius ostendit in arte Poetica. ¶ A fortūa. Fastuosior inducitur diues. Humilior ac timidior pauper. ¶ A studijs, fit gloriosus, & fascinorum suorum immodicus iactator milcs, periurus leno, tristior rusticus, adulantior aulicus, mitior Urbanus Medicus ad quæstum prop̄p̄sior. Poeta nominis audior, fontibus, nemoribus, ac secessibus gaudens, opū & honorum ciuilium contemptor. Sophista loquacior quām sapientior. Neq; negligendi communes affectus, quo sit animo pater in liberos, maritus in uxore, ciuis in patriā, principis in plebem, plebes in patritios, cæteraq; quæ diligentissime tradidit in Rheticis suis Aristoteles. ¶ Sunt autē peculiares etiā in singulis horum differentiæ. Neq; enim satis est tenere quid seni, quid iuueni, quid seruo, qd patrifamilias, quid lenoni conueniat. Alioqui singuli horum semper sui similes inducerentur. At Comici præcipue uarietatem in eiusdem quoq; generis personis affectasse uidentur. Quid enim dissimilius, quām Demea ac Mitio apud Terentium? quorum hic (cum etiam gravissime filium obiurgat) blandus est. ille cum maxime blanditur,

Comici uarij i describendis per sonis.

blāditur, amarulentus. & tamen uterq; senex, atq; adeo
 fratres. Quid diuersius quām Chremes semper placidus
 ac ciuilis, & Simo uehemens ac suspitiosus? Itē, quām
 Pamphilus cordatus, & Carinus inops animi, cōsiliq;
 Quid tam disimile, quām Phaedria cū morbo pugnans,
 & Chærea nihil habēs pensi? Multum item interest in-
 ter Dauum pertinacissimum sperādi autorem, & Bir-
 riam nihil præter desperationem adferentem. Plurimū
 inter Parasitum Gnathonem, & Phormionem, & ab
 utroq; longe dissident Parasiti Plautini, quemadmodū
 & huius meretrices à Terentianis plurimum discrepāt
 Terentius meretrices propemodum bonas fingit, ueluti
 Philotim, & Bachidem, in Ecyra. Plautus, senes aman-
 tes, ac festiuos, & uxoribus ueteratorie imponentes, quā
 quam aliás Euclionem prodigiose tenacem, ac suspicio-
 sum facit. ¶ Quod si personam tractamus ab alio occu-
 patam, ab ijs qui priores finixerint aut descripserint, de-
 corum petendum est. Veluti si tractes Achillem, acrem,
 inexorabilem, simplicem, infensem regibus, infensem
 mendacibus, pedibus uelocem inducas oportet. Nam hu-
 iusmodi primus finxit Homerus. Rursum Vlyssem, ua-
 frum, mendacē, dissimulantem, omnia tolerantem. A ga-
 mēnonem, animo mitiore, sed imperij cupidū, timente
 populū, uoluptatis audiorem quām belli. Hectore, ani-
 mo sublimi, mortis & augetiorum negligentem, pa-
 triæ omnia posthabentē. Aiace, factis magis quām ora-
 tione strenuum, contumelie, ac repulſe impatientem. In
 summa,

ERAS.ROT. DE COPIA RERVM

summa, ut cuiusq; personā finxit Homerus, ita Tragiēt
poetē inducant oportet. Item si quis Iulium Cæsarē, Fa-
bium, aut Camillum, aut Timonem, Socratem, Platōnē,
Epicurum cupiat effingere, ex historijs decorum petendū
est. ¶ Quod exercitationis genus placuisse uidetur ijs, q
Menelai, Phoenicis, Achillis, Phalaridis, Brutii, Senecē,
ac Pauli epistolās, & orationes finixerunt. Idem spectan-
dum erit scribenti dialogos, quibus personis quē tribuat
sermonem. ¶ Cæterum decorum, quod est in fictis per-
sonis. Veluti si philosophiam producas uultu constanti
& autoritatis pleno, Musas simplices, ac blādiores, Gra-
tias iunctas ac Zonis solutis, iustitiā rectis atq; immo-
tis luminibus, Cæter aq; huius generis id à rerum natu-
ra, ad quas alluditur, oportebit sumere. ¶ Est quoq; de
corum in apologiis, quod nemo recte tuebitur, nisi natu-
ras animantium cognitas atq; animaduersas habeat. ut
sciat docilem ac religiosum elephantum, Delphinū, Cro-
codilo inimicum, homines amātem, aquilam in sublimi-
nidum ponere, Scarabeum stercora ex more protrudere,
nec uideri temporibus quibus incubant Aquilæ, Cassīa
in segetibus oua ponere. Atq; hæc quidem hisq; recondi-
tiora facile petuntur ex Aristotele, Plinio, Aeliano. Tra-
ctatur & hoc genus etiam ab oratoribus. Porrò durio-
res sunt apologi, qui rebus inanimis, ut arboribus, aut
saxis sermonem atribuunt. Sed oratorum magis pecu-
liares sunt illæ προσωπογραφίæ, quoties suis ceu co-
loribus certa hominis persona depingitur, idq; eatenus,
quatenus

quatenus ad rem propositam attinet. Quemadmodum apud Salustiū, Catilina, apud Liuum, Annibal, apud Plinium, Traianus. Rarius enim incidunt, sed tamen incidunt, illae formarum effictiones. quod genus sit, si quis mulierem formosam omnibus fermè numeris exprimat aut contra deformem anum. Quemadmodum Thersites effinxit Homerus, & græcorum multos proceres è moenibus Helena Priamo sciscitant indicat, & hūc imitatus Maro in sexto complureis Rhomanos describit. Ad hanc formam præcipue pertinet schema ολαλογισμὸς, id est, sermocinatio, quoties unicuique sermonem ac commodamus, etati, generi, patriæ, uitæ instituto, animo, moribusque congruentem. Nam huiusmodi sermones in historiæ licet effingere. Vnde tot Thucydidis, Salusti, Liuij orationes effinguntur, & epistole, & apophthegmata. Demum & cogitationes uelut hominis secum loquenteis, quanquam hoc poetis familiarius. Ille propriæ προσωπωνιæ nomen meretur, quoties personam hominis procul absentis, aut iam olim defunctorum, loquentem facimus, seruato decoro. Quod genus sit, Quid si nunc reuiniscant prisci illi huius urbis optimates, uiderentque temporum horum mores, nonne in has uocem erumpent? Deinde subiçienda oratio. Quid si nunc adesset proanus ille tuus, nonne merito his te uerbis obiurgaret? Quid si redeat in hanc lucem Camillus, nonne iure his uerbis nobiscum agat? Et iam mihi uideor audire illum sic mecum loquentem. Et singite Pla-

topem

tonem ipsum, ad huc modum uobiscum expostulante. Verecundiores sunt huiusmodi prosopopoeiae, cū ea loquētes fingimus, quae uerisimile sit eos dicturos, si adesent, Duriores autem, sed tamen etiam in serijs orationibus, non modo in exercitationibus adhibendae, si quando rerum grauitas postulabit, quoties naturam, aut Rem pub, aut prouinciam, aut patriam loquētem facimus, ut in Catilinam fecit Cicero, Quæ tecum Catilina, Et quedammodo tacita loquitur Rursum, Et enim si patria, q mibi uita multo est charior, si cūcta Italia, si omnis Res pub. sic loquatur. M. Tulli quid agis? Socrates apd Platonem, in Critone, leges secum disputantes inducit. Huius generis est, quoties dijs ipsis, aut alijs multis rebus oratione accommodamus. At eæ quæ proprie προσωπος γραφιαι uocantur, metaphoris, similibus, & collationibus fiunt illustrioriores. Cuius generis apud poetas magna uis est.

LOCI DESCRIPTIO.

Locupletatur oratio locorum quoq; descriptionibus, quas Græci τοπογραφιæ appellant. Ab his frequenter narrationum sumitur exordiū, nō à Poetis modo, uerum etiam ab historicis, & apud Oratores nonnunquam incident. Huius generis est, quoties tota loci facies, ueluti spectanda depingitur. ut urbis, motis, regionis, fluminis, portus, uillæ, hortorum, amphiteatri, fontis, specus, templi, luci. Quæ si ueræ sint τοπογραφiæ appellari uolunt. si fictæ, τοποθεσiæ. Prioris forme

LIBER SECUNDVS.

Fol. 81.

formæ sunt, Carthaginis & portus apud Maronem def-
criptio, apud Pli. in epistolis Laurentis villæ. Apud Sta-
tiū, Surretinū Pollij, et Tiburtinū Manlij. Posterioris, se-
des somni apud Ouidiū. Domus famæ & regia Solis,
apud eundem. Inferorum & Cacidomus, apud Vergi-
lum. Tenari apud Statium. Domus apud Lucianum. Re-
gia Psyches apud Apuleium. Ad prius genus referendū
arbitror. Vesuuī montis incendium, à Plinio minore,
descriptum. Aetnæ ardantis, apud Claudianum. Tum si
quis nilum, aut antrum Sibyllæ, arcus, atq; id genus alia
descripsérit. Quæ quo sunt magis noua, hoc plus adfe-
runt uoluptatis. & diutius licebit immorari, modo om-
nino non sunt aliena.

TEMPORIS DESCRIPTIO.

Porrò temporis descriptionē χρονογεαφίαν ad-
pellant. Vnde nō raro narrationis sumitur initium.
Nonnunquam delectandi duntaxat gratia adhibetur. Ve-
luti quoties poetæ diem, noctem, auroram, aut crepuscu-
lum exprimunt. Quanquam ne hæ quidem omnino ocio
se debent adhiberi. Quod genus est illa Vergiliana. Nox
erat & placidum carpebat fessa soporem Corpora, per
terras, sylvaeq; & saeva quierant Aequora, cum medio
noluuntur sydera lapsu. Cum facet omnis ager, pccudes,
pictæq; uolucres. Quæq; lacus late liquidos, quæq; aspe-
ra dumis Rura tenet, somno positæ sub nocte silenti. Le-
nibant curas, & corda oblita laborū. Pertinet enim hæc
descriptio nocturnæ quietis, ad amplificandum. Didonis
L dolorem,

4. Aenea.

dolorem, qui ne tum quidem conquiescebat, cum omnia
cetera quietem agerent. Nam mox sequitur. At non in-
fœlix animū Phœnissa nec unquam soluitur in somnos,
Veris, hyemis, autumni, æstatis, uindemiae, iusticij, satur-
naliūm descriptiones, ad hoc genus pertinent, quæ sœpe
numero ualent & ad probationē. Mixtæ sunt illæ, quo-
ties temporum qualitatem exponimus, puta pacis, belli,
seditionum, factiōnum, monarchiæ, democratiæ. Simul
cum ostendimus, quæ uirtutes, aut quæ uitia tum maxis-
me ualuerint. Hæc quidē singillatim tractare cōueniet,
non nunquam exercendi ingenij gatia. Verum absoluta
descriptio ex his omnibus constat. Nam Horatius in ea
quā modo citauit satyra, primū locū exquiliarū descri-
bit, deinde tēpus, p̄terea Priapi ac maleficarū psonas, po-
stremo & sacrificiū, & fugā territarū mire exprimit.

EGRESSIO, SEXTA LOCUS PLETANDI RATIO.

Superioribus affinis sexta locupletandi ratio, quam
græci παρέκβασιν, latini partī egressionē, alijs
digressionē, nōnulli excusum adpellat. Ea est, definitore
Quintiliano, alicuius rei, sed ad utilitatē causæ p̄tinētis,
extra ordinē excurrēs tractatio. Adhibetur autē uel lau-
dādi gratia. Qualis ē ap̄ M. Tulliū pro L. Cornelio, po-
pularis illa uirtutū Cn. Pōpei cōmemoratio, in quā ille
diuinus orator (nā Fabij uerbis utar) ueluti noīc ipso
ducis, cursus dicēdi teneretur, abrupto quē inchoauerat
sermone, diuertit, aut uituperādi, aut ornādi, aut deleclā-
di, aut

di, aut p̄parādi. Sumū tur autē ex ijsdē fermē locis, quos Vnde su
 modo retulimus. Ab expositione rerū gestarū, à descri- mūtūr di
 ptione locorū, regionū, personarū. Itē à trāclatione fa- gressiōes.
 bularū, apolo gorū. Præterea à locis cōmuni bus quoties Loci com
 amplificādē rci grā, in gloriā, in luxuriā, libidinē, au- munes.
 ritiā, turpē amorem, tyrānidē, iram, ac reliqua uitia di-
 eimus. Atq; his, causa uelut aliquā tisper omissa, diuitius
 immoramus. Aut cōtra, quoties frugalitatē, liberalitatē,
 cōtinentia, studia literarū, pietatem, taciturnitatē, lan-
 dibus efferrimus. Hi tantū momenti habent ad copiose di-
 cendū, ut clari aliquot autores, eos ex professo trāclane-
 rint. Sūt & illi loci cōmunes his non dissimiles, quoties
 libertatis cōmoda ponimus ante oculos, cōtra servitutis
 incōmoda. Mutabilitatē fortunae, mortis æquā omnibus
 necessitatem, quantū ualeat pecunia in rebus mortaliū,
 uitiae humanae breuitatē, atq; id genus innumera descri-
 bimus. Porrò longius immorari licebit excursibus, uel
 in initio dictiōis. Qualis illa Herculis Gallici, & Lamit-
 arū descriptio. Vel i fine, quo iā fessus recreetur auditor
 Quemadmodum in Georgi, ferè facit Verg. In medio si
 quādo digredi libēbit, celerius eō redeundū, unde digres-
 sus sis, ni si pars causē iā absoluta digressionis ansam p̄-
 bebit. Veluti post narratā causā, quo ad secuturā ar-
 gumētationē auditor reddatur alacrior. Aut post proba-
 tionē, sive omnino post locos iāmoeniores, quo tædiū su-
 btilitatis discutiatur. Aut nisi res ipsa locos homini sua
 pte sponte offerat, qui iūnitent ad diuitius immorandū.

Apd lucia
Apd politi

L 2 Septima

SEPTIMA RATIO.

Epitheton
quid secūd
Diomedē.
lib. 2.

2. Aene,
Vnde su-
mantur.
Epitheta.

Ex Plato .
Vide Cice.
Quādo in
ōrōne pro-
sa adhiben-
da sint Epi-
theta.

SOptima locupletādi ratio sumitur ab Epithetis. Dio medes, Epithetō, facit speciē Antonomasiae , finitq; hunc in modum. Epitheton est præposita distinctio pro- prio nomini aut ornandi, aut destruendi , aut indicandi caussa. Ornādi, ut diua Camilla. Destrucēdi, ut scelerūq; inuentor Vlysses. Indicādi, ut Larissaeus Achilles. Sumū- tur epitheta ab animo, ut Plato philosophorum sapien- tissimus. A corpore, Thersytes Græcorum omnium de- formosissimus. A bonis externis, neq; id simpliciter, ni- mirum ab omnibus partibus bonorum, quæ proficiuntur à fortuna. A genere, ut Mæcenas generosissimus. Ab opibus, Crœsus regum opulētissimus. A forma, Nireus formosissimus. A viribus, Milo, Athleta fortissimus. A patria, Vlysses Ithacensis. Ab actu, Monstrorū domitor Hercules. Ab euentu, Bis capti Phryges. In summa ab omnibus fortunæ commodis, aut incommodis. Neq; re- fert an hæc epitheta sint adiectiva nomina, nec ne modo quocunq; pacto proprietas quædam attribuatur, non p- sonis tantum, uerum etiam rebus. Ut præceps iuuenta, p- caps & amenis consultor amor, esca malorū uoluptas, de senectu. morosa ac difficilis senecta, uitiorum expurtrix philoso- phia, humanae uitæ speculum comœdia , uitæ magistra historiæ. In poematis licebit naturalibus epithetis uti , ut Cädida nix, liquidi fôtes, frigida nox, uolubilis amnis, aureus Sol. In oratione prosa non oportebit adhiberi, nisi emphasis quandam habeant, & ad rem propositâ per- tineant

tineant. Ut nō impetrabis causam tam iniquam ab Aries
stide iustissimo. Et coram Catone scuerissimo morū cē. Vide Plu-
sore audes agere floralia? Id potissimum fiet in citatio-
nibus exemplorum, aut sentētiarum. Aristarchus crudis-
tissimus, & idem diligentissimus.

OCTAVA RATIO.

Octava dilatandi ratio sumitur à circumstantijs, q̄s
Græci Peristases uocant. Eae partim sunt rerū, ut Circūstan-
causa, locus, occasio, instrumentum, tempus, modus, at-
q; id genus aliæ. Partim personarum, ut ratio, patria, se-
xus, ætas, educatio, & disciplina, habitus corporis, for-
tuna, cōditio, animi natura, studium, anteacta, cōmotio,
consilium, nomen. Conducit autem ad multa, circūstan-
tiarum aptus ac tempestiuus usus. Primum ad amplifi-
candum atq; extenuandum, de quo mox paucis dictu-
ri sumus. Deinde ad evidentiam, de qua paulo ante dixi-
mus. Præterea ad confirmationem & probabilitatem.
Facit enim ut tota oratio densis ac crebris argumentis un-
diq; differta sit & communita. Quæ tametsi non expli-
ces, quasiq; in aciem educas, tamen pugnat per se, cau-
samq; nō mediocriter adiuuat. Ut quemadmodum, licet
aliud agētem, tamē agnoscere licet, palestricæ, aut mu-
sicæ peritum, Ita ubiuis ex huiusmodi circumstantijs com-
mode suo loco admixtis, rhetorē intelligere possis. Quod
quoniam per omnem orationē fusum est, exemplo bre-
ui ostendin non potest.

Vſus circū
stantiarū.Idē simile
penè apud
Cice. 2. de
oratore.

NONA DILATANDI RATIO.

L 3 Nona

Libro. 5.

Prima am.
plificandi
ratio.

Nona dilatandi ratio constat amplificatione. Eius coplures forme reseruntur à Fabio. Nos eas breuiter attingemus, quæ ad præsens ptineant institutū. Prima amplificādi ratio constat icremēto. Quoties gradibus aliquot puenitur, nō modo ad summū, sed interim quo dāmodo supra summū. Huiuscexēplū est apd M. Tulliū in septima in Verrē actione. Facinus est uincire ciuē Rhomanum, scelus uerberare, parricidium necare, Quid dicam in crucem tollere? Verbo satis digno tam nefaria res adpellari nullo modo potest. Ad genus ptinet & illud, cum congestis ordine quodā circumstantijs in cōtextu & cursu semp̄ aliquid priore maius insequitur. Huius exemplum est in secunda Ciceronis Philippica de uomitu Antonij. O rem non uisu modo fœdam, sed etiam auditu. Si inter coenam in tuis immanibus illis peculis, hoc tibi accidisset, quis non turpe duceret? In cœtu uero populi Rhomani, negotium publicum gerens. Magister equitum, cui ruclare turpe esset, is frustis, esculentis, uinum redolentibus, gremium suum & totum tribunal impleuit. Hic singule uoces in cremen- tum habent. Etenim per se deforme fuerat, uel non in cœtu uomere, in cœtu etiam non populi, etiam non Rhomani, uel si nullum negotium gereret, uel si non publicum, uel si non magister equitum. Hæc si quis diuidat, ac circa singulos gradus immoretur, augabit quidem orationis copiam, tamen minus efficaciter amplificabit. Huic contraria est comparatio. Nam ut incremento

Cōparatio

incremento ad superiora tenditur, ita comparatio à minoribus incrementum petit. Fit autem comparatio uel fictione, uel exempli collatione. Fictione quam *υτοθεσιν* uocant, ut prima parte exempli, quod modo retulimus ex Cicerone. Eiusdem est illud in Catilinam. Serui me hercle mei, si me isto pacllo metuerent, ut te metuunt omnes tui, domum meam relinquendam putarem. Collatione exempli, quoties proposito uel simili exemplo efficimus, ut id quod exaggeramus, aut proximum illi, aut par, aut maius etiam uideatur. Velut Cicerō pro Cluentio cum exposuisset Milesiam quandam à secundis hæredibus pro abortu pecuniam accepisse. Quanto est, inquit O pianicus, in eadem iniuria, maiore supplicio dignus. Siquidem illa cum suo corpori uim attulisset, seipsam cruciavit. Hic autem idem illud effecit per alieni corporis cruciatum.

In hoc genere non solum tota totis, sed etiā partes partibus comparantur, sicut hoc loco. An uero uir amplissimus Scipio, Tyberium Gracchum mediocriter labefactantem Rempub. priuatus interfecit, Catilinam orbē terrae cæde atq; incendio uastare cupientem, nos consules perferemus? Hic & Catilina Gracchus, & statius Reipub. orbi terrarū, & mediocris labefactatio, cædi, & incendijs, & uastatiōi, & priuatus, cōsulibus, cōparatur. Quæ si quis dilatarc uelit, plenos per singula locos habeat. Amplificamus & ratiocinatiōe, cū aliud crescit, & aliud augetur, hoc modo. Tu istis fauibus, istis lateribus

Partes partibus cōparantur.

Verba sūt
Fabij. c. A.
libro. 8.

In. 2 Phili.

L 4 ista

ERAS. ROT. DE COPIA RERVM

ista gladiatoria totius corporis firmitate, tantum uini in
Hippiæ nuptijs exhausteras, ut tibi necesse esset in populi
Rhomani cōspeclu uomere postridie. Colligitur enim qn
tū uini biberit Antonius, quod illa totius corporis gla
diatoria firmitas non quiuerit ferre & concoquere. Ad
hac formam referendū est quoties res atrocissimas, q̄sq;
in summam ipsi extulimus inuidiam, cleuamus cōsulto,
grauiora uideantur, quæ secutura sunt. Quod genus est
illud Ciceronis. Leuia sunt hæc in hoc reo. Metum uirga
rū Nauarchus nobilissimæ ciuitatis pretio redemit. Hu
manum est. Atrocissimum quiddā expectetur necesse est,
cui hæc quæ sūt atrocia, comparata, humana, atq; usita
ta uideantur. Amplificamus & congerie uerborum, ac
sententiarum idem significatiū, quæ ratio finitima est
figuræ συναρθροσ μω, de qua prius dictum est. Utitur
hac M. Tullius in actione pro Ligario. Quid enim tuus
illæ Tubero districlus i acie Pharsalica gladius agebat?
Cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorū
tuorum? quæ tua mens? oculi, manus, ardor animi?
Quid cupiebas? quid optabas? Hic uelut aceruo crevit
oratio. Idem fit interim omnibus altius atq; altius insur
gentibus. Ut in hoc exemplo. Aderat ianitor carceris, car
nis ex prætoris, mors terrorq; sociorum, & ciuiū Rhom
anorum lictor Sextius. Amplificamus etiam quasi cor
rectione quadam, ut Cicero in Verrem. Non enim furem
sed raptorem, non adulterum, sed expugnatorem pudie
citæ, nō sacrilegum, sed hostem sacrorum, religionūq;
non

In ultima
Verrina.

Cōgeries,

In ultima.
Verrina,

In tertia cō
tra Verre.
actione,

non siccariū, sed crudelissimum carnificem ciuium sociorumq; in uestrum iudicium adduximus. Totidē autē sunt minuendi modi, quot sunt amplificandi. Pertinent ad orationis copiam, & illi uulgares amplificandi modi, cū uel aduerbijs, uel nominibus, uel alijs partibus ad positis amplificamus, uel in laudem, uel in uituperium. Maiorem in modum me Cicero deleēlat. Dici non potest quām tibi faucat sacer. Verbis consequi nequacum, quām me deleēlet Cicero. Verum de his augendi rationibus superius diximus. Notus ēt usitatus est & ille modus amplificandi, cum speciem augemus generi collatam. Ut cū omnes disciplinæ liberales plurimum homini conciliant uel ornamenti, uel commodi, tum in primis eloquentia. Quanquam hanc quoq; rationem superius attigimus.

Species au-
getur gene-
ri collata.

DECIMA DILATANDI RATIO.

Decima dilatādi ratio inde sumitur, ut quām maximum propositionum numerū reperiamus. Est autem propositio rhetorica, cui probandæ adhibentur argumenta. Porrò quemadmodum inuenienda sit proposi-
tio. Fabius negat arte comprehendendi posse, cæterū ingenio atq; usu constat ea facultas. Atq; inde fit, ut cum plures eadem didicerint, generibus argumentorū similibus utā tur, aliis tamē alio plura quibus utatur inueniat. Sumū tur autem propositiones partim ex his quæ sunt uulgaria, partim ex his quæ sūt propria causæ. Exemplum sit hoc, quod placuit Quintiliano, cū Thebas euertisset Ale-
xander, inuenit tabulas, quibus centū talenta mutuo The-

Quid sit
propositio
rhetorica.
Lib. 5.

Vnde su-
matur pro
positiones.
Li. 5.ca.10

salis

ERAS. ROT. DE COPIA RERVM

salis dedisse Thebanos continebatur. Eas tabulas, quod
esset usus comilitio Thessalorum, donabit his ultro. Po-
stea restituti à Cassandro reposcūt Thebani Thessalos.
De quibus
Plinius. li.
35.cap.9. Res apud amphicyonas agitur. Centū talenta & credi-
disse eos cōstat, & non recepisse. Ius omnis ex eo, qđ eas
Alexáder Thessalis donasse dicitur, pendet. Constat &
illud, nō esse ijs ab Alexádro datā pecunia Thebanorū.
In hoc igitur argumēto huiusmodi propositiones ac par-
tes, cū colūnae reperiēdæ sūt. Prima pars erit, Alexádrū
nihil egisse donando. Secunda, non potuisse donare. Ter-
ff. deni &
ui armata
tia, nō donasse. Ac primæ quidem partis, prima erit pro-
positio pro Thebanis, iure repeti licere quod ui sit abla-
tum. Pro Thessalis hæc erit, tabulas non simpliciter ui
qualibet, sed bello sublatas esse. Ius autem belli plurimū
ualcre in rebus humanis. Hoc regna, hoc populos, hoc fe-
nes gentium atq; urbium contineri. Huic rursum aliam
propositionem opponunt Thebani. Non omnia in uicto-
ris potestatem uenire iure belli, sed in his quæ in iudiciū
deduci possūt, nihil ualere ius belli, nec armis erupta, nisi
armis posse retineri. Itaq; ubi illa ualeat, non esse iudicē.
Vbi index sit, nihil illa ualere. Atq; ea quidē, è causæ cir-
cūstatijs sumitur, qbus ostēdi potest, qđ hæc causa distet
à cæteris. Ad huius autem confirmationem sumitur à lo-
cis exemplū simile. Ideo captiuos, si in patriam suam re-
dierint liberos esse, quia bello parta, non nisi eadē ui pos-
fideantur. Tertia pro Thebanis propositio, ducetur &
ipsa ex causæ proprijs. In eo iudicio potissimum esse spe-
ctandum

Elendam aequitatem, in quo Amphictyones iudicet. Aliam enim apud centumuiros, aliam apud iudicem priuatum, in eisdē quæstionibus esse rationem. Atq; hæc quoq; eō ualent, ut adpareat hanc causam distare à cæteris, in q; bus ius belli ualere debeat. Porrò secundæ partis pro Thebanis propositio fucrit. Non potuit donari à uictore ius, propterea quod id demum uictoris sit quod teneat, ius cum sit incorporale, adprehendi manu nō possit. Rursum ad huius probationē adhibetur argumentum à dis simili. Aliam esse cōditionem hæreditis. aliam uictoris. Ad illum ius, ad hunc rem transfire. Iam ex causæ proprijs altera sumetur propositio, superiori ueluti subseruiens. nempe hæc ut donemus ius aliās ad uictorem transfire, certe ius publici crediti, ad uictorem trāfiscere nullo modo potuit. Propterea q; si quid populus credidit, id omnibus debeatur. Et quandiu unus superfluerit, is sit totius sum mæ creditor. At Thebanos non omnes in Alexandri manu fuisse. Atq; hæc quidē non eget probationibus. Tertiæ partis uulgaris propositio erit huiusmodi. Nō donauit Alexander quum tabulas donaret. Ncq; enim tabulis esse ius. Ea q; propositio multis argumentis defēdi potest à simili. Ncq; enī q; quis hæreditatis habet tabulas, idē hæreditatis habet ius. Et si forte creditor tabulas amiserit, nō cōtinuo liberatur debitor. Altera propositio cōiectura lis ē Alexadrū nō hoc animo donasse Thessalīs tabulas ut honorarat, sed ut deciperet. Ea q; uarijs cōiecturis erit probāda. Tertia iā nō proprie ad hunc gradum attinet,

sed

ERAS.R O T. DE COPIA RERVM.

sed est ueluti nouæ cōtrouesiæ initium. Sumitur autem ē proprijs materiæ. Estq; huiusmodi, ut omnia donemus Thessalis, ius belli ualere in iudicij, & apud hos iudices, & in publico credito, atq; item de cæteris. Tamen si quid amiseret Thebani ab Alexandro uicti, id à Cassandro restituti receperint oportet, maxime cum id uelit Cassander. Item si quis suadeat M. Tullio, ne conditione ab Antonio oblatam accipiat. Nempe uiat exustis Philippicis, his fermè propositionibus pot: rit uti. Non esse cuiusquam egregio uiro, tanti emendam uitam, ut immortalē famam amittat. Huic generali subseruit particularis, ē circumstantijs sumpta præsertim Ciceroni, qui tot laboribus clarissimum, semperq; uicturum nomen, sibi pepercrit, ac mortem esse contēnendam, tot præclaris uoluminibus æditis facundissime demonstrarit, maxime cū iam seni non multum æui superesse uideatur. Rursum

Aliud pa- altera sumetur à circumstantijs. Nihil infelicius esse quā radigma. debere uitam Antonio. Tertia coniccturalis erit, callide hoc agere Antonium, ut exustis prius Philippicis in quibus intelligat & suam infamiam sempiternam, & Ciceronis immortale gloriam esse sitam. Deinde crepta uita quoq; totum extinguat Ciceronem. Item si cui matrimonium dissuadeas, his licebit uti. Prima fuerit, si pictatem species, matrimonium est impedimento properantibus ad C H R I S T V M. Secunda, si uitæ incuditate, in numeras curas secū adducit, & foelix coinguī. Atq; hic protinus aperit se latissimus caput, de comparatione cōmodorum

modorum coelibatus, & incômodorū matrimonij. Tertia si libertatem, quam multi & uite anteponunt, hanc in primis adimet coniu gij uinculum. Deinde ad particulares uenies, quæ possunt esse innumerabiles, ut non hæc ducenda est, non hoc tēpore. Aut tibi nō est ducēda uxor pauperi, seni, studioſo, ualetudinario. Crescit autem numerus propositionum etiam hoc pacto, quoties à fīclioē incipimus. Quemadmodum pro Milone Cicero. Fingite à Milone per insidias occisum Clodium, tamen qui ciue tam pestilentē pro salute Reipub. Periculo capit is sui sūtūluerit ē medio, summis etiam honoribus dignus uidea tur. Deinde ad seriam accedit, sed nō occidit. Crescit itē quoties præparandi causa duriorem aliquam propositio nem, extra rem propositā, præmittimus, quo mollior ui deatur ea, quam conamur euincere. Veluti si quis in consultatione persuadere cupiēs, ne Rhomanus pontifex Venetos bello adoriatur, iuxta prouerbium, quo dicitur, Iniquum esse petendum, ut æquum feras. Sic rem prius la besaſet. Sunt autores nequaquam contemnedi. qui putet imperium, ac prophanam dictionem nequaquam conuire, neq; dignitati summi pontificis, neq; tranquillitati Ecclesiæ, neq; Christianæ pietati, cui uni rebus omnibus neglectis, ille debet consulere. Atq; hæc propositio, uelut obiter ex abundanti, plurimis argumentis probari poterit. Deinde ad alteram descendet ad hunc modum. Hæc quidem atq; huiusmodi multa, alijs fortasse diceret, uerum donemus conuēre, tamen longe alicum est à clæ memia

ERAS. ROT. DE COPIA RERUM

Math. II. mētia Ch̄ri uicē gerētis, qui dixit. Discite à me, quia mētis sum & humilis corde, huiusmodi p̄cipiatū armis, tumultu, c̄ēde, sanguine repetere. Post ad tertiam ueniet, ut maxime fas sit, tamen parū est tutū, propter quod anceps euētus belli. Vnde periculum sit, ne dum tēporā rijs ac fluxis rebus Ecclesie statum restituere conatur, penitus subuertat, atq; id quoq; cōpluribus exemplis, ac si milibus confirmari potest. Deinde digredietur ad tertiam hoc pacto, ut decat, ut liceat, ut uincas, tamen tanta mālorum colluuiies etiam bellum iustissimum consequitur, ut non tanti uel prophano principi modo Christiano, debeat esse, terras aut urbes aliquot, ferro repetere. Nedū ei, qui sanctissimi titulum prae se fert. Posset adjici & hæc propositio è circumstantijs personæ. Ut alium pontificem deceat, Iulium tamen non dicit. Si is sit Iulius, cuius mīte ingenii, & singularijs uitæ sanctimonia, à bello uideatur abhorrere. Quæ posteaquam argumētis probarit, tum ad id de quo proprie consulatur, descēdet hac ratione, ut nihil horum nos deterreat quæ commemo rāmus, tamen in præsentia bellum cum Venetis suscipere parum esse consultum uidetur. Et hæc à circumstantijs sumitur. Atq; hanc propositionem rursum diuidet. Primum quod sine summo rei Christianæ discrimine bellū id moueri nō possit. Deinde quod sedes Rhomana apud quā pie factis, semp summa fuerunt præmia, parvū me minisse uidebitur officiorum, quæ sēpenumero ea gens sumo cū uite discrimine i Christianā cōtulerit religione.

Postremo,

Postremo, quod ne caussa quidem idonea est, cur etiam aduersus nihil promeritos, arma mouere oporteat. Nisi quis has nō propositiones, sed rationes esse malit. Item si quis persuadere studeat regi cuiquam, ne bellū suscipiat cum Christianissimo Gallorum rege, his propositionibus munire viam ad causam poterit. Primū bello conflictari, non esse hominis, ad benevolentiam nati, sed brutorum animantium, quibus natura arma quædam addidisse uidetur. Huic subseruit altera propositio. Immo nec omnium animantium, sed ferarū dūtaxat, Rursum huic tertia subseruet. Atq; adeo ne feræ quidem hoc pacto inter se dimicant, quo mortales. Neq; enim tigridi cum tride bellum est, neq; leoni cū leone. At homo nō in aliud animal eque sœvit atq; in hominem, tum feræ non certant, nisi aut tuedi fœtus causa, aut fame in rabiem aœlæ. Hominē inanis ambitio, ac tituli nescio qui, leues & affectati, ad tam sanguinolenta bella concitant. Huic iā succedit tertia, quasi nouus gradus. Ut hominum sit bellare, certe barbarorum, ac feris non admodum dissimiliū, nō eorū q̄ legibus uiuūt. Addc quartā, ut horū etiā sit, haud quaquā tamē Christianorū. Quādoquidē Christiana religio nihil aliud est quam pax. Licebit adiucere quinā, ut deceat, nō expedire tamē bellū suscipere, qđ omnibus p̄ficiatis, multo plus malorū est, qđ belli causa suscipiantur, quā bonorū quæ uictor etiā cōsequatur. Id iā contentionē erit explicandū, sexta quoq; reperietur, ut expedit, non tamē esse tutum, & ancipitem esse bellī exitū.

Neq;

Thema.

Neq; enim semper uincere, quorum melior est causa, aut
 qui suppetat apparatu, ipsas etiam copias in suum ducē
 nonnunquam arma uertere. Atq; hæ quidem propositiones generales sunt. Tum ad particulares uenire licebit, q
 sumentur à circumstantijs, ut omnia mittamus, tibi nō
 est belligrandum. Atq; hæc in multas diuidi potest, uel
 quia puer es, & belli imperitus, uel quia nouus rex. Atq;
 item de ceteris. Nam exempla rationum duntaxat ostendo. Rursum, non cum hoc rege bellandum, tam potente,
 tam de patre tuo benemerito, tot uinculis tibi adstricto,
 tam in teipsum etiam officioso. Aut non hoc titulo, non
 hoc tempore, non his presidijs. Ad eundem modum. Si
Thema. quis suasurus alicui, ne literis Græcis det operā, Primū
 hanc tentabit propositionē. Aut nō magnopere ad Chri-
 stanam fœlicitatem illas literas pertinere, aut etiam of-
 ficerē, eam ubi probabilem effecerit argumentis, tum ad
 rem ueniet hoc pacto. Ut demus esse causam, cur literis
 ceteris operam demus, certe à Græcis abstinentum, uel
 quod tantum habeant negotij, ut his discēdis uita mor-
 talium alioqui fugax ac brevis, & imbecilla non suffi-
 ciat. Vel si ætas maxime sufficiat, non tantum adferunt
 fructus, ut operæ precium sit eas etiam mediocribus la-
 boribus parare. Postremò Græciae subuersæ & oppres-
 sæ fortunam cōitari fato quodam eos quoq;, qui literis
 huiusmodi sese dediderint. Aut si alijs descendæ sunt, illi
 certe non esse descendas. Quæ iam è circumstantijs sumi-
 tur cuiusmodi plures sumi possūt. In huiusmodi propo-
 sitionibus,

fitionibus, illud obseruandū arbitror, ut quoad fieri pos-
 test, ita disponantur, ut à priore ad proximam quamq;,
 quasi gradibus commode liceat descendere. Qua quidē in
 re mirus est Lucianus, ut in tyrānicida, quem nos latinū
 fecimus. Si tantum conatus essem facinus, tam egregiū,
 cum tāto capitī discrimine, iam præmio dignus eram.
 Deinde hinc digressus, Atqui non tentaui solum, uerum
 filium repulsi cusfodijs occidi, num præmium feram?
 hinc rursum discedens. At patrē quoq; sustuli, data mor-
 tis occasione. Item in Abdicato, quem ipsum quoq; lati-
 num fecimus. Nō licet abdicare, quem semel abdicatum,
 denuo in familiā receperis. Tum si maxime liceat, ob istā
 tamen causam non licet. Postremo si causa maxime sit
 idonea, tamē ea est magnitudo superioris beneficij, ut eius
 respectu negligēda sint delicia patri. Quod si turba pro-
 positionum nos offendet, tribus aut quatuor uniuersam
 causam complectemur, ac dcinde in traçlando unamquā
 q; si uidebitur in alias propositiones digeremus. Sūmas
 illas nonnunquam in diuisione proponimus, nonnunquam
 in ipsa traçlatione, ab alia ad aliam, ueluti gradibus qui
 busdam descēdimus. Aut si natura parum inter se cohæ-
 rebunt ipsi cōmodis transitionibus, in hoc repertis, apte
 cōnectemus. Nam affectanti copiam, in primis illud erit
 speculum, ut eas reperiatur propositiones, quæ quicquid
 ad causam pertineat, absolute complectantur. Deinde ut
 recte diuidantur, Postremo ut ordine quād maxime ad
 causam idoneo disponantur. Siquidē eo pacto fiet, ut neq;

M copia

Tyrānicida Lucia ni.

Abdicatus
Luciani,

ERAS.ROT. DE COPIA RERVM

copia rerum confusa sit oratio, dum semper habet audi-
tor certum aliquid, & in quod tendat animū, & quod
meminisse possit, & quod expe&ctet. Tū is qui dicit, nus-
Li. 5. ca. de argumētis quam hæreat, dum in prōptu est quo se recipiat in uiā.
Sed propositionum inuentionem negat, ut dixi, Fabius ar-
te tradi posse, cum ea tamē tum prior sit, tum difficilior.

Quæ ad inueniendas propositiones condu&cant.
Verum adiuuabit principio quod ubiq; ua' et plurimū,
natura ſt̄ ingenium. Deinde iuris prudentia, præsertim
in genere iudiciale. Philosophiæ moralis, historiæ, et plu-
rimorum autorū cognitio, in genere suasorio ac demon-
stratiuo. Postremo rerum plurimarum uſus, exercitatio
& imitatio. Nam ex similibus facile similia, aut etiam
diuersa colliguntur. Quanquam ex ipſa rei natura uul-
gares propositiones reperiſſi poterunt proprie ex circun-
ſtantib; rei diligenter exp̄ſis. Porrò genus suasoriū pro-
prios habet locos, unde propositiones petere liceat. Reclū
laudabile, utile, tutum, facile, necessarium, iucundum.
Demonstratiuum item suos habet nempe bonorum or-
dines, & quæ his comprehenduntur.

VNDECIMA RATIO.

Loci suaſo‐riæ oronis.
Loci demo‐stratiue orationis.
Vide Fab. libro. 5.
Divisio probauiōnum.
Vndecima locupletandi ratio sumitur ex acumula-
tione copiosa probationum, & argumento-
rum, quas Cr̄eci τ̄l̄ſeis adpellant. Nam ad eiusdē pro-
positionis confirmationem uariæ rationes adhibetur, ſt̄
rationes alijs argumentis confirmantur. Probationes, ale-
tem partim ſunt ἐντεχνοι, id est, artificiales, partim
& τεχνοι, id est, ab arte ſemotæ. Posterioris generis ar-
gumenta-

gumenta ducuntur potissimum à præiudicijs, à rumorib;
us, à tormentis, à tabulis, à iure iurando, à testibus.
Proprioris generis sumuntur primum ab his signis quæ
finitima sunt & tèx voit. Horum alia sunt necessaria q
tertius vocantur. Alia non necessaria, σημεῖα di-
cuntur. Deinde ab argumentis, nam hæc à signis distin-
guit Fabius. Quorū aliud est credibile, aliud ueluti pro-
pensius, aliud non repugnans. Ea plerumq;
ducuntur à circunstatijs, quæ quidem duplices sunt, personæ, ac rei.
Personæ fermè sunt huiusmodi. Genus, natio, patria, ses-
xus, etas, educatio, habitus corporis, fortuna, conditio,
animi natura, studia, affectatio, antefacta, antedicta, co-
motio, consilium, nomen. Rei sunt hæc, Causa, locus, te-
pus, occasio, antecedentia rem, adiuncta, consequentia, fa-
cultas, instrumentum, modus.

Li. 5. ca. 9.

LOCI COMMUNES.

SVNT item loci generibus caussarum omnibus com-
munes. Nam superiores, etiā si træclatur & alibi,
tamen ad iudiciales controvërsias, & in his quidem, co-
ieclurales, sunt acōmodatores. Ducuntur autem genera
liter argumenta, à finitione, seu fine, Etymologia, quæ fi-
nitiois, seu species quædam est. Ab his quæ ad naturam
definitionis ptinent. Genere, specie, proprio, differētibus,
partitioe, diuisiōe. Cuius uariæ sūt formæ. Ab exordio,
Sūma, in cremeō. Ab induclioe similiū, dissimiliū. A co-
trarijs, repugnatibus cōsequētibus. A relatiuis. A caūsis.
Ab euētis. A cōparatiōe, q̄ trifariam sumitur, A maiore.

M 2 a minoꝝ

A minore. A pari. A iugatis. Et ab ea quæ rursum pluri-
bus locis est communis fictione. A causæ proprijs. Pluri-
mum autem ualeat ad probationem, atq; adeo ad copiâ,
exemplorum uis, quæ Græci πραγματείημα vocat,
et adhibentur aut ut similia, aut dissimilia, aut contra-
ria. Rursum aut ut maiora, aut ut minora, aut ut paria.
Dissimilitudo et inæqualitas constat genere, modo, tem-
pore, loco, ceterisq;, fermè circumstantijs, quas supra rece-
suimus. Hoc autem genus complectitur et fabulam, et
apologum, prouerbium, iudicia, parabolam seu collatio-
nem, imaginem, et analogiam. Præterea si qua sunt si-
milia. Atq; horum quidem pleraq; solent adhiberi nō so-
lum ad fidem faciendam, uerum etiam ad ornandam re,
ad illustrandam, ad augēdam, ad locupletandam. Ergo
si quis ex locis dictis magnam uim supellebitis collige-
re uoleat, quantumlibet copiosam orationem poterit effi-
cere. Neq; tamen erit inanis uerborum congeries, et ua-
rietas excludet satietatem. Sed quemadmodū sint, uel in-
uenienda, uel adhibenda, id nō est huius instituti persequi.
Verū si qd desiderabit, ex Aristotele, Hermogene, Quin-
tiliano petat licetbit, qui diligentissime hisce de rebus con-
scripsere. Nos ea quæ pertinent ad copiam persequemur,
sed paucis, nc librum, non commentarium scribere uidea-
mur. Ergo ad parâdam copiam, exempla primas tenet,
sue deliberes, sue exhorteris, sue consoleris, sue laudes,
sue uituperes. Et ut summatim dicam, sue fidem facere
studeas, sue mouere, sue deleclare. Horū igitur ut uim
quam

In topicis
Libro. 5.

Ad parâdā
copiâ ex-
pla primas
babent.

quām maximam, maximeq; uariam comparare, & in
promptu habere conuenient, ita uarie tractare oportebit.
Variat̄ exemplorum ab ipso genere nonnunquam per-
penditur. Sunt enim & antefacta, & ante dicta. Et pu-
blicae gentium consuetudines in exemplis sumuntur, s̄t
à discriminib⁹ autorum, puta ab historicis, à poctis. Et
ex his à comicis, Tragicis, Epigrammaticis, Heroicis,
Bucolicis. A diuersitate nationum, quod genus sunt, alia
Rhomanorum, alia Græcorum, & inter Græcos, alia
Lacedemoniorum, alia Cretensium, alia Atheniensum.
Itē alia Afrorum, Hebræorum, Hispanorum, Gallorū,
Anglorum, Germanorum, Rursum à temporis uarieta-
te. Nam alia sunt prisca, alia mediae antiquitatis, alia re-
centia, nonnulla etiam domestica. Præterea à qualitate re-
rum. Nam quædam sunt militaria, quædam ciuilia. Et
quædam clæmenter facta, quædam fortiter, quædam sa-
piēter. Atq; item de cæteris, & id quidem est infinitum.
Postremo è conditione personarū, Alia sunt principū,
iudicū, parentū, seruorum, pauperum, diuitiū, mu-
lierum, uirginum, puerorum. Hæc igitur ad unū quæq;
locum plurima, uariaq; sunt adhibēda, non solū ex omni
Græcorum ac Latinorū scriptorum genere collecta,
uerum etiam ex barbaris amalibus. Demum è uulgi ru-
moribus. Mouent autem potissimum animos antiqua, il-
lustria, nostratia, domestica, id est, suam quæq; gentem,
suum quæq; genus. Aut longe minor, ut mulieris, pue-
ri, serui, barbari.

M 3 Quo*

ERAS. ROT. DE COPIA RERVM
QVOMODO TRACTAN
DA SINT EXEMPLA

Porrò nō uariantur modo, uerūctā augētur & crescūt tractatiōe. Cuius ratioes aliquot indicabimus. Primū augētur cōmendatione. Ea plerūq; sumitur uel à rei, uel ab autoris laude, uel gētis unde ducitur exē plum. Veluti si quis Lacedæmonicū factū, aut diclū adhibeat, præfari poterit. Eam gentē sapiētia, & rei militaris, ac ciuilis disciplina, cæteris longē antecelluisse, & exemplis pulcherrimis semper abundasse. Si q̄s ē Plutarcho citabit exemplum, præfectur licebit eum autorē unū omniū esse gravissimum. Quippe qui summā philosophiae scientiā, cū historicorū eloquētiā cōuinxerit, ut in eo non solum historiæ fidē, uerum etiā autoritatē, & iudiciū sanctissimi, doctissimiq; philosophi spectare oporteat. Item si quis M. Attilli Reguli ad hostem redeuntis exemplum uelit adducere, poterit ad hunc præloqui modum. Inter tan multa Rhomane uirtutis insignia decora, nullū unquā facinus pulchrius extitit, aut etiā laudatus quā M. Atilij, Huiusmodi cōmēdatiūculas licebit es fingere uel lōgiores, uel breuiores, utcūq; locus postula bit. Affingēdæ sūt autē q̄ maxime sīnt ad id quod agitur adpositæ. Velut si in exemplo desiderabitur fides, autor à gruitate, fidēq; cōmēdetur. Si piū uideri uoles q̄ adfersumatur à pietate cōmendatio. Atq; item de cæteris.

SECUNDVS MODVS LOCUS
PLETANDI EXEMPLA.

Locuple-

LOcupletatur itē exēpla, si fusius aut latius expli-
cetur, cū exaggeratiōibus, atq; amplificatiōibus.
Nā qui breuitati studebit, huic satis erit exēplū, cū notū
uerbo significasse. Id qđ facit M. Tul. pro Milone. Neq;
enī posset ille Hala seruilius, aut P. Nasica, aut L. Opis-
tius, aut me cōsule senatus nō nefarius haberi, si scelera-
tos interfici nefas esset. At q̄ copiā adfectabit, is, id quod
gestū sit, locupletius narrabit. Ita ut fecit in eadē oratione
Cicc. Pudicitia cū ciperet militi tribūnus militaris i exer-
citū C. Marij, propinquus eius Imperatoris ab eo interfe-
ctus est, cui uim adferbat. Et addidit epiphonema, face-
re enim probus adulescens periculose, quām turpiter per-
peti maluit. Atq; hunc ille sūmus uir scelere solutū picu-
lo liberauit. Quāquā in his q̄ ad ostētationē parata sunt,
licet diutius exēplis locupletādis imorari, p̄cipue si res
sit huiusmodi, ut aliqua uoluptatis illecebra retineat au-
ditorē. Quōd genus fuerit, si q̄s p̄suadere studeat ad pri-
uentiā cōparandā multū cōducere peregrinationes, mul-
tarū rerū inspektionē, in Solonis laude aliquādiu cōmo-
ratus, & quā ciuitatē reliquerit, & quā ob causā, &
q̄ maria trāsmiserit, & quas barbaras natiōes, quo capi-
tis piculo adierit, & q̄bus cū sit cōgressus, & qđ mirā-
dū cōspexerit, & quantū tēporis absuerit, & quāto il-
lustrior simul ac sapiētior in patriā redicrit, fusius poten-
tit enarrare. Cuiusmodi fermē sūt exēpla de Pythagorē,
atq; Apolonij pegrinatione, apud Diū Hieronymū in
prēfatione, quā uniuersae scripturæ diuinæ prēponunt.

Cicc. pro
Milone.

M. 4 Sed

Sed huiusmodi rationis commodissimum exemplū est apud M. Tullium statim in principio secundi de inuētione libri de Zeuzide, qui Helenam picturus, uirginis aliquot eximiæ formæ poposcit, ut ex singulis quod esset optimum eligens, absolutū formæ simulacrum ederet.

DE EXEMPLIO FABULOSO.

ATq; eadem dilatandi cōtrahendiq; ratio locū habet in fabulosis quoq; exēplis. Nā ē fūsus ē contraclius exponi poterunt, si rex ac decor patietur, Vcsum in his quæ omnino fide carent, nisi iocabimur, profari conueniet à uiris priscis ac sapiētissimis, ista non siue causa fuisse conficta, neq; temere tot iam seculis magnō mortalium consensu fuisse celebrata, deinde quid si bi uoluerint, interpretabimur. Veluti si quis persuadere uelit, nō esse seclandum id, à quo natura quis abhorreat, dicet, hoc ueteres illos, ac sapientes scriptores, ē perspecti prudenter, ē aptissimo figmento significasse, pro dita gigantum fabula, quorum temerarij conatus infeliciter cesserint. Aut si quis proponat hominem auarū, tam non habere quod habet, quām id quod non habet, pafatus, adhibebit Tantali fabulam. Si proponat uiri sapientis esse munus, ut animi motus ratione iudicioq; cohercat, allegabit, quod est apud Homerum primo lib: Iliad. de Achille, iam manū ad mouente capulo, fīt Palладe a tergo reuocante. Item si quis proponat, ueram uitutis laudem non parari, nisi qui sit multis iactatus casibus, uarijsq; exercitus periculis, cum huiusmodi quām diximus

De gigan.
Ver. I. geo.
Vide ē
Macrob.
I. Satur.

diximus præfatione Vlysscm adducet Homericum. Quā
 quam autem nō ubiq; perinde obvia est allegoriæ ratio,
 tamen illud extra controuersiam est, apud antiquitatis
 peritos, in omnibus ueterum poetarum fragmentis subes-
 se allegoriā, uel historicā, uel theologicā, uel physicā,
 uel moralē. Non unquam unum atq; alterum allego-
 riæ genus permixtum. In quibusdā haud magni nego-
 cij est allegoriæ sensum deprehendere. Quis enim non in-
 telligit, nam de his quæ ad mores attinent, magis libet
 exēpla ponere, Icari in mare delapsi fragmentū admonere
 neq; altius efferatur, quām pro sorte sua? Sic nimirum fa-
 bula Phætonis monet, ne quis munus administrandū
 suscipiat maius qua pro uiribus. Sic Salmoneus in tarta-
 ra datus præcps, docet non esse æmulandum quod lon-
 ge supra fortunā nostram habeatur. Sic Marsias excoria-
 tus docet, non esse certandum cum potentioribus. Quid
 autem aliud sibi uili Danaes auro deceptæ fabula? nisi
 quod & Flaccus interpretatur, nihil tam esse munitū,
 quod non expugnetur pecunia. Nihil tam incorruptum,
 quod non muneribus uitietur. Quid Herculis laborcs, ni-
 si sudoribus, ac iuuādis alijs, famam immortalem para-
 ri? Quid Midæ uotum, nisi auaros & insatiabiles suis
 ipsorum opibus præfocari? Quid iudiciū nisi dotibus in
 genij cum pecuniæ studio nequaquam conuenire? Quid
 Bacchus à fulmine cōflagrās, in Nympharū aquas inic-
 etus, nisi uini ardorē, sobrio elemēto restinguendū esse?
 Quod græco etiā epigrāmate testatum est, quid innuit

Quid poe-
 tarum fi-
 gmentis
 subdit.

O ui. 2. me.
 De quo
 Ver. 6. ēne
 Apd O ui.
 6. meta.
 Li. Odarū
 9. odc. 16.
 De quo. 9.
 meta.
 Vide Ho.
 Iliad. 7.
 De qua
 odiss. R.
 Græc, epi
 gra. Mele.
 scil. poetæ
 quod extat

Circes

ERAS. ROT. DE COPIA R E R V M.

Circes fabula, ueneficijs homines uertentis in feras? nisi
eos qui nequaquam ratione ducuntur, id quod hominis
apd Eras. est proprium, sed totos se de dederunt turpibus adfecti-
mū in pro- bus, iam præter hominis uocabulū, nihil hominis habe-
uerbio, Per- re, sed ad pecudum degenerasse naturā, putà libidine, in
didisti ui- ursos: somnolētia, ignauiaq; in suis: ferocitate in leōes,
mū infusa atq; item de consumilibus. Quid Vlysses, qui solus pocu-
aqua, lo epoto, uirgaq; monstrifica percussus, nō est mutatus,
niſi firmum illū & constantem sapientis habitū, qui nec
frangi terroribus, nec ullis adfectuum illeclamētis ab ho-
nesto potest adduci? Quid lotus semel gustata, iam nō ſi-
Vide Ho- nens abire socios, niſi dulce, blandumq; turpium uolu-
me. odyſſ. ptatum uenenum, à quo non admodum difficile sit abſli-
9. nere, Relinquere, poſte aquā gustaris, difficultimū? Quid
Home. syrenum cantus, niſi assentationem, ut rem omnium bla-
odiss. M. diffimam, ita & pestilentissimam? Quid Scylla & Cha-
rybdis, angusto inter ſe ſe discriminē distātes, niſi uirtu-
tēi στην μὲλανείσ-
τε γαλακ-
τι δέ οὐκε
λον ἀρθοσ
μωλυ δέ
μιν καλέ-
ουσι δει. tis uiam angustam eſſe. Hinc atq; hinc finitimiſ inſtant-
bus uitijs, puta inter luxū, fū sordes, frugalitatē. Inter-
quæ ſic eſt moderanda uitæ ratio, ut quoniam medium
in omnibus exac̄te tenerē difficultimum eſt, cō potius uer-
gas, ubi minus ſit periculi, quemadmodum fecit Vlisses
Quid moly radice nigra, ſed flore laetio, herba mortali-
bus inuētu difficultima, niſi ſapientiam, ad quam primus
aditus arduus ē, ac ſudoris plenus, fructus ſuauifſimi?
Home. odi-
ſſc. n. Quid item ramus ille aureus apud Maronem, niſi ſapi-
entiam in abditō ſep̄fītam, paucisq; depr̄bēſam? Sed
6, Aene.

ne

ne longiores simus, huius generis interpretationum quā
tālibet uim suppeditabit Eustathius enarrator Homeri.
Nos quoq; quondā adulescentes hisce de rebus nomihil
attigimus, in libris quos inscripsimus ἀντιβαρβάρους
Porró in hoc generc molliora sūt ea quæ à Poetis in hoc
ipsum ficta constat. Velut quæ ad imitationem humanae
uitæ Dijs affingunt. Quod genus cum Martem à Vul-
cano uinculis irretitū facit Homeris. Cū Iupiter, ἄγκυ-
λομῆτις emisso somnio, spem iniicit capiendæ Troiæ,
cum longe aliud ageret. Nam hæc Regum ars est, quos
dam rumores data opera in uulgas spargere, cum mul-
to alið apud se destinarint. Atq; his etiam moliora, quæ
sic à Poetis celebrata sunt, ut ad historiam, non ad fabu-
las possint referri. Qualis est Orestes parricida, cūq; hoc
Pyladis amicitia. Sunt enim qui rem gestam adfirment.
Qualis Alcestis mariti mortem sua redimens. Cuius etiā
meminit Vale. Maximus. Itē Codri ac Mœnecei mors.
Qu. Curtij, Deciorūq; factis annumeratur. Et inter ami-
corū paria, Theseus. & Pyrithous. Castor. & Polux
referuntur. Qualis item Arion à Delphino reuectus in pa-
triam. Mam diuus Augustinus historiam autumat. Cer-
te apud Vergilium, ac præcipue Lueanum, nō dubium
quin pleraq; ad historiā pertineat. Quanquam fī Hero-
doti pleraq; fide carent. Et Xenophon Cyropædiā magis
ad exemplū instituēdæ uitæ, quā ad fidē historiæ scripsit.
Quæ si pro ueris accipiuntur, fide ualēt. Sin pro fictis, cū
sunt à sapientissimis ac probatissimis autoribus prodita,

hoc

Eustathius

8. Odys.
li. 2. Iliad.

Li. 4. cap.
de amore
cōiugali.
de quibus
Vale li. 5.
ca. de pietate
erga patriam.
Gel. li. 16.
cap. 19.

ERAS.ROT.DECOPIA RERVM.

hoc ipso ualent, quod ab ijs conficta sunt, quorum auto-
ritas præcepti uigorem obtinet. Contra sunt apud poe-
tas exempla certæ historicæ fidei, de Scipio, De Amiiba-
le, de Augusto, de Pompeio, de Iulio. Sunt rursus alia, q
nullus inficias eat esse conficta. Sed quoniam constat in
hunc ipsum usum esse conficta, & à magnis cōficta au-
toribus. Nimirum exempli pondus habent. Quo de gene-
Fama. Ver re sūt, Inuidia dea, fama, Ate, Litæ, de quibus supra mē-
4. Aene. tio facta est. Præterea psonæ, quæ i Dramaticis, aut mix-
Oui. 2. me tis poematis inducuntur. Præsertim comedijis cum qui-
De q Ho- bus dialogi multū habēt affinitatis. Etenim si qs suadat
me. 9. Ilia. cauēdū esse parētibus, ne suqd peccēt, testibus liberis pec-
Exempla cēt, nōn exēpli uim habebit Clitipho in sene seipsum ex-
comica. cruciāte, loquēs ad hunc modū. Perij is mihi ubi adbibit
plus paulo, sua q narrat facinora. Nunc ait periculū ex
alijs facito, tibi qd ex usu sicut, astutus, Næ ille haud scit
quām mihi nunc surdo narret fabulam. Aut si quis sua-
deat iuxta sapientis responsum, & equalem esse ducendam
uxorem, alioqui non uxorem duci, sed heram. Si pauper
diuitem adiunxerit, nomine exempli instar habebit Chre-
mes in Phormione, Nausistratam perinde ut dominam
timens? Item si quis suadeat neq; firmam satis, neq; tu-
tam pauperi cum opulentis esse amicitiam. Nonne pro
exemplo ualebit Euclio Astularia Plautina, loquēs ad
hunc modum. Pauper Megadori diuitis depræcans affi-
nitatem. Venit hoc mihi in mentem & nam locus no-
tissimus est. Rursum ubi disseras improbe facere paren-
tes,

tes, qui sœuiunt in liberos delinquentes, cū ipsi senes pœcent grauiora, Nonne rectè citabitur modo dicta Nausi strata, loquens hoc pacto, adeo indignum tibi uidetur, si lius, homo adulescens, si habet unam amicā. Tu uxores duas? Nihil pudet. Quo ore illum obiurgabis? Respon de mibi. Sed næ ego ineptus, unum aut alterum exemplum profero, cū tota comœdia nihil aliud sit, quam humanæ uitæ simulacrum. Poterâ item è Tragœdyis, Eclogis, dialogis similes formas proferre. Sed in commentario abunde satis arbitror uiam ingeniosus indicasse. Equidem æstimo exempla non solum de his quæ diximus, ne rumeriam à mutis animantibus, atq; etiam inanimis recte sumi. Quanquam uidentur ad ὄμοιωσιν magis pertinere, ueluti si quis proposita, descriptaque formicarū industria, ad rem labore parandam adhortetur. Aut si quis exposita apum politia, homenis ad legum, ac disciplinæ ciuilis obseruationem extimulet. Aut si quis detestetur in gratitudinem, adduclo exemplo leonis, cuius ex Appione meminit Gellius, draconis qui nutritum à latronibus obsessum cripuit, autore Plinio. Aut si reprehendens hominem ab amicitia alienum, qui nec amet ullum, nec à quoquam ametur, Delphini proferas exemplum, pucrum adamantis, aut Aquilæ uirginis amore flagrantis, aut Magnetis, ferrū ad se trahentis. Sed hinc de rebus plura forrassis, ubi de parabola disputabimus. Nunc ad institutū.

TERTIVS MODVS LOCV PLETANDI EXEMPLA

Dilatantur

ERAS. ROT. DE COPIA RERVM

Dicitur exempla utriusq; generis , hoc est tam fabulosa, quam historica , præter iam dictos modos etiam parabola , quam eandem διμοίωσιν vocant. Cicero collationem uertit. Tum comparatione, sive contentione Parabola est, cum acommoda similitudo, quod adductum est exemplum ostendit aut simile esse, aut dissimile, ut contrarium. Simile ut non aliter quam Camillus rem Romanam à Gallis oppressam, & in extremā perniciem adductam, sua uirtute depulsi barbaris restituit. Ita Laurentius Latinas literas inscitia ferè barbarorum depravatas, obrutas, extinctas, in pristinum nitorem uelut ab inferis renocauit. Dissimile, Ut nō pars gratia debetur Laurentio & Camillo , propterea quod hic pietate adductus, capit is sui periculo , patriā à barbaris liberavit. Ille famæ cupiditate cōmotus, uel potius quam plurimos taxandi libidine, linguam latinam non oppres sam restituit, sed ad certas quasi leges redegit, quæ fœlicius ex eloquentium autorum lectione discebatur. Item Brutus occidit liberos, proditionem molientes, Manlius uirtutem filij morte mulctauit. Contrarium, Marcellus ornamenta Syracusanis hostibus restituit, Verres eadem socijs abstulit. Pugnant enim restituere, cum auferendo, hostes cum socijs. Et apud Vergilium. At non ille satum quo te mentiris Achilles, Talis in hoste fuit. Porro comparatio demonstrat id qd adductum sit, aut par esse aut minus aut maius. Minus, ut si propter matrimonia uic lata urbes euerſae sunt, quid fieri adultero par est? Item maiores

Ad Herē.

li.4. Parabol a quid
Vide liniū
lib.5. ab urbe codita.

Li.2. ab urbe cond.
Li.8. I. dc cade. Li.2.
Aene.

Ci.pro. le ge Manil.

maiores nostri s̄epe mercatoribus ac nauiculatoribus in iuriosius tractatis, bella gesserunt, uos tot ciuium Rhomanorū milibus, uno nuncio, atq; uno tempore necatis, quo tandem animo ejſe debetis? Legati quod erāt appellati superbius, Corinthiū patres ueſtri totius Græciæ luſmen extinctū eſſe uoluerunt, uos cum regē tutū eſſe patiemini, qui legatum populi Rhomani consularem, uinculis ac uerberibus, atq; omni supplicio excruciatum neſcauit? Par ut apud eundē Ciceronē. Et enim mihi ipſi accidit ut cum duobus patricijs, altero improbissimo, altero modeſtissimo atq; optimo uiro peterem. Superauit tamē dignitate Catilinam, gratia Galbā. Maius, ut pro Milone, negant intueri lucem eſſe fas ei, qui à ſe hominē occiſum eſſe fateatur. In qua urbe tandem hoc homines ſtultissimi diſputant? Nempe, ea quæ primū iudiciū uideat de capite M. Hora fortissimi uiri, qui nondum libera ciuitate, tamē populi Rhomani comitijs liberatus eſt, cū ſua manu ſororem interfeclam eſſe fateretur. Ergo in eo qđ proprie uocatur exēplum (eſt autē rci geſtæ, aut perrinde ut geſtæ, utilis ad persuadendū cōmemoratio) aut breuissime significatur. Quod genus eſt illud Diui Hieronymi, Memento Daretis & Entelli. Aut latius per collationem accommodatur, per ſimile, diſſimile, contrarium, per maius & minus. Atq; ea collatio ſumitur ab oībus r̄erū ac pſonarū circumſtatijs, Adiuuatur autē & oīonis artificio, cū uerbis ac figuris ad id accommodis, alia conſulto eleuatur, alia tolluntur Porro q̄ copiosiſſime uoleat exemplum

Pro lege
Manilia,Exemplū
quodVerg. 5.
Aene.

exemplū tractare, si singulas similitudinis aut dissimili-
 litudinis partes explicabit, atq; inter sece cōparabit. Quē
 admodum facit M. Tullius in exēplo, quod superius re-
 tulimus, de legato occiso. Subiicit enim partium collatio-
 nem. Illi libertatem ciuium Rhomanorum imminutam
 non tulerunt, uos uitam ereptam negligetis? ius legatio-
 nis uerbo uiolatum, illi persecuti sunt, uos legatū omni
 suplicio interfecitum relinquetis? Videte, ne ut illis pul-
 cherrimum fuit, tam uobis imperij gloriam relinquere,
 sic uobis turpissimum sit, id quod accepistis tueri &
 conseruare non posse. Quod tamen quantumlibet copio-
 se licebit facere, si quis plures circumstantias inter se com-
 ponat. Veluti si quis hortetur aliquem, ut filij morte mo-
 derate ferat, & ē gentilium exemplis mulierem aliquā
 obiiciat, quæ plurium liberorum mortem fortiter tule-
 rit. Post enarratam rem ita cōparabit. Quod mulier im-
 becilla potuit, tu uir barbatus non feres? illa cum natura
 uicit & adfectum matris, tu ab altero superaberis? Illa
 complurium liberorū iacluram animo fracto pertulit,
 tu unum extinctum inconsolabiliter desles? Adde quod
 illius filij simul omnes naufragio perierunt, morte uide-
 licet in gloria, tuus in bello fortiter pugnans occubuit. Il-
 la non habebat cui filios honeste imputaret, tu filium im-
 pendisti patriæ. Illi uere totiq; perierunt, tuus immorta-
 li gloria semp uicturus es. Illa naturæ gratias agebat,
 quod aliquando tot liberorum mater fuisset, tu tantum
 meministi te optimum perdidisse filiū? Illa non habebat
 sarcendi

Thema.

fariendæ orbitatis spem , quippe maior quam ut uterū iam ferre posset,tibi fē uxor fœcunda , & ætas etiam dum integra,ualensq;. Ergo quod barbara muliercula p̄st̄it, tu uir Rhomanus non præstabis ? Quod contemnere potuit literarum imperita, hoc te tot præditum literis,tantum philosophiæ professorem,frangit? Deniq; quam animi fortitudinem præst̄it pagana, hanc homo Christianus non exhibebit ? Illa credens post rogum nis bil superesse, tamen luctum indecorum existimauit , tu doct̄ius, eos demum uere uiuere, qui cū laude excesserint ex hac uita, sine fine clamas tibi perijisse filium , Et quod illa æquo animo reddidit naturæ, tu Deo repeteti nō redis ? Illa fortiter paruit necessitatī, tu Deo repugnas? Ex hac forma satis opinor adparet, quibus modis oporteat exempla conferre, quāquā in ueris cauissis, quoniam maior est circumstatiarū copia, facilius est inuenire uarias contentiones. Illud obiter admonendum, in huiusmodi contentionibus, sententias, fē epiphonemata, nō inconcinnie posse admisci. Velut in hoc eodem exemplo, post priam collationem. Quod mulier inbecilla potuit , tu uir barbatus non poteris ? Subiici poterant sententiæ. Natura discreuit sexum, tu nō discernis animum . A muliere nemo fortitudinis laudem expectat, Vir nisi forti sit animo, nec uiri nomine censemur. Vir utrumq; significat, & sexum robustiorem, & animum in fractum. Turpiter barbam gestat, qui pectoris robore superatur à fœmina. Item post illam contentionem. Illa non habebat cui filii

N imputaret

imputaret honeste, tu filium impendisti patriæ. Poterat affingi sententiae fermè huiusmodi, Magnum doloris solatum est, habere cui honeste possis imputare fortunam, Ut nulli iustius, ita nec gloriostius impenditur filius, quam patriæ. Rursum post illam. Ille uerè totiq; perierat, tuus immortalis gloria semper uicturus est. Adiici poterat huīusmodi. Longe felicius honesta fama, quam hoc comuni spiritu uiuitur. Corporis uita & calamitosa est, & omnino, ut nihil accidat, breuis, deniq; cū pecudibus communis, Illa clara sempiternaq; homines in diuorum consortium referens. Ad eundem modum singulis collationum partibus, sententiae subjici poterant. Sed haec obiter indicasse sat fucrit. Nam de sententijs suo loco dicemus.

DE PARABOLA.

Exemplū qd
a Parabo
la:

IAm uero si quis parabolam ab exemplo separat, ut exēplū sit certae rei gestae. Parabola, similitudo sumpta ab his quae fiunt, aut quae natura, casuue rebus adiuncta sunt, ut Attilius ad hostes reuersus, exemplum sit seruanda religionis ac fidei, At nauis pro ueterum ratione uel tollens, aut contrahens, in hoc aut illud latus transferens, parabola sit, quae doceat sapientem tempori cedere oportere, ac rebus presentibus se accommodare. Tamen eadem dilatadæ parabolæ ratio, quam in exemplo demonstravimus. Nam aliquando uerbo notatur, Ut nō intelligis tibi uertenda uela. Aut desine lauare latrem. Ut iam uel allegoria sit, uel metaphora. Aliquando latius explicatur, & apertius accommodatur. Quod facit. Cicer

cero pro Murena. Quod si è portu soluentibus, qui iam
 in portum ex alto inueniuntur, prædicere summo studio
 soleat tempestatum rationem, & prædonum est locoru, Cice. pro
Murena
 quod natura fert, ut his faueamus, qui eadem pericula,
 quibus nos perfundit sumus, ingrediantur. Quo me tan
 dem animo esse oportet, propè iam ex magna iactatio
 ne, terram uidentem, in hunc cui uideo maximas tempes
 states esse subeundas. Rursum in eadem oratione ut aiunt
 in græcis artificibus eos aulöeos esse, qui citharoëdi fieri
 non potuerint. Sic nomullos, uidemus, qui oratores euas
 dere non potuerunt, eos ad iuris studium deuenire. Supe
 riorem Ciceronis parabolam sic imitatus diuus Hierony
 mus in epist. quadam ad Heliodorū. Et ego non integris
 rate uel mercibus, nec quasi ignarus fluctuum & indo
Hiero. in
epist. ad
Heliodo
rum.
 Elus nauta præmoneo, sed quasi nuper naufragio eie
 Elus, in littus timida navigaturis noce denuncio. In illo
 flu Charybdis luxuriæ, salutē uorat. Ibi ore uirgineo
 ad pudicitiae perpetranda naufragia Scyllæum renidens
 libido blanditur. Hic barbarum littus. Hic diabolus py
 rata cum socijs portat uincula capiendis. Nolite credere,
 nolite esse securi, licet in modū stagni fusum æquor ar
 rideat, licet uix summa iaceti spiritu terga crispetur.
 Magnus hic caput motes habet. Intus est periculum,
 intus est hostis, Expeditè rudetes, uela suspendite. Crux
 antennæ figatur in frontibus. Tranquillitas illa, tempe
 stas est. Hic si quis singula pericula, que à uitij aut im
 probis aut aliud de bonis moribus imminet, uelit cōferre

Q. 11

N 2 cum

ERAS. ROT. DE COPIA RERVM

cum singulis, quæ nautis uitæ discrimin adducere solent. Deinde per cōparationē maius, aut minus. Item dissimile aut contrarium ostendere. Postremo sententijs & epiphonematis, ut inciderint exornare, nimirum latissime dilatabit orationem. Velut in hoc exemplo. Ut quo p̄ciosior est res, hoc & diligentius solet asseruari, & impendi circunspectius. Ita tēporis quo nihil est preciosius, summa habenda est ratio, ne quid effluat sine fructu. Et enim si curatores dari solēt his qui gemmas & aurum temere profundunt, Quæ tandem erit insania, tēpus pulcherrimū, immortalis Dei munus, aut ocio aut inhonestis studijs turpiter consumere? Quid enim p̄dis, cū tēpus perdis? nisi uitam? Aut uita quid esse potest charius? Et cum una gēmula perijt iacturam uocas. Cum totus perijt dies, hoc est bona uitæ portio, iacturam non uocas? Præsertim cum illa perdita, aliunde possint recuperari, temporis irreparabilis sit iactura. Præterea illa cum tibi pereunt, alijs plerunq; lucro sunt. At temporis dispendium in nullius transit compedium. Nullum est dānum, ex quo non aliquis emolumētum aliquod sentiat, præter dānum temporis. Adde his, quod illarum opum iactura sape saluti fuit. Nam diuitiæ plerumq; uitiorum materiam ministrant, ita ut præstet temere profudisse, quam attente ad seruasse. Quanto cuiusq; rei usus honestior, tanto turpior profusio. At nihil pulchrius, nihil præclarius, quam bonas horas bene collocare. Illa ut quam maxime serues, sæpe numero tameq; uel casus eripit, uel ho-

me

mo tollit, ut iactura te calamitosum dumtaxat, nō etiā turpem reddat. At temporis amissio, quoniam non nisi nostro uitio contingit, non miseros solum uerum & infames reddit. Pessimū infamiae genus, quoties culpa in nullum conferri potest, præterquam in eum qui patitur malū. Illis fundos, aut ædes, mercari poteras, bonā mē tem non poteras. Hoc præter alia animi ornamenta, parare poteras immortalitatem. Nulla cest tam breuis uitæ portio, in qua non magnus aliquis ad fœlicitatem gratus fieri poterat. Postremò de illis male insumptis, patri fortassis rationem redditurus eras, de horis male trā factis, deo. Sed satis est indicasse, in quantam amplitudinem dilatari possit collatio, si quis ad eum modum singulas circumstatiās uelit componere, atq; ornare. De dis simili eadem est tractādi ratio, cuius hoc sit exemplum. Neq; enim ut nauis utilior noua, quā uetus, sic & amicitia. Nec ut laudāda, quæ pecuniam pluribus largitur, ita & quæ formam. Neq; enim ut in cursu melior est, q lampadem accipit, quamvis q tradit, Ita in bello melior est Imperator qui exercitū accipit, quamvis qui tradit. Porro quemadmodū ab omni genere rerum collationes dici possint, superiore commentario demonstratum est.

DE IMAGINE.

EIROW, quā Latini uocat imaginē, collationi uides tur affinis. Tametsi magis ad eidētiā, aut grauitatē aut iucunditatē orōnis facit, quamvis ad probationem. Ceterū quāquam exemplorum & similiū usus ad eadē

N 3 ista

ista confert, tamen ad faciendam fidem non uulgariter
 adiuuant, præsertim cum per inductionem, quam greci
 uocant ἐπαγωγὴ adhibentur. Quo in genere pluri-
 mus est Socrates Platonicus. Exemplum per inductionē
 adhibebitur hoc modo. Dic mihi quem tandem fructum
 adulit Demostheni insignis eloquentia. Nempe præter
 alia incommoda, infelicitatum & miserandum exis-
 tum. Quid autem præmij Tyberijs Gracchis adulit?
 Nimurum cædem & miseram, nec satis honestā. Quid
 porrò illi tantoperc laudato Antonio? Certe & hic la-
 trorum fiscis crudelissime cōfossus est. Age Ciceroni elo-
 quentiæ parenti, quam mercedem adulit? Nonne morte
 & acerbam, & miserandam? Inunc & tot uigilijs ad
 summā eloquentiæ laudem emitere, quæ præstantissimis
 quibusq; uiris semper exitio fuit. Simile adhibetur per in-
 ductionem hoc modo. De nauigando num melius dispu-
 tabit nauita, quam medicus, an non medicus rectius de
 medendi ratione differet, quā pictor? Num pictor de co-
 lorum, & umbrarum, ac linearum ratioē melius dicet,
 quā sutor? Nū auriga de ratioē moderādi currū melius,
 quā nauta? Ea plurima cōferātur, faciūt ut oīno proba-
 bile uidetur unūquēq; melius de ea re diclurū esse quā
 melius norit. Deinde ad rē accommodatur similitudo. At
 quid orator, q; de omni re profitetur optime diclurum?
 Notum est exemplum de Aspasia, ex Aeschine.

DE CONTENTIONE DEMONSTRATIVA.

Est & generalis quedam contentio, præsertim in genere demonstratio, quoties laudandi, uituperandi gratia, personam cum persona conferimus, Vetus si quis Iulum pontificem Romanum laudaturus, eum cum C. Julio Cæsare cōponat, atq; illius benefacta cū huius cōparet. Aut cōtra, uituperatus, malefacta cum malefactis conferat. Item si quis Maximilianū laudaturus, eum componat cum M. Antonio Imperatore. Est fī rerum comparatio, quod genus est si quis historiam laudans, eius utilitates comparet cum eorum benefactis qui re bellica Rempub. auxerūt. Aut poeticā laudare cupiēs, huius cōmoda cum philosophiæ cōmodis cōmittat, atq; expendat. Est & unius ad multa comparatio. Ut si quis historiæ laudes ex aggerare cupiens, eam cum laudatisimis quibusq; disciplinis comparet. Atq; in his duplex est ratio. Aut enim alterius partis bona eleuas, alterius amplificas. Aut alterius partis sic exaggeras laudes, ut præferas tamen quod laudandum suscepérис. In uituperando attollis uitias sed, sic ut scelestiorem tamen ostendas quēinsectoris.

DE IUDICIIS.

Ad exemplorū genus referuntur & iudicia, q̄ Graeci nō s̄unt adpellant. Eae sunt sententiæ scriptorū illustrū, gētiū, uirorū sapientū, aut clarorū ciuiū. Ex antiquis ac celebratis Poetis magna uis iudiciorū colligitur. Itē ex historiographis, ex Philosophis, ex arcanis literis. Nā his rursum eadē uarietas, q̄ in exemplis ostēsa est.

N 4 Sunt

dialectices
ca.de indu
ctione.Vide Fab.
li.5.cap.de
exemplis.

Sunt & apud græcos, qui in his undecunq; colligendis laborarunt, quorum de numero Stobæus. Idem ualēta pientum apothegmata Cuiusmodi sunt illa sapientū dicta, & quæ rescurrunt à Plutarcho. Et hoc uarium genus est. Etenim si spectemus rem, sunt militaria, sunt philophi: si personas, sunt regum, sunt sapientum, sunt popularium. Si qualitatem, sunt grauiter dicta, sunt facete dicta, sunt acute dicta. Huc pertinent & proverbia, uel ab autoribus sumpta, uel uulgo iactata. Nā publica genitum instituta non uidco quid ab exemplis differant. Cer te oracula & responsa numinum, iudicij subiiciuntur. Veluti si Socratem probes sapientem, quod ita Apollinis oraculo sit iudicatum.

DE SENTENTIIS.

Es sententiarum genus, non illud quidem petitum ab autoribus, sed à nobis ad præsentis rei cōmoditatē confictum. Eas licebit omnibus orationis partibus admiscere. Atq; adeo unus locus cōplures sēpenumero sententias parit. Incidunt enim & in narrādo, & in mōuendis adfectibus, non solum in probatiōibus. Quæ si in loco adhibeantur, haud mediocrem orationi copiā adiungent. Neq; id sine grauitate, aut gratia. Sunt autem sententiarum uarie formæ. Siquidem alia sunt καθολικαι, ut, inuidentia ipsa suum suplicium est. Aliæ non placent nisi ad rem relatæ. Ut nihil tam populare quam bonitas est. Aliæ quæ ad personā referātur. Ut princeps qui uult omnia

Cice. pro
lig.

omnia scire, necesse habet multa cognoscere. Rursum alia
 simplex. Ut omnia uincit amor. Alia rationem habet sub
 iectam, aut admixtam, ut in omni certamine qui opule-
 tior est, etiam si accipit iniuriam, tamen quia plus potest
 facere uidetur. Quædam duplices sunt ex partibus cōtra-
 rijs, nulla tamen addita ratione. Ut obsequium, amicos,
 ueritas, odium parit. Quædam ex diuersis. Mors misera
 non est, aditus ad mortē miser est. Huic generi si ad utrā
 q; partē ratio subiiciatur, quadripartita fuerit sententia,
 ad hunc modum. Qui adolescentiū peccatis ignosci opor-
 tere putant, falluntur. Hæc prima sententiæ pars. Et sub
 neclititur ratio. propterea q; ætas est impedimento bonis
 studijs. Deinde tertia pars erit. At hi sapienter cogitant,
 qui adulescentes maxime castigant. Et rursum additur
 ratio, Ut quibus uirtutibus omnem uitam ueri possint,
 eas in ætate maturrima uelint comparare. Id exemplum
 etiam si est in Rhetorica ad Herennium scripta, tamē mihi
 si sanè non admodum arridet. At non est arduum aliud
 huiusmodi fingere, Iuuentutem decet industria. Adiçis-
 tur ratio. Nam turpe sit eas dotes, quas natura ad bonas
 artes, comparandas illis annis attribuit, in ocio, fœdiq;
 uoluptatibus consumere. At senectutem opulentia decet.
 Huic quoq; subiicitur ratio. Ut ætas naturæ præsidij de-
 stitutior, exterarum rerū adminiculis utcūq; fulciatur.
 Item aliud. Seneculus inops, calamitosa, indocta, turpis.
 Nam & miserum tum egere, cum imbecillitas naturæ
 pecuniae subsidia præcipue requirit. Et turpe, tū res op-
 timas

Teren. in.
And.Ex Cice, li.
4. ad Heré
ca. de sente-
tia.

timas nescire cum nec discere decorū est, & docere pulscherriū. Rursum est sentētia rectā. Ut tam deest au^o
ro quod habet, quām q̄ non habet. Est figurata. Ut ser-
uare potui, perdere an possim rogas? Est communis re-
rum. Ut nocere facile est, prodesse difficilius. Est ad perso-
nas accōmodata, ut iam minus adpareat sententia, ut est
illud M. Ciceronis, Nihil habet Cæsar, nec fortuna tua
maiis quā ut possis, nec natura melius, quā ut uelis cō-
seruare quā plurimos. Est illud etiā tacitū, fī quasi dissimilatū sentētiae genus. Et cæco carpitur igni. Explicuit
enī O ui. Teclus magis aestuat ignis. Itē i narrādo. Pars
maior uicit minorē. Explicabis si dixeris. Ferè fit, ut pars
maior uincat meliorem. Iam aliud genus sententiae, q.
Ἴτιφώνημα Græci, Fabius adclamationem appellat. Ea
est rei narratæ uel probatæ summa adclamatio. Narra-
tæ, ut apud Vergilium. Tantæ molis erat Rhomanā cō-
dere gentem. Probatæ, apud M. Tullium pro Ligario,
Quorum igitur impunitas Cæsar tuæ clémētiae laus est
eorum te ipsorum ad crudelitatē acuet oratio? Neq; ta-
men quoduis epiphonema continuo sententia est, etiam si
plerūq; est, uerum quicquid in clausula ar gute additum
scrit aurem, Ἴτιφώνημα dici potest. Quod genus pro-
prium est epigrammati. Vnde apud Martialem sepen-
simo carmen epiphonemate clauditur. Utitur & Val.
didū. Das Maximus frequenter hoc genere. Item Seneca suas epi-
nihil fī di stolas ferè claudit epiphonemate. Neq; defuerunt quibus
cis Cädide epiphonematum usus adeo impense placuit, ut omni lo-

Pro Ligas-
rio.

4. Aene.

In amoris-
bus. In pfa-
tione. 3. De
cadis. Fabi.

lib. 8.

I. Aene.

Sic. li. Epi-
grā. ad Cā
didū. Das
cis Cädide

eo, omni sensui clausulam ad clamatoriam subiiciendam
 existimarent. Sed ut sententiarum omnium, ita & ad clama-
 tationū debet esse modus. Ut ibi demum adhibeas, ubi
 locus postulat, aut certe patitur. Est Noema sententiæ ge-
 nus qđ nō dicitur, sed intelligitur Qđ genus est illud di-
 cū in quēdā agentē cū sorore Talionis, qđ sibi dormie-
 ti pollicē resciderat, cū illa fratrē sæpius à ludo gladia-
 torio redemissit. Eras dignus ut haberes integrā manū.
 Nam intelligitur ut rursum in ludo depugnares. Sunt
 noua sententiarum genera ex inopinato, & ex alio rela-
 tis, & ex alio translatis, ex geminatione, ex contrarijs.
 Quorum exempla si quis defuderet, ex Quintiliano petat
 licebit.

DE EXPOLITIONE.

Cum hoc sententiarum genere, quod superius osten-
 dimus, ex quattuor constare partibus, cognitionē
 habere uidetur, Expolitio. Sic enim vocāt, quoties eodem
 in loco diutius cōmoramur, & candē sententiā alijs atq;
 alijs modis uariamus, simul & locupletamus. Cōmuta-
 tione uerborum, cum eadem res alijs atq; alijs, alijsq; fi-
 guris, sæpius effertur. Cōmutatione pronunciationis, cū
 alio atq; alio uultu, gestu, uoce. Cōmutatione traclatio-
 nis, cum quod iā sub persona nostra diximus, idem aliā,
 sed paulo aliter dicentem facimus. Vel cum quod sedati-
 tis est disputatū, id acrius atq; inflāmatius efferimus.
 Verum copiosissima expolitio septē cōstat partibus. Pro-
 positione, ratione, duplice sententia, cui ratio item duplex
 subiici

Exemplū subiici potest, Contrario, simili, exemplo, coclusione. Exē
 expolitiōis plum erit huiusmodi. Sapiens nullum pro Repub. uitabit
 periculum. Ideo quod sēpe fit, ut cum pro Repub. perire
 noluerit, necessario cum repub. pereat. Et quoniam sunt
 omnia commoda à patria accepta, nullum incommōdū
 pro patria graue putādum est. Hæc est prima pars, qua
 tota res simpliciter exposita est, & rationibus confirma
 ta, cui subditur duplex sententia, auct̄a totidem, aut plu
 ribus rationibus. Ergo qui fugiunt id periculum, quod
 pro Repub. Subeundum est, stulte faciunt. Hæc est senten
 tia, cui subneclitur ratio. Nam neq; effugere id possunt,
 & ingratī in ciuitatē reperiuntur. Deinde additur alte
 ra sententiae pars. At qui patriæ pericula suo periculo
 propellunt, ii sapientes putandi sunt. Mox adiuciūtur ra
 tiones, cum & cum quem debent honorem Reipub, red
 dunt, & pro multis perire malunt, quām cum multis.
 Iam adiungitur contrarium. Etenim uelementer est ini
 quum, uitam à natura acceptam per patriam, cum serua
 ueris, naturæ cum cogat reddere, patriæ cum roget, no
 dare. Et cū possis cū summa uirtute & honore pro pa
 tria iterire, male p dedecus ēt ignauia uiuere, pro ami
 cis ēt parētibus, ac cæteris necessarijs adire periculū cū
 uelie, pro Repub, in q & hoc, & illud sanctissimū pa
 triæ nomē continetur, nolle in discrimē uenire. Deinde ad
 hibetur simile. Itaq; uti contemnendus, qui in nauigando
 nauim, quām se maualit in columem, ita uituperandus
 qui in Republicæ discrimine, suæ saluti plusquam com
 munij

muni consulit. Nae facla, multi incolumes fuerunt. Ex naufragio patriæ, saluus nemo potest enatare. Sub hæc exemplum annexitur. Quod mihi uidetur Decius intelllexisse, qui se deuouisse dicitur, & pro legionibus se in hostes immisisse medios, unde uitam amisit, non perdidit. Re enim uilissima, maximam redemit. Vitam dedit, accepit patriam. Amisit animam, potitus est gloria, quæ cū summa laude prodita uetus late, quotidie magis enitescit. Demum ad ponitur conclusio taquam epilogus. Quod si pro Repub. debere accedere ad periculum, & ratione demonstratum est, & exemplo comprobatum, hi sapientes sunt existimandi, qui nullum pro salute patriæ periculum uitant. Ergo conueniet huiusmodi thematis exerceri pueros, qui ad copiā parādam instituuntur. Quā quam ne hoc quidem exemplum Ex Herenniana rhetorica mihi magnopere probatur, nisi q[uod] utcunq[ue] rationem indicat. Potest autem copiosius etiam tractari, si plures sentētias & ratiōes, si similia, si exempla plura cōgeras.

DE APOLOGIS.

AD fabulosorum genus proxime accedunt Apologi, nisi quod & delectant uehementius, & efficiatus persuadent. Delectant, quia morum faceta quadā imitatione faciunt fidem, quia uerum ueluti ponunt ante oculos. Capiuntur his præcipue rustici & imperiti, f[est]i si quis aliis est, qui mores aurei sœculi sapit. Celebratur Apologi maxime Aesopi nomine, qui unus ē sapientum numero ob hoc ipsum est habitus. Etiam si Quintilianus

ab

Li. 5. ca. de ab Hesiodo scriptas fuisse, certè maioris cuiuspiam inge-
 exemplis. nij opus existimet. Quo minus mirandum, si Menenius
 Liui. li. 2. Agrrippa plebem Rhomanam à periculoſiſſima ſeditioe
 prime de reuocauit, conſiſto in id apolo go, de corporis humani
 cadiſ. membris aduersus uentrem conſpirantibus, ut reſert. T.
 Vide Plut. Liuius. Et Themistocles Atheniējbus perſuasit, ne noua
 iuita ciuſ. rent magistratus, fabula de Vulpe muſcis obſita. Quin
 liberū eſt cuiq; pro re conſingere genus huiusmodi. Ve-
 rum ut apte conſingas, cum ingenio ualeas oportet, tum
 animantium naturas (ſunt autem infinitæ uarietatis)
 penitus animaduerſas habeas necesse eſt. Porrò quod ad
 uſum attinet, ſignificantur uerbo. Quemadmodum exē-
 pla, maxime ſi notus ſit apolo gus. Veluti ſi dicas. Si tua
 ſcripta lacerant, ac dannant imperiti, noli laborare, cer-
 te doctiſſimo cuiq; maxime probantur. Quid enim mi-
 rum, ſi gemmam aspernatur gallus Aesopicus? Aut ſi
 quis dicat. Nullus hostis quantumlibet impotens, humili-
 liq; negligendus, aut contemnedus eſt. Poſte aquam nec
 Apd Hor. Scarabaeum impune cōtempſit Aquila Aesopica. aut hoc
 L. epiftlo, ad pacto. Tuis ipſius benefactis nitere, non maiorum splen-
 florū dore. Ne tibi uſiuueniat, quod Aesopi corniculæ. Dilatan-
 tur autem præfatione commendationis. Cōmēdamus tū
 autorem ipſum, tum Apologorum genus. Ita ut facit
 Aul. Gel. in explicanda Cassitæ fabula, Aesopus ille ē
 Phrygia fabulator &c. Nam locus in promptu eſt. De-
 inde ſi deſcribendis animātiuum aut rerum formis ac na-
 turis, quos inducis, longius immoraberis. Quandoquidē
hoc

hoc iam ipsum & cum uoluptate accipitur, & ad erusionem liberalē pertinet. Veluti si Scarabæi formam, deinde quemadmodum ē stercoribus nascatur, & quo pacto posterioribus pedibus erectis stercora protrudat, atq; id genus alia describas. ¶ Ad eundē modū. Aquilam regnum in avium genus obtinere. Armigeram esse Louis, non offendī fulmine. Non conniuere ad ardentiissimos Solis radios. Pernicissimo uolatu ultra nubes ferri. Deniq; quaecunq; uel ad Scarabæorum humilitatē exagerandam, uel aquilæ generositatem attollendam pertineant. Quod quidem argumētum nos per lusum tractāvimus in prouerbij̄. Atq; hac in re nō prætermittēdum si quid animanti cuiquam, fabulis Poetarum est attributum, qđ genus ē Lycaone natos lupos, ex adolescentē per dice. Cycnum Apollini sacrum esse, & sub fatalē horā suauissime canere. Coruum eiusdē fuisse nunciū, & ob cessationem ex albo nigrū factū. Aut si quid proditū est historijs insigniter ab his factū. Vclut de aquila, que uirginem adamauit, apud Pliniū. De Bucephalo Alexandi Magni æquo. Atq; item de cæteris. Nam rationē dū taxat ostēdimus. Deinde cū ad ipsum apolo gū crit uētū fuisse ac latius narrare licebit. Id fieri citra tædiū, si faceta quadā irritatiōe, qđ est in hoīum uita, ad fabulæ mores accōmodabimus. Præterea si ad eandē rationē sermones, sententias, dictaq; adfingemus. Exēplum aptissimū est apud Horatiū in Saty. Rusticus urbanū murem, mus paupe fertur Accepisse cauo, ueterē uetus hospes amicū.

Pl.i.10.e

3.Li.2.cap.

55.

I.trāsfor.

Li.8.meta

Cice.I.tus.

O ui,2.me tamor.

Pli.li.8.c.

42.

Saty.6. li.

2.

Asper

ERAS.ROT. DE COPIA RERVM.

Asper & attentus quæsitis ut tamen arctū. Solueret hos
pitys animum. Quid multa, & cætera. Nam in prōptu
locus est. Est item exēplum dilatati Apologi apd Apule.
De de Soc. & πιμυδιον de coruo & uulpc. Rursum apud Aulū . Gel. de cassita
auicula. Ceterum quod επιμυδιον uocant. i. Apologi
interpretationem, nō admodum refert initio ponas an in
fine. Quanquam & hinc incipere licebit, & in hanc de-
sincere, modo sermonis accedat uarietas.

DE SOMNIIS.

Affinguntur à nōnullis somnia quoq; quæ fortas-
sis adhibenda non sunt, nisi in ostētatione. Quod
genus Luciani somnium. Aut quoties ea pro ueris uisis,
hortandi, deterrendi gratia narramus. Huiusmodi ui-
detur illud diuī Hieronymi, de se se flagriscēso , qđ Ci-
ceronianus esset. Et nos itē pueri in hoc genere lusimus.

DE FICTIS NARRATIONIBVS.

In epist. ad
Eustathiū
decustodia
Virginita
tis.

In. 2. de or.
Li. I. epist.
in epist. q̄ i
cipit, Quin
q; dies.

Iam fictæ narrationes rerum gestarum, si persuaden-
di gratia pro ueris adhibeantur, quām maxime fieri
potest, ad ueri similitudinem componantur oportet. Sunt
autem ex arte rhetorica notæ partes , qbus probabilitas
cōstat, Cuiusmodi est fabula de Mēmio apud Ciceronē,
& fortasse de Vulteio apud Hora. Genus hoc uideo nō
nullis nimiu placuisse, q uulgi credulitate freti, stultissi-
ma quædā miraculorū ostēta, pro certissimis inuexerūt
Christianorum literis. Porrò quæ risus causa fingūtur,
quo lōgius absunt à uero, hoc magis demulcēt animos,
modo ne sint anicularum similia deliramentis , & eru-
ditis

ditis allusionibus doctas etiā aures capere possint. Quo de genere sunt Luciani uerē narrationes, & ad huīus exemplum effictus asinus Apulei. Præterea Icaro Menippus, Et reliqua Luciani pleraq;. Item argumenta fermè omnia ueteris cœmedie, quæ nō imagine ueri, sed allusionibus, & allegorijs delestant. Nā illud fictionis genus, quod ad simulacrum rerum adūbratur, haud dubium est, quin ad parabolā pertineat. Exemplum huius est apd Platonem de specu. in quo uincēti quidam, umbris perire ut ipsis rebus delestantur.

Li. 6. de re publica.

DE ALLEGORIIS THEOLOGICIS.

AT quoties ad pietatem adhortamur, aut deborta mur, plurimum adiumentū conferent exempla ueteris, ac noui testamenti, id est, euāgeliorum, quæ per allegoriam uarie tractantur, & eadem modo ad mores hominum, modo ad corpus ecclesiæ CHRISTO capiti connexum & cohærens, modo ad coelestem illam communionem, Rursum ad prisca nascentis fidei tempora, & ad hæc nostra possunt accommodari. Sed hisce de rebus copiosius & exactius differemus in libello, quem instituimus de Theologicis allegorijs. Atq; hæc fermè omnia ad exemplorum genus referuntur. In quibus sumus paulo diutius immorati, quod ex hoc potissimum mundo copiæ supellex depromatur. Sed priusquam ab his digrediamur, uisum est etiā nonnulla paucis admonere.

RATIO COLLIGENDI EXEMPLA.

O Iam

IAm primum, quemadmodum unumquodlibet horum uarie possit accommodari per similitudinem, p contrarium, per comparationem, p hyperbolē, per epitheton, per imaginem, p metaphoram, per allegoriam, su periori commentario demonstratum est. Nunc qua ratione fieri possit, ut amplissimam horum uim in proptu, ac ueluti in numerato possimus habere, indicabimus. Cō filium quidem non perinde magnificum, ut frugiferū, quod utinam iuuēces olim ipsi fu issemus secuti (nam tū quoq; ueniebat in mentem) video quantum momenti literulis nostris fuerit accessurum. Attamen candidi est in genij non inuidere bone spei iuuēibus, quod tibi uel ne garit fortuna, uel non pararit diligentia. Ergo qui destinauit per omne genus autorum lectione grassari (nam id omnino semel in uita faciendū, & qui uelit inter eruditos haberet) prius sibi quā plurimos comparabit locos. Eos sumet partim à generibus, ac partibus uitiorū uirtutumq;. Partim ab his quae sunt in rebus mortaliū p̄cipua, quaeq; frequentissime solent in suadendo incidere. Eaꝝ conuenient iuxta rationē affinitatis, & pugnatiæ digerere. Nam & quae inter se cognata sunt, ultiro admonent quid consequatur. Et contrariorum eadem est memoria. Puta si exempli causa, primus locus, pietas, & impietas. Huic subiicientur species inter se cognatae. Prima est pietas in deum. Secunda in patriam. Tertia, in parentes, aut in libros, aut etiam in eos quos oportet parentum loco colere. Veluti p̄ceptores, & quorū beneficio seruati

Loci cōmu
nes parādi
bis qui uo
lūt in au
storibus
grasari.

Cōtrario
rum eadē
est memo
ria.

seruati sumus. Iam his cognata est supersticio adiicien-
 da igitur. Atq; hic aperit se se campus latissimus, de pro-
 digiosis deorum cultibus, ac uarijs diuersarum gen-
 tum ceremonijs. Sit proximus si uidetur titulus, fides.
 Hac in species seces licebit. De fide in amicos, de fide seruo-
 rum in dominos, de fide in hostes, totidemq; de perfidia.
 Item sit titulus, Beneficentia, huic cū suas species subiecc-
 ris, restat gratitudo, non illa quidem huic subiecta, neq;
 rursum cōtraria sed adhaerens, eq; ea ueluti consequens.
 Sed uirtutum ac uitiorū ordinem, sibi quisq; suo fingat
 arbitrio, aut ē Cicerone, seu V, Maximo, aut ex Aristote-
 le, aut ex diuo Thoma petat. Deniq; si malit, elemētorū
 ordinē sequatur. Neq; enim id magni refert. Quāquam
 nolim illum omnes huius generis particulas, tam minu-
 tim concisas in ordines reserre, uerum eas dūtaxat, quæ
 uideantur frequenter in dicendo usu uenire. Id autem uel
 ex locis causarum licebit cognoscere, nempe demonstra-
 torijs, suasorijs, & iudicialibus. Quod genus fermè sūt
 tituli apud Val. Max. & nonnulli apud Pli. Cæterum
 quæ extra uitiorū, ac uirtutum genera summuntur. par-
 tim pertinent ad exempla, partim ad locos communes.
 Prioris generis fermè sūt huiusmōi. Insignis lōgæuitas,
 uiuida senectus, senilis iuicta, insignis fœlicitas, insignis
 memoria, subita rerū cōmutatio, subita mors, mors spō-
 tanea, mors prodigiosa, partus prodigiōsi, insignis elo-
 quētia, insignis opulētia. Ex humili genere clari, uafricis
 es ingenij, insigne corporis robur, insignis forma, eges-

Elementos
 rū ordinē
 in locis pa-
 radis sequi
 possumus.

Qui loci
 sunt apud
 Pli. lib. 7.

O 2 giu

giū īgeniū de formi corpore. Atq; id genus īnūera alia,
 quorū singulis oportebit subiçere, q̄ cū his pugnat, q̄q;
 cū his habet affinitatē, ut īsigni eloquētiæ, opponitur in
 signis infantia. Finitima sūt, uocalitas, fœlicitas ingesti
 culādo bistrionica, & si qua sūt huiusmodi Posterioris
 autē generis sunt istiusmodi. Plurimū interest q̄bus stu-
 dijs puer asuescas. Magni refert, q̄bus cū uiuas, sūiñ cuiq;
 pulchrum. Facilis offensa, reconciliatio difficultis. Tutiſſi-
 mum est nulli credere. Ama tanquām osurus, oderis tan-
 quām amatus. Bis dat, qui cito dat. Fortunā sui cuiq;
 mores parant. Et lentē regum iræ. Et periculosa Prin-
 cipum amicitia. Et dulce inexpertis bellum. Et infida so-
 cietas regni. Et optimum senecteū uiaticum eruditio. Sed
 quid ego hæc recensere pergo, cum sint sexcenta millia.
 Ergo ex his ea sunt diligenda, quæ uidebuntur ad dicen-
 dum maxime commoda. Ad hunc gregem pertinet &
 illa comparativa. Cœlibatus ne fœlicior, an coniugium?
 Vita priuata, an secus? Potior monarchia, an Democra-
 tia? Vita studiosorum, an idiotarum? Tum autē ex su-
 perioribus, si qua sūt quæ uirtuti, aut uito uidebūtur
 esse cōfinia, ea licebit suo titulo subiçere. Ut illa. Bisdat,
 qui cito dat. Et nihil carius constat, quam quod precibus
 emitur. Et beneficium dando accepit, qui digno dedit. Et
 nihil tam perit, quam quod cōfertur in ingratum. Et be-
 neficij gratiam perdidit quisquis exprobrauit. Hæc atq;
 huiusmodi, ad liberalitatis titulum referri possunt. Ve-
 rum ne indigesta rerum turba pariat confusionem, pro-
 fucrit

fuerit titulos qui latius patent, in aliquot secare partes. Liberalitalis titulum, ut exēpli causa loquamur, ita licet partiri. Si subieceris. Beneficium prompte, citoq; datum. Beneficium aptum. beneficio digno aut indigno colatum. Beneficium exprobratum. Beneficium mutuum. Et si qua indicabuntur magis idonea. Nam nos indicādi gratia duntaxat hēc ponimus. Ergo postea quā tibi titulos compararis, quot erunt satis, eosq; in ordinem quem uoles digesseris. Deinde singulis suis partes subieceris. Rursum partibus addideris locos cōmunes, siue sententias. Iam quicquid usquam obuium erit, in illis autoribus præcipue si sit insignius, mox suo loco annotabis, siue erit fabula, siue apolo gus, siue exemplum, siue casus nouus, siue sententia, siue lepide aut alioqui mire dictū, siue metaphorā, aut parabola. Atq; ad eum modum patriter fiet, ut & altius insidiant animo quæ legeris, & asuescas uti lectionis opibus. Sunt enim qui plurima tenent uelut in mundo reposita, cū indicendo scribendoq; mire sint inopes, ac nudi. Postremo utcumq; postulat occasio, ad manum erit dicendi supellex, certis ueluti nidis constitutis, unde quæ uoles, petas. Porrò nulla disciplina tam semota est à rhetorica, unde non facias locos tuos locupletiores. Nā à mathematicis, quæ remotissimæ uidetur, sumū tur similitudines. Quādoquidem cum sphera undiq; sui simili, cunq; tetragono quo cunq; cadat pariter quattuor angulis nixo, confertur sapiens suis opibus fœlix, nec aliunde pendens. Et quæcūq; inciderit fortunæ procella,

A mathe-
maticis su-
muntur si-
militudin-
es.

ERAS. ROT. DE COPIA RERUM

procolla, sua uirtute firmus & immobilis, Ut ne dicam
interim quod Theologi mysteriorum enarrationem fre-

A physicis quenter à mathematicis petunt, propter arcanam quan-
no solū parabolæ, ue- dam rerum, ac numerorum analogiam. Nam à Physicis non solum parabolæ, uerum etiam exempla quedam
rumetiam exempla petuntur, parabola fuerit, si dicas, Quemadmodum ful-
parentur. men summos mōtes frequentissime fecit. Ita summa po-
Hora, 2. o- testas, grauissimis casibus est obnoxia. Item, quemadmo-
darū odæ. dum fulmen æs liquefacit, intacta cæra, Ita principū ani-
lo. mus in rebelles, & obſtētes ſenire debet, in ceteros uti-
Pli. libro, clémentia. Exemplo fuerint Elephanti pudore in abdyto
8. cap. 5. coeuntes: si quis etiam in coniugatis modestiam, ac uo-
luptatis diſimulationem deſyderet. Et delphini fœtus
adultos diuitius comitantes, nec ſinenteſ paruulos ſuos in-
gredi, niſi grandior aliquis, ceu paedagogus ad ſit & cu-
ſtos: si quis admoneat quāta cura ſeruari atq; iſtitui de-
beat à parentibus, prima illa & lubrica puerorum ætas:
Itaq; ſtudioſus ille, uelut apicula diligens, per omnes au-
torū hortos ualitabit, floſculis omnibus adſultabit, uni-
diq; ſucci nonnihil colligens, quod in ſuū deferat aluea-
rium. Et quoniam tanta eſt in hiſ rerum foecunditas, ut
omnia decerpi non poſſint, certe p̄cipua deliget, & ad
operiſ ſuī ſtrucluram accōmodabit. Sunt autem quæcadē
non ſolum ad diuersos, uerum ad contrarios uſus qua-
drarc poſſint. eoque diuersis annotanda locis. Quod genus
ſi de insanabili cupiditate hominis auari agas, reſte accō-
modabis Charybdis fabulā. Rurſum, ſi de inexplicabili uē-
tris

tris in glubie, aut libidine mulieris iexhausta, nimiri cōueniet eadē. Itē apolodus Aesopi de birco, ac uulpe, simul in puteū descēdentibus, q̄d rabit uel in prospiciētia, qua fit, ut nō aggrediare negociū, nisi prius apud te ppende-
ris, qua ratiōe queas explicare. Vel in fiēlū amicorū ge-
nus, q̄ quū uideātur amici cōmodis cōsulere, maxime ta-
mē agūt suū negociū. Præterea ex morte Socratis nō so-
lū ducitur exēplum, morte non esse formidolosam uis-
ro bono, cū ille tā alacri uultu cicutā biberit, uerum etiā
uirtutem inuidiæ obnoxiam, neq; satis tutam esse in turba
malorum. Rursum inutile, uel potius perniciosum esse
philosophiæ studiū nisi te ad mores cōmunes deflexeris.
Iamq; hoc ipsum faciū trahi potest, s̄t in laudem Socratis
et in uituperiū, laudādus enim qui nulla sua culpa, sed
sola inuidia dānatus tā fortiter morte neglexit. Vituperā-
dus, q̄ inutili philosophiæ studio, neglectuq; morū cōmu-
niū, amicis acerbissimū luctū, uxori liberisq; calamitatē,
sibi exitiū cōciliarit, cū alijs soleāt utiles esse patriæ, suis p-
fidio simul et ornamento, coq; uerè sapiētis esse, relictis
aliquādo tetricis illis sapiētiae décretis, uulgi studijs et
opiniōibus accōmodare se, téporiq; qđ aiūt seruire. Iā si
partes exēpli circūspicias, quod locos licebit elicere. Ac-
cusatus p̄ inuidiā ab Anyto, et Melito, pditissimis ciui-
bus. Locus est. Veritas odiū parit. Itē alter Insignis uir-
tus cōciliat inuidiā. Rursū alius. Apd̄ indices plerūq; plus
ualet nobilitatis ratio. q̄ respectus hōesti. Rursū alius. Ni-
hil ipudētius opulētia, si cū iprobis morib⁹ copuletur.

Apud Ciz
ce. I. tus.

Locus de
uita ac
morte So-
cratis co-
piosissime
traçtatus.

O 4 Quid

Quid enim absurdius, quam omni facinore dedecorosos
 Socratem in ius nocare? Rursum alius locus. Non quid
 libet cuius decorum est, Eoq; Socrates non abiicit sese ad
 iudicium pedes, neq; enim conueniebat, ut qui per omnem
 uitam docuerit mortem non esse formidandam, nisi tur-
 pis esset, cum nunc ueluti ob mortis metum, abiecle sup-
 plicem esse. Quae eadem causa cononuit ut neq; iudicium
 declinaret, neq; in media causa exilium eligeret, neq; po-
 stremo quum liceret, è carcere uellet effugere, ne ipse à se
 ipso disrepare uideretur. Atq; hæc quidem una pars est.
 Deinde cum moriturus tam ociose, tanq; placide disputat,
 cum non alio uultu cicutam bibit, quam quo uinum so-
 let, quum mox emoriturus iocatur in Phœdonē, admo-
 nens ut gallum persoluat Aesculapio. Locus est. Morte
 etiam optabilem esse ijs, qui sibi uita integræ actæ cōsciū
 sunt. Rursum alter locus, cuiusmodi fuerit hominis uita,
 id in morte potissimum adparere. Rursum, cōstantis suiq;
 perpetuo similis exemplū est. Etenim cuiusmodi fuerat in
 omni uita Socratis uultus oratioq;, talis erat & mori-
 turo. Tertia pars est. Dū in carcere agit Socrates interim
 nusquam Alcibiades, nusquam Agathon, nusquam, Phœ-
 drus, sed Crito, Phœdon, Simias. Atq; hic locus est, in pe-
 ricolis demum adparere qui sunt ueri amici, nam uulgā-
 res illi sibi tum consulunt, cum in officijs cōmunitibus ad
 sunt. Quarta pars est. Cum amicis de animæ immortalit-
 ate multa disputat, uxorem ac liberos quum pauca mā-
 dasset dimittit. Locus est, Phœdri, ubi leuiter tangi opor-
 tere

tere uulgaribus adfectibus , id quod mire congruit cum
doctrina C H R I S T I . Quinta pars est . Statim à mor-
te Socratis . uersus est in accusatores populi furor Socrati
desyderato , aurea posita statua . Locus erit . Vulgus teme-
re odiſſe & amare . Rurſum aliud . Virtutem præſentem
odimus , ſublatam ex oculis quærimus inuidi . Rurſum
aliud . Fucatam gloriā unā cum uita perire , uirtutis ſplē-
dorem à morte maxime clareſcere . Hinc arbitror liqueſ-
re in quo uetus idem exemplū poffit accommodari . Simi-
liter & in parabola fiet uelut in nauigatione , quo uimi-
lia duci poterunt ? Ut optimū gubernatorem tempeſtas ,
ita optimum Imperatorem aduersae res declarant . Item .
Ut nemo clauū committit amicissimo , ſed nauigandi pī-
tiſſimo . Ita nemo Reip . gubernacula mādauit ei , cui ſtu-
deat maxime , ſed quem maxime iudicarit idoneū . Rur-
ſum . Quemadmodū uentis nimium ſecundis nauiae ue-
la contrahunt , cum parum proſperi ſunt , tum latius pā-
dunt ſinus . Ita quum res uehementer ſuccedunt , temperā-
dus eſt animus ne inſoleſcat . Contra , cū inimica eſt for-
tuna , tum fortitudine , ac ſpe ſecutur & fœlicitatis , dilata-
dus ac fulciendus . Item , quoties rectum curſum per tem-
peſlatem tenere non licet . tum obliquis flexibus eo nihil
ſecius , quō peruenire uelimus , cōtendere oportebit . Item
quoties artem uincit tempeſtatis impotentia , tum anco-
ram iaciunt nauiae , uelis collectis . Ita uesanienti multitu-
dini nonnunquam cedendum eſt , donec oratione traclā-
bilis eſſe incipiat . Item , quemadmodū nauia non ſemper
eodem

eodem modo tenet uelum, uerum nunc tollit in altum,
 nunc contrahit, nunc in hoc latus, nunc in illud transfert,
 utcunq; uentorum ratio postulat. Ita sapiens non in om-
 ni loco, omniq; tempore & negotio, simili uite tenore
 debet uti, sed uultu, oratione, mores præsentibus rebus
 accōmodare. Item, sicut in magnis tempestatibus peritis
 simi nauiae, uel ab imperito nonnunquam admoneri sese
 patiuntur, quod alijs alia solent in his casibus in men-
 tem uenire: ita bonus rex in magnis Reipu. periculis, nul-
 lius consilium audire grauabitur. Item, ut minimo peri-
 culo nauigatur, eò gubernatore, qui maximis sit iactas-
 tus periculis, Ita tutissimus est ciuitatis status eo princi-
 pe, qui grauissimis casibus sit exercitatus. Itē, ut qui clas-
 sum regit, nō satis arbitratur se suo fūgi officio, nisi cir-
 cūactis oculis, quid cuiq; faciendum sit, admonuerit. Ita
 principe non agit, nisi qui magistratum etiā inferiorum
 officia moderatur, ac præstat. Item, quicadmodū insaniat
 nauta, si propter odium aliquorum, quos nauit uehit, na-
 uim perire finat, qua pdita nec ipse possit esse incolmis.
 Ita sanæ mentis nō sit, qui ob faectiones patriæ incolumi-
 tatem non tueatur. Quæ nisi sit incolmis, nec ipse inco-
 lumis esse possit. Item, ut non nisi scuissimis tempestati-
 bus sacram ancoram nauiae iaccre solent, ita non est, nisi
 in grauissimis piculis, ac rebus, propè desperatis, ad ex-
 trema remedia ueniendum. Sed ne ego ineptus, qui ista p
 sequar, cum iā uideas aliquot similitudinum millia hinc
 sumi posse, Nonnunquā eadē quoq; collationis pars ad di-
uersę

uersa trahitur. Quod genus sit, Si lunæ crebras mutatio-
nes, uel ad forunæ uices accōmodes, uel ad humancæ ui-
tæ instabilitatem, uel ad stultorum inconstantiam. Quin
eadē quoq; sententia uarios in usus defleclitur, ut facin-
dus comes in uia pro uehiculo est. Incūdior est uita, si nō
solus agas, sed cum lepidis ac festiuis amicis consuetudi-
nem habeas. Rursum, semper bonus aliquis liber circum-
ferendus, cuius lectione tædiū discutias. Item, si te lætus
animus comitetur & bene sibi conscientius, nulla pars uitæ
sentiet tædiū. Hic optimus est uiæ comes si læta narret,
si turpium factorum memoriam tibi refricet, tædio ene-
cat. Eadem est prouerbiorum & apophthegmatum ra-
tio, quorum usum ostendimus in principio colleclaneo-
rum prouerbialium. Proinde quædam erunt eadē diuer-
sis adscribenda locis, aut annotanda certè. Nam sat erit
aliquando tribus significasse uerbis, adscriptis autorum
locis unde peti possunt, præsertim si paucis exponi non
queant, sed iam quo res exemplo magis fiat perspicua, sit
titulus inconstantia, aut morum inæqualitas. Experi-
murq; quot res adhuc conferri possint. Primum è poeta
rū fabulis petam Mercurium, uarias formas sumere so-
litum, ut est uafer Deus nunc apud superos, nunc apud
inferos, nunc apud mortales agentem, uarijs etiam fun-
gentem officij. Nunc Ganymedis agentem parteis, nunc
nūcia perferentē, nūc animas deducentē ad Charōtē, nūc
negociatoribus, ac patronis operam dantē, nunc cithara
utentē, nunc uirga, galero etiā bicolore, postremo uarijs
gudentē

Titulus
Morū in-
qualitas.

Versatilis.
Præfectus
mercatori-
bus Dux
uiæ.

ERAS.ROT. DE COPIA RERUM.

Præfectus certaminibus. Inter nūcīus Ar gicida Val de utilis. gaudentē cognominibus . Ea sunt apud Aristophanē in Pluto, dicitur enim σροφαῖος. ἐμπολαιῖος. δόλιος. ἡγε μόνιος, ἔναγώνιος, apud Homerū. & apud Hesiod. θλάκτορος, ἀργειφόντης Dicitur Φί Cyllenius, & ἐρι ούνιος . Petam Vertumnum deum, cui inde etiam nomē, quod subinde uertat formam. Petā proteum, omnia uer tētē sese in miracula rerum. Petam Empusam, ex Aristophanis ranis, id est, dæmonis genus, identidem alia, atq; alia specie, sese offerentis. Item Morpheu, quo scūnq; uelit uultus induere solitum. Item Circem, ueneficijs, ac magica uirga, homines in uarias ferarum formas uerten tem. Nam improbi, secum non constant, sed diuersis agitantur adfectibus. Petam καιρόν uolubilem deum, nū= quam sui similem, & huic similem, si uidebitur, Rham nusiam. Petam Iouem, nunc aquilam, nunc Cycnū, nunc taurum, nunc aureum imbreu faciliū. Preterea, Chymæ ram, capite leonis, uentre uirgineo, cauda draconis. Ac uarium illud portentum, quod fingit Horatius in ipsa statim fronte artis poeticæ. Adducam & Ianum bifrontē, & triformē Geryonē, & Bacchū, cui poetæ tribuūt εὐήθεια, hoc est, morum leuitatem, ac facilitatem, & tale in ranis fingit Aristophanes. Et si qua sunt alia apd illos, que prodigiose uarietatis imaginem habent. Adducam & Vlyssen, quamlibet pro tempore personam gerētem. Vnde, & τωλυτροποι statim in operis initio uocat Homerus. Deinde à physicis petam, lunæ similitudinem, nunquam eodem uultu nobis redeuntis, nunc semiplene,

Pli. lib. 2.
cap. 9,

miplenæ, nunc emorientis, nunc renascentis, nunc pallentis,
 nunc rubentis, nunc albicantis, nūc antecedentiss sole,
 nunc à tergo sequentis. Petam similitudinem coeli uerni
 aut autunalis, nunc nubili, nunc sereni, nunc tranquilli,
 nunc uentis commoti. Petam collationem maris, assidue
 uicib. aestuarijs, decurrentis, ac recurrentis, præcipue Eu-
 ripi mira celeritate, septies die ac nocte reciprocantis. Ad
 dam Polypum, cuius mutabilitas etiam Proverbio locū
 fecit. Addam chameleontem, colorem subinde mutantem.
 Item pantherem, ac Pardum uersicoloribus maculis ua-
 riegatum, aut si quod est aliud animal huiusmodi. Ad-
 iungam pueritiae in horas mutatum ingenium. Adijcia
 mulieris peculiarem inconstantiam, uulgus leui momen-
 to mobile. Præterea argenti uiui miram mobilitatem.
 Arundinem ad omnem auram facile mobilem. Foliorū
 arentium, plumæ, rametæq; leuitatem. Ceræ flexibilem,
 ac mollem naturam. Somniorū inconstantiam, rotæ uo-
 lubilitatem. Adducam laminam, quæ summis turrium,
 ac templorū fastigis solet imponi, quo uentū circuactū
 suo indicet. Adducam bilibrem, facile momēto, hic atq;
 illuc, uer gentem. Adducam opus uermiculatū, uersicoloris
 tessellis, miram uarietate ostentans. Quædam etiā
 ingenio finguntur. Veluti si quis comparet inconstantis
 hominis animum, nūc hoc nūc illud cogitantis, speculo
 rotundo in foro frequentissimo suspenso, quod hic &
 illuc discursante turba, figuris innumeris uarietur. Aut
 uero, quod quemcunq; colorem subieceris, eum imitari
 uidetur.

ERASROT. DE COPIA RERUM

uidetur. Aut pessile chalybi, q̄ hinc atq; hinc admotis ma-
gnetibus, quorū alter allicit ad sc̄se, alter depellat, leui
momēto, nunc buc uine illuc rapiatur, nec unquā cōqui
escat. Aut sph̄eræ in plano uolubili. Iam ex historijs mu-
tuo, summā gr̄ecorum genuinā levitatem, quam descri-
bit Iuuenalis. Lubricam Allobrogū fidem. Pœnos simi-
li morū inconstantia. Seythas indes mutatis pascuis nul-
lam certam incolentes sedem. uir gam Moysi subinde in

Satyr. 3.
Apd Salu-
in Catil.

Exod. 4.

Li. I. epist.

In dialogo
cōtra eū q̄
inquit Pro-
metheū re-
fero Lib. I.
Sermonū

In hyppoli-
to Seneca.

In Medea.
Senecæ.

aliam atq; aliam uersam specie. Aristippū quamuis agē-
tem personam, ut quē omnis (ut inquit Flaccus) decuit
color, nunc Cynico utentem pallio, nunc regia purpura.
Item δυλευκον illum, de quo meminit Lucianus. Catī-
linam uario ingenio, ex Salustio, Hamibale, ex T. Linio.
Ex Val. Maxi. quibus aliis fuit uitæ tenor in adulescen-
tia, atq; in senectute. Rursū ex tertia Horatijs satyra, Ty-
gellum. Nil æqualē homini fuit illi, sæpe uelut qui cur-
rebat fugiens hostē, persæpe uelut qui Iunonis sacra fer-
ret &c. E comœdijs exēplum sumetur muliebris incon-
stātia. Sostrata in Adelphis. An mi homo sanus ne es? an
hoc proferēdum tibi uidetur esse uspiam? At paulopost.
Ab minime gentiū nō faciā, proferā. Amantiū inconstan-
tiā, exprimet Phædria, è rure repente rediens. Puerilem
inconstātiā, Antipho ex Phormioe. Scd hoc psequi longū
est. E tragœdijs mutuabor Phædram uariatis secū sente-
tijs, nunc uolentē, nunc nolentem. Medeam item ante si-
liorū cædem, diuersis agitatam adfectibus. Ab Ouidio
Biblidem, Narcissum. A Marone Didonem, iā Aenea pa-
rante

rante discessum. Atq; hoc genus innumerabiles personas
passim exhibent Poetæ. Ex Apologis allegabo rusticum
illum, qui satyro admirante, codem ex ore modo calidū,
modo frigidum efflabat. Et si qui sunt alij. Nam in præ-
sentia rationem dū taxat ostendimus. E prouerbijs mu-
tuabor, τὴν ταναχαῖον ἀρτεμίν. Item αὐτὸν τὸν
δὲ οὐ, Εὐμεταβολώτερος κοθόρου, Ετύδεον τῷκι
λάτερος. Et λιβυκὸν θηρίον, aliaq; consimilia. Nam
ipſi in prouerbijs locos adiunximus, unde iſta peti pos-
ſunt. Et saxum quod subinde uoluitur, nō obducitur mu-
ſco. Et arbor quæ subinde trasplantatur, non grādescit.
Rursum ex Apophthēmatis addam illud diēlum in Ci-
ce. Diabūs sedere sellis. Et in eundem à Salustio scriptū.
Aliud stans, aliud sedens loquitur: ex Homero. ἀλλο-
τροσταλλον. Sic enim uocat Martem incertarum par-
tium, quiq; nunc cum his sentit, nunc cum illis. Ex Oni-
dio, ni fallor, Et tantum constans in leuitate sua. Ex
Horatio. Leuior cortice. Et, Mutat quadrata rotundis.
Et Rhomæ Tybur amo uentosus Tybure Rhomam. Ex
Plauto. Tipula leuior. E Terentij Phormione. Volo
nolo, nolo uolo, quod diēlum est, non diēlum est &c.
Ex Euripide, τλάγια τὰ φρονεῖς, τὰ μὲν τὰ
δὲ ταλαι, δὲ ἐντίκε. Iam adparet opinor, quanta
huius quoq; generis supellex ex tot scriptoribus colligi
possit. Eadem est sententiarum ratio, quas non tan-
tum ab autoribus summere, uerum etiam pro re nouas
parere licet. Quibus omnibus si totidē opprias cōtraria,
deinde

Panageā
dianam.
Vēti cāpus
Mutabis
lior cothur
nō. Hydra
magis uas-
rius. Liby-
ca fera.

Illa. 3:

Hora. II.
epist.

deinde subinxeris utrinq; finitima, nimirum quām im-
mensus orationis penus futurus sit uides, at cū tam ua-
rius sit uetus, id quod diligentius ostendemus in opere de-
ratione conscribendarum epistolarū. nihil erit quod non
aliquo pacto possis ad locupletandam orationem acōmo-
dare. Quandoquidem contraria quoq; adlibentur, uel p-
ironiam, uel per dissimile, uel per cōparationē . Per iro-
niam. Ut si quis hominem nunquam sui similem, Socra-
tem adpellet, qui in omni uita semper eodē uetus est uul-
tu. Per dissimile. Ut si dicas. C. Iulium Cæsarem nullius
unquā facti pœnituit. Hic nihil unquam decreuit, quod
non mox resciderit. Per comparationem, si dicas. Quām
Cato ille, quem Cicero præfracū uocat, à sententia nō
potuit abduci, tam hic non potest in eadem refineri sente-
tia. Porrò finitima quæ sunt, facili deflexu, ad uicina tra-
huntur. Quod genus Persianū illud. Tecum habit a. Nā
et si proprie quadrat in eū qui maiora molitur, quām
pro sorte sua, tamen quia non esse sua sorte contentum,
cum inconstans cognationem habet, hoc torqueri pote-
rit, præsertim cum Seneca scribat. Primum argumentū
cōpositæ mentis existimo posse consillere, et secum mo-
rari. Quin eadem simul et in laudem torqueri possunt.
Ut si omnium horarum hominem, uersatiliq; ac dextro
ingenio laudes, ex inconstans penario sumes Polypum
ad speciem subiecti soli mutantem colore. Sumes Euri-
pum, ac negabis mare hoc esse tā uersatile, quām huius
sit ingenium. Sumes flāmam stare nesciam. Sumes cœlū
subinde

Satyr. 4.

subinde alia facie. Sumes arundinem utcumq; flauerint
auræ, flecentem sese. dices sapientis esse pro re nata, pro
tempore, pro loco cōmutare sententiam, ac uitæ rationē.
Stupida saxa, ac brutam tellurem unam non moueri.
Cæterum ex animantibus, ut quodq; præstatiſſimū est,
ita maxime mobile esse. In uniuerſa natura, quo quicquā
præclarus est, hoc à quiete lōgius abesse. Infima est quæ
nō mouetur terra. At mobilis aqua, mobilior aer, ignis
hoc quoq; mobilior, cœlum quā maxime mobile. Proin-
de mentem hominis, auram, atq; ignē, ab antiquis uoca-
ri. Contra ſultos, tardos, ſlupidos, lapides, plumbum.
In quas res maxime cadit constantiæ uoca bulū. Per hui-
usmodi locos, pleraq; è constantiæ ſupellec̄tile ad uitu-
perandum traxeris, & ex incōſtantiae ad laudem detore-
ſeris. Verū de his, ut modo dictū eſt, aliās tempeſtiuius.
Nunc reliquias dilatandi sermonis rationes pſequamur.

DE PARTIVM RHETORICA RVM MULTIPLICATIONE

Creſcat oratio numero partium orationis. Ut enim
qui breuissimus eſſe ſtudet, quam potest paucifor-
mis utitur partibus. Ita qui dilatare cupiet, etiam legi-
timis illis, & arte præscriptis partibus, aliquid accessio-
nis curabit adiungere. Nam cum in ſumma tria ſint ora-
toris officia, docere, deleclare, fleclere. Cui placet breui-
tas, is uno contentus tantum docebit. Cui copia, ſimul
omnibus utetur, idq; in omnibus orationis partibus, nō
ſolum in peroratione aut exordio. Rurſum qui ſtudet

P breui-

Tria ora-
toris offi-
cia.

breuitati, poterit narratione, aut hac quoq; prætermissa
 si causæ ratio patietur, esse contentus sola probatione.
 Atq; hæc etiam ut omitti tota non potest, ita potest coar-
 ētari cibiberiq; . Contra, qui copiam adfec̄labit, non mo-
 do sex illis utetur, Exordio, narratione, diuisione, confir-
 matione, confutatione, peroratione. Sed & suo loco la-
 tius explicabit exordiorū locos, & in tota oratione, quo-
 cies, causa præbebit oportunitatem exordiola quædam
 admisceb̄it, quibus fauorem, attētionem, docilitatem re-
 tineat atq; renouet, aut tedium discutiat, aut quæ dilu-
 rus sit præmolliat. Incidunt autem huiusmodi persæpe.
 Docilitatem potissimum renouamus commodis transi-
 tionibus, quarum formulas aliquot super commentario
 proposuimus, Quod genus fuerit. Audiſtis largitione,
 corruptela sanguine, stupro ac fœdissimis artibus para-
 tum honorem. Nunc ostendā illud quod turpiter est ade-
 ptus, turpius administrasse. Attētio renouatur hisce fer-
 mè modis. Magna sunt, hæc, sed leuia præ his quæ nūc
 diēturus sum. Et nunc ad ipsum rei caput accedo. Proin-
 de, quæso ut hæc animis quam maxime attētis audiatis.
 Et sed his longius fortasse sum immoratus, cætera pau-
 cis, ac dilucide expediā. Si mibi, sicut ante hac fecistis, au-
 res atq; animos præbcre uelitis. Et altius paulò repe-
 tam, sed ita uerba sum faciurus, ut neq; sine fructu,
 neq; sine uoluptate sitis audituri. Atq; id genus alijs
 modis(nam bis mille pro rei natura singi possunt)Te-
 dium discutitur, aut excluditur, hoc modo, rogo diligenter.

genter auscultetis. Prima fortasse fronte minutum uideatur quod tracto, uerum si paulisper attendetis, intelligetis nimiri sub hac specie maxima Recip. pericula occulta ri. Et queso patiamini paulisp, mox aperiam quorsum hæc spectent. Et nunc rem ante hac inauditam audietis.

Et nunc rem accipietis omnium maxime ridiculam.

Porrò fauor iisdem rationibus renouatur, quibus paratur, Insuper & argumentantur aliquoties in exordio. Si quid erit amolliēdum, quod alioqui sit offuturum re liqua differenti. Verum id non nisi consilio ex rei circumstantijs sumpto. Narratio præterquam quod aliquando fusijs explicatur, & omnibus argumentis atq; ad se cibis expletur, etiam crescit ἡτριδηγήσει. Ea est, ut ostendit Fabius, repetita narratio, quoties res paucis, ac simpliciter exposita, denuo fusijs & ornatijs eadē enarratur. Id quod fit uel inuidiae, uel miserationis causa.

præterea crescit item egressione subiecta. Quod ita demun permittit Fabius, si excursus ille sic adhæreat, ut sit quasi narrationis finis. Veluti si atrox fuerit circa finem narratio, prosequamur eam ueluti spiritus protinus erumpente indignatione. Atq; id quidem in causis serujs ac periculosis. Ceterum in re ad ostentacionem parata nihil uetat, quo minus exposita re, in locum aliquem quam maxime plausibilem & amoenum expatieris. Quo simul & narrationis tædiū abstergas, & uoluptate sermōis, ad futurā probationē reddas alas. Hi loci cuiusmodi sint, superius est demonstratū.

Quibus rationibus fauor renouetur.

Quādo in exordio argumentari licet.

Li. 4.c. de egressione

Quomodo dilatetur

P 2 propositio

ERAS.ROT. DE COPIA RERVM.

Propositio dilatabitur primū , si pro simplici, dupliciti,
aut multiplici, utemur etiam si una sit satis, propterea
quod alios alia mouēt, ut si fecisset, præmio magis quā
suppicio dignus erat. Aut res hæc nec est honesta, nec ex
pedit, nec sine summo periculo fieri potest. Quod si ma-
xime sit honesta, maxime expediatur, maxime sit tuta, tamē
fieri non potest, ut consequamur. Deinde, si non nudā om-
nino', sed argumentis obiter interiechis , & adfectibus
accensam proferemus. Qualis est illa Ciceronis pro Mi-
lone. Hæc sicut exposui, ita gesta sunt indices. Insidiator
superatus, uī uicta uis, uel potius oppressa uirtute auda-
cia est. Deinde miscet adfectus. Nihil dico quid Resp. con-
secuta sit, nihil quid nos, nihil quid omnes boni, nihil sa-
nè id profit Miloni, qui hoc fato natus est , ut ne se qui-
dē seruare potuerit, quin una Rempu. uosq; seruaret. De
inde argumenta congerit. Si id iure non posset, nihil ha-
beo quod defendam. Sin hoc & ratio doctis, & necessi-
tas barbaris, & mos gentibus, feris natura ipsa præscri-
psit, ut omnem semper uim, quacunq; ope possint, à cor-
pore, à capite, de uita sua propulsarent. Non potestis hoc
facinus improbum iudicare, qn simul indicetis omnibus
qui in latrones inciderint, aut illorū telis, aut uestris sen-
tentias esse pereundum. Mox redit ad adfectus. Quod si
ita putasset, certe optabilius Miloni fuit iugulum dare,
P. Clodio non semel ab illo, neq; tum primum petitum,
quam iugulari à uobis, quia se illi iugulandum non tra-
didisset. Atq; itē in sequentibus cōtrouersiam cōstituēs,

nam

nam locus est notus, repetit summam argumentorum, quibus usus fuerat in exordio. Id tametsi magis licuit Ciceroni, propterea quod in exordio questiones aliquot tractauerat, tamen idem & alibi continget, uerbis com mode interieclis. Maxime in enumeratione, aut expositio ne, quae est altera diuisionis pars, de qua supra non nihil attigimus, cum de propositionibus ageremus, quod fuerit, si dissuasurus Ciceroni ne uitam ab Antonio accipiat, exustis Philippicis, sic proponas. Primum illud uide mi Cicero, num te dignum sit, ut immortalem ingenij tui famam, tot paratam sudoribus, quaq; tuos omnes illustrasti, ob tantulum aeni, quod tam grandi logum superesse non potest, exusto pulcherrimo omnium monumento, repete aboleas. Deinde num forti viro, qui semp omnia posse habuerit libertati, serendum sit, ut uitam rerum omnium optimam, & in qua sunt omnia, debeat ei portento, cui quouis etiam nomine obnoxius esse nemo liber uelit. Postremo uideat, ne parum prudens sit, in re tanta, fidem habere hosti perfidissimo, qui nec amicis unquam fidem seruarit. Neq; perspicere, quod uel caco adpareat, nihil aliud agere uersutissimum carnificem Antonium, nisi ut totum extinguat Ciceronem. Nam simpliciter proponi poterat hoc modo. Primum, non est tanti uita. Deinde miserum debere uitam inimico. postremo decipere cupit Antonius, non seruare. Quod si qua propositio durior uidebitur, eam oportebit, uelut exordio loquacem molire. Ut si proposueris laudare Platonis do-

Vide ~~ff~~ Fa
biū.lī.3.ca
de suaso
ria & Ses
necā in con
trouersys.

Platonis
dogma de
cōmūnib⁹
gma

ERAS.ROT. DE COPIA RERVM

uxoribus :
Insinuatio

gma de uxoribus communibus , ut hoc exempli causa
sumatur . dices non te fugere , te rem omnium sententia
absurdissimam polliceri . Verum illud orabis , ut tantis
per iudicium suum differant , donec argumentorum
summam audierint , nihil diffidere te , quin penitus ex
posita re sint in diuersam sententiam pedibus ituri . Tan
cum illud cogitent , hoc quicquid est , non esse temere di
ctum à tanto philosopho , quiq; cæteris in rebus ob ex
cellentiam ingenij , diuini cognomen promeruerit . Ves
trum quod in formis hominum , idem in rerum iuditio
usuiuenire . Quædam si procul & oscitanter aspicias , ni
hil uenustius , fuso uidelicet oculis imponente . Sin pro
pius ac fixius contempleris , iā quod paulo ante mire bla
diebatur oculis , maiorem in modum incipit displicere . Si
lenis , nisi explicas , quid magis ridiculum ? Sin explices ,
quid augustius ? Adeo ueritas latet in abdyto , nec opor
tet in dijudicandis rebus populum autorem sequi , cui
semper pessima pro optimis probari consuerint . Er
go se posita , paulisper recepta illa , & animis infixâ opi
nione , rem ipsam iudicio perpendant , nec prius in hanc
aut hanc partem flestant animum , quam totum argua
mentorum orbem acceperint . Quædam enim fore , qua
per se stulta uideri possint . Verum si quis inter se coniun
cta percepit , is demum ueri concentum , & harmo
niam sensurus est . Huiusmodi præfati uncula pro cause
natura , commode ad ficta , nonnunquam expedit audito
ris animum , ad secuturam argumentationem præpara
re .

re. Iam uero probationes, præter eas locupletandi ratios
nes, quas superius ostendimus, crescent labefactatione,
seu præparatione, & adseueratione. Labefactamus autem
seu præparamus duobus modis. Pro positionibus. Nunc
autem uoco propositiones, non quæ sumam causæ com-
pletantur, sed ueluti singularem partium collectiones
seu conclusiones, quas oratoribus mos est initio argumē-
tationum proponere, & casdem in fine uehementius p-
adfectus, aut per epilogum repetere. De hoc genere dis-
cūlum est superioribus titulis. Præterea cum ita propos-
timus, ut ipsa orationis figura fidem abrogemus, aut
conciliemus. Cuiusmodi est illud Ciceronis pro Milone.
Sed, antequam ad eam rationem ueniam, quæ est pro-
pria nostræ quæstionis, uidentur ea esse refutanda, quæ
in senatu saepe ab inimicis & improbis iactata sunt, &
in cōcionē etiā paulo ante ab accusatoribus. Cum inimis-
cos & improbas non minat, iam hoc ipso non parum fi-
dei abrogauit aduersariorum propositioni. Deinde pro-
positionem ipsam per ironiam eleuat. Negat intueri lu-
cem fas ei, qui à se hominē occisum fateatur. Nam atro-
citas illa uerborum Negant intueri lucem fas, pro eo
quod erat, puniendus est cum irrisione pronuncianda est.
Adiunguntur huismodi præparationes, singulis etiam
collectionum partibus. Quandoquidem eodem in loco
Tullius exemplis refutaturus, quod erat propositum,
ita præparauit. In qua tandem urbe homines stolidissi-
mi hoc disputant. Deinde adiungit exempla Marti Ho-

P 4 rati,

ERAS.ROT. DE COPIA RERVM.

Vide Linii. li. i. ad urbe cond.
ratij, cum sororem occidisset, absoluти. His non absimiles sunt asseuerationes, quae cum argumenta non sint, tamen se numero pondus habent argumenti. si probationibus admisceantur. Ut quis tam cæcus qui hoc non uideat? Quis tam impudens, ut neget? Et illud, Stultius est quam ut refelli debeat. Quis enim non intelligit? &c. Et perfida faciem, & audie negare. Hæc cum ita sint, tandem impudentia est &c. Locupletantur & singulæ collectiōes, epilogis particularibus, quæ summam rationum paucis comprehensam, auditori denuo sub oculos reuocant, ut maiore cum fide conclusio succedat, qua quidem in re frequens est M. Tullius, propterea quod latius explicit argumentationis acié. Huius generis exemplum erit illud ex oratione pro Pompeio. Quare uidete, nū dubitandum uobis sit, omni studio ad id bellum incumbere, in quo gloria nominis uestri, salus sociorum, uictoria maxima, fortunæ plurimorum ciuium, cum republika defenduntur. Deniq; crescunt & excursionibus amplificationē, ut singulis probationibus, suos adfectus adjiciamus, ad quod propria destinata est coclusio. Quā si copiosam esse uolemus, geminam efficiemus, ut simul & per epilogum præcipua argumenta recenseantur, & adfectuū omne genus, p omnes locos, tractetur. Eos ex Aristotele, & Quintiliano petere licebit. Quin & poetæ in hoc genere miri sunt, inter adfectus autē ponenda delectatio, quanquam hæc non in peroratione tantum, uerum in tota oratione, cū res feret, debet admisceri. Porro quid

Lib. 6.

Lib. 6.

quid cuiq; iucundum sit , Aristoteles in affectuum locis diligenter prosequitur, & de facetijs, Marcus. Tullius, Quintilianus de risu scripsere , traditis iocandi rationibus. Sunt item & figuræ, quæ ad orationis iucunditatem pertinent , quas non magni negotijs est ex artis præceptis petere , & à nobis nisi multis uerbis , referri non poterant. Delestant & illusiones, sed agnoscentem dū taxat. Itaq; in loco sunt adhibendæ.

EPILOGVS.

ERGO cui placebit Laconica illa breuiloquentia, pri
mum Atticorum exemplo præfationibus, & ad-
fectibus abstineat. Rem simpliciter ac summatim expo-
nat . Argumentis, non omnibus utatur , sed præcipuis
dumtaxat, eaq; non explicatim fed confertim adhibeat,
ut in singulis propè uerbis sit argumentatio, si quis ex-
plicare uelit, sit docuisse contentus, ab amplificationibus,
ab asseuerationibus , è similibus, exēplis, sententijs, epi-
phonematis, fabulis, apologis, allusionibus, facetijs tem-
peret. Nisi quid horum ita erit necessarium, ut citra fla-
gitium omitti non queat. Item ab omnibus figuris, quæ
uel amplam, uel illustrem , uel acrem , uel ornatam, uel
iucundam reddunt orationem , abstineat , Rem eandem
ne alijs atq; alijs formis traçlet , & ita singula uerbis
significantibus explicet, ut multo plus intelligatur , quā
audiatur, & aliud ex alio colligi possit. Contra, qui co-
piā sequitur , singula dilatare studebit his fermè quas
dixi rationibus.

Vide Fab.
li.6.de ad-
fectibus.

Quid

QVID VTROBIQUE
VITANDVM.

Iliad. 7. **A**T caueat uterq; ne quod sc̄e sit, adfēclatiōne, in finitima uitia delabatur. Breuitatis amator uideat ne tantum hoc agat, ut paucā dicat, sed ut optima quām potest paucissimis. Et cui placet Homericum illud ταύρα, & eidem placeat, & hoc quod protinus sequitur ἀλλὰ μελά λιγέως. Et cui probatur οὐ τολμήσος, non pretermittat, & hoc quod statim subiungatur οὐ δὲ ἀφαιρετοτεών, nam nihil aequē conuenit breuiloquentiae quām herborum proprietas & elegan-
tia. Cui si accesserit simplicitas, facile uitabitur obscuritas, uitium, quod plerunq; breuitatis studium comi-
tari consuevit. At hic rursum uidendum ne frigescat oratio, dum nullis adfēclibus inflammatur. Proinderes ita ponetur ante oculos ut per se nonnullos aculeos tacite infigat animis. Tum omnia Attico lepore condienda erunt. Illud in primis cauendum, ne breuitatis studio ne-
cessaria diēlū p̄termitamus. Contrà, qui copiā petet, delcēlū itē adhibeat oportet, & herborū, rerū, & figu-
rarū. Ne ratiōes sint futilis, exēpla parū idonea, sentētiæ frigidæ, excursus æquo longiores, parūq; tēpestiui, ne fi-
gura durius adfēclata. Quapropter ordinis ac dispositio-
nis, summā oportet habere rationem, ne rerū indigesta turba, totus sermo perturbatus sit & confusaneus. Et ubiq; tedium uarietate, incunditate, risuq; leuandu-
Varietas potissimum petitur à figuris, & ab eisdē in-
cunditas.

eteditas R̄sus ab his pr̄ceptis quae tradidit Cicero. Sunt autē & peculiares partium varietates non negligendae. Proinde expediet plurimas exordiorū formulas in pro-
ptu habere. Sunt & narrationis cōplures modi, sunt ar-
gumentationum diuersae forme, neq; simplex adfectuū
natura, sed h̄ec à rhetorum pr̄ceptis petātur oportet.
Admonendū hoc quoq; ne quis in loco parē copiā ad-
fēcēmus. Sunt enim quædā sterilia. Verum relictis his
quæ natura copiam non admittūt, partes maxime fœcū
das ac tractabiles deligamus, nisi forte periclitandi aut
ostentandi ingenij causa, libeat aliquādo ex musca, quod
siunt, elephantum faccre. Quemadmodum Fauorinus
sebrim. Syneſius caluitum, nos Stultitiam Encomio,
ancoram Aldinam laudanimus in prouerbij. Sed in
exercendo detur uenia, si luxurict adulscens. Ceterum
ubi non luditur, sed res seria cum periculo agitur, ibi
rhetor non stultus adhibito consilio, copiæ modum ex
utilitate cause metietur

Li.3.de
orato.Meminit
Gel.li.17.
cap.12.In
prouerbio
festina lēte

AD SEBASTIANVM BRANT
Grammateum urbis Argentinensis,
Phalecium Erasmi.

Ormarunt alios suæ Camoenæ
Ornas ipse tuas magis Camoenas.
Multos patria reddidit celebres,
Urbem tu celebrem, celebriorem,

Multo

ERAS.ROT. DE COPIA RERVM.

Multo constituis, Sebastiane,
Lingua, moribus, eruditione,
Libris, consilio, seueritate,
Sic cum fœnore plurimo rependis
Acceptum decus, è tuo uicissim
Illustrans patriamq; literasq;

AD IO ANNE M SAPIDVM
suum, in discessu.

Quando distrahabimur absens absentis amici.
Candide Ioannes, hoc tibi pignus habe.
Quoq; magis spacium se iungat corpora nostra,
Mutuus hoc proprius pectora iungat amor.

PRAESTANTI ET CLARIS
simo uiro D. Desyderio Erasmo
Roterodamo, Thomas Didymus Aucuparius Poeta
Laureatus.

Theutonicæ splendor, decus & lux, palmaq; terre
Inter Germanos gloria prima uiros,
Inter & egregios salue præstantior omnes,
Quos nostro Pallas tempore docta dedit.
Sit tuus aduentus felix, præsentia salua,
Gaudet in aduentu turba diserta tuo.
Gaudet

Gaudet & exultat, iubilat, lætatur, ouatq;

Excipiens celebri nomen honore tuum.

Te genuit Phœbus, magnus nutriuit Apollo,

Læctauitq; suo sacra Minerva finu.

Te colit, obseruat, ueneratur, honorat, amatq;

Communi uoto iam studiosa cohors.

E I N I S

HIPERGIGANTIA
EPITOME

LIBRI DE COPIA VERBORVM

Erasmi Roterodami, qua ratio uarietate
orationis exemplis atque explana-
tionibus paulo aperto-
ribus traditur.



EPITOME LIBRI DE COPIA VER

borum Erasmi Roterodami, qua ratio na
riandæ orationis, exemplis atq; explana
tionibus paulò apertioribus
traditur.

PRIMA VARIANDÆ ORATIO

nis ratio, que planè simplicissima est,
consistit in Synonymia

Est autem Synonymia, cum diversa uerba eandē om
niō rem declarant, ita ut ad significationem nihil refe
rat, hoc an illo malis uti, ut,

Ensis. Domus.

Gladius. Aedes.

Mucro.

Codex. Decor.

Liber. Forma.

Pulchritudo.

Terra.

Humus.

Tellus.

Solum.

De Synonymis Fab. Quintilia, lib. 10. cap. 1.

Sunt autē, inquit, alia huius naturæ, ut idē plurib. uocib.
declarēt: ita ut nihil significationis, quo potius utaris in
seruit

tersit, ut ensis & gladius, alia quæ etiam si propriare
rum aliquarum sint, tropicōs tamen, quasi ad eundem in
telleclum ferūtur, ut ferrum & mucro, hacenius Quin
tilianus, &c.

Synonyma Dialectici uniuoca appellāt, dicuntur &
hæc polyonyma. Is uero cōtraria sunt, quæ dicuntur ho-
monyma, quæ latini Aequiuoca appellant, hæc autē una
uoce multa significant, ut uinea pro machinamēto belli-
co, quo muri diruuntur, & loco uitibus consito. Aries
machina bellica, & signum cœlestē & animal. Polypus
piscis, & narium morbus: sic taurus, canis, acies.

Antonius Mancinellus.

Diēlio multa notans dicetur homonymoni esse,
Ut lens ac acies, & olympus, palma, latexq;
Quæq; unum signant dic esse Synonyma uoces,
Ut terra & humus, tellus, ensis, gladiūs uue.

Fab. li. 10.
cap. I.

Est itaq; Synonymorum maxima uis undecimq; è bo-
nis autoribus contrahenda, uariaq; comparanda suppel-
lex. Et ut Fabius ait: diuitiae quædam extruendæ, quibus
ubicunq; desideratum erit, possit nobis constare uerbo-
rum copia. Neq; sat erit huiusmodi uocū mundum co-
piosum, ac penum parasse, nisi non solum in promptu.
uerum etiā in conspectu habeas, ut protinus uel non quæ-
sita se se ostentant oculis, &c.

Variandi

VARIANDI RATIO PER

Enallagen sive ἘΤΕΡΩΣΙΣ.

Proxima uariandi ratio est, cum uoce modice deflexa
uarietatis nonnihil conciliatur. Constat autem Heterosis
duobus potissimum modis, scilicet,

Partis communis	Verbum nomine.
tatione, cum per	Verbum participio.
mutatur.	Verbum supino.

ἘΤΕΡΩΣΙΣ
uaria eius-
dem dictio-
nis para-
goge, id
est, deduc-
tio ac de-
riuatio.

Qualitatis no- uatione com- mutatur.	Numerus.
	Persona.
	Genus, &c.

EXEMPLA VOCIS
modicæ deflexæ.

Edax	Bibax.
Edo.	Bibulus.
Bibofus.	Loquax.
Bibo.	Loquutuleius.
Nugator,	Blaterator.
Nugo.	Blatero.
Fallax,	Voluptuosus,
Falsus.	Voluptuarius
Nauta,	Gulo,
Nauita.	Gulosus.

In hisce tri-
bus subse-
quentibus
rationibus
non coniu-
tatur ade-
huc pars
orationis.

Gel.lib. 3:
cap. 12:

Q. Vorax

ERAS. ROTEROD. LIBER

Vorax,	Dicayx
Vorator.	Dicaculus.
Nasutus,	Tabellio,
Nasutilus.	Tabellarius.
	Homunculus.
Pauxillum,	Homulus,
Pauculum.	Homululus.
	Homuntio.

H V I V S G E N E R I S E S T , C V M
nomen substantium adiectivo com-
mutatur, aut contra.

Iuxta sententiam Homeri,	
Iuxta sententiam homericam	
Fauſti literæ,	
Faуſtinæ literæ.	
Vergili⁹ est sententia,	Amorem omo-
Vergiliana est sententia.	nia hincere.
Erasmiſtūlum,	Timent
Erasmiſtūlum	Barbari.
Homeri maiestatem,	Aemulatur
Homericam maiestatem.	Vergilius.
Genus hominum,	Assimulatur florib. qui ma-
Genus humanum.	tutino tempore uirescunt, ueſpere uero arescunt.

A U T C O N T R A A D I E C T I V U M
substantiuo commutatur.

Vir

Vir mir facundus.

Vir mira facundia.

Insigne impudens,

Insignita impudentia.

Homo egregie doctrinā

Homo egregia doctrina.

HIC VERBVM ACTIVVM COM

mutatur in passuum, aut contra.

Plurimam habeo gratiam.

Plurima à me tibi habetur gratia.

Magna me tenet admiratio,

Magna teneor admiratione,

Non sic amat filium mater,

Non sic amatur à matre filius,

Literæ tuæ maximopere me delectarunt,

Tuis literis maximopere sum delectatus.

Tua Epistola magno me affectit gaudio,

Ex Epistola tua magno affectus sum gaudio.

Porrò hic cauedū, ne perperam uertamus, neq; enim
hæc cōuersio seu reciprocatio procedit in qbuslibet, ut ce-
pi cibum, & captus sum cibo, cepi prouinciam, & ca-
ptus sum prouincia, qua de re uide Vallam, lib.6.cap.3.

Hic obserua non omnia actiua, licere mutare in passi-
ua, ut, Incredibile uoluptatē tuæ mihi literæ attulerunt,

Q 2 non

ERAS. R O T E R O D. LIBER

non autem perinde usitate dixeris. Incredibilis uoluptas
tuis ex literis mihi allata est, magnam cœpi uoluptatem
non autem capiebatur à me uoluptas.

C O N T R A P A S S I V U M
in actuum.

Ex epistola tua non uulgariter exhilaratus sum,
Epistola tua non uulgariter me exhilarauit.

Eximia quadam lœticia tuæ me literæ affecerunt,
Tuis ex literis singulari sum affectus lœticia.

Pars orationis tūc
dicitur mutari, quī
uerbū mutatur in no
mē, aut cō
tra rursū
uerbum in
participiū
& sic de
alij.
Theren, in
Eupn.

P R I M V S M O D V S H E T E R O =
sis ubi pars orationis mutatur.

Verbum nomine commutatur, & contra.

Non dubito quin possit,
Non est mihi dubium quin possit,

Non confido facturum me,

No est fiducia.

Iudicent alij,
Aliorum esto iudicium.

Quid hic redisti?

Quid hic redditio est?

Desine nugari.

Desine nugas.

Et contra

PRIMVS CÓPIAE
ET CONTRA NOMEN
uerbo commutatur.

Fol. 125,

Est illi mira sitis auri,
Mire sitit aurum.
Mea quidem sententia,
Ut ego quidem sentio.

Iudicio Pauli melius est nubere quam uri.

Ut paulus iudicat, melius est nubere quam uri.

Sophistarū est opinio quenquam se posse
Sophistae opinantur uel seruare uel perdere.

Omnibus sapiens est, sibi uni non sapiens est,

Omnibus sapit sibi uni non sapit.

I.Cor.7.

INFINITVM VERBVM

pro Nomine.

Et autē infinitum uerbum, quod certos numeros est
personas non habet, hinc etiā inditum nomē, alia enim,
uerba definiunt personas, primam, secundam & tertiam,
hoc autē sine personis ac numeris est, nisi adiungas, ego,
tu, ille, nos, uos, illos, ibi enim fit quasi finitū. Porrò ubi
non subiungitur ille uel iste &c. manet infinitum.

Nostrum istud uiuere triste, Persius saty. I. Nostra
uita tristis.

Fab. lib. 9.

cap. 3.

Virtus est uicium fugere Hora. lib. I, epist. 6.

Q 3 Virtus

ERAS. ROTEROD. LIBER.

Virtus est fuga uitiorum. Hic etiam pars oratio-
nis mutata est, uerbum scilicet in nomen.

Scire tuum nihil est. Per. sa. I

In his uerbū Velle suum cuiq; est, idem sa. 5.

infinitum uice Idem uelle & nolle ea demum uera est
Nominatiui amicitia. Cicero. Legere & non intelli-
ponitur. gere, negligere est. Bonum est legere
Euangelium.

Therentius in Eunuclo. Extrema linea
amare, non nihil est, id est, amoris.

Sic amare amor est, legere lectio, sapere sapientia, pœ-
nitere est poenitentia. Ego pœnitere tanti non emo. Demo-
sthenes apud Gellium lib. I. cap. 8.

HIC VERBVM PARTI-

cipio commutatur.

Amantem

Redama euns

redama

qui te amat.

Promercenti

Benefac ei qui

benefac

promeretur.

Participio pro Tui desidera

Te maxime

uerbo utimur tissimus est pro eo desiderat.

Fab. lib. 9. c. 3. Nemo tui nisi quod est. Nemo qui

dendi cupientior

te magis nisi

Volo datus pro dare, dñe cupiat.

VERBVM SVPINO MVTATVR,

Venit

- | | |
|-------------------|--------------------------------------|
| Venit creptum | Venit repetitum depositum. Vide cap. |
| Venit cripere | Venit repetere depositum. 61. |
| Venit ut cripiat. | Venit ut depositū repeatat. |

VTIMVR VERBO INFINI.

to pro Participio, seu Ge
rundijs loco.

Argenti magnum dat ferre talentum, ferre pro fe
rendum. Vergilius lib. 5. Aenei.

Græcanica est autem construēlio, ij enim infinitiis
pro gerūdio utuntur, tametsi etiam latini Poetæ ab hac
loquendi forma non abstineant, præscriptim Horatius. Ex
emplum igitur unum aut alterū, ex eo ac alijs subiçia,
quo dilucidior fiat res.

Et fundus, nec uēdibilis, nec pascere firmus, id est, ad
pascendum. Lib. i. epistola ad Sænam.

Et depugnare parati, id est, ad depugnandum lib. 2,
epistol. Tempus abire tibi est, id est, abeundi. Ad Florum
lib. 2. epist. Et cantare parcs & respōdere parati, pro ad
cantandum & respondendum. Vergilius Aeglo. 7.

Dederatq; comas diffundere uento, id est, ad diffun
dendum. Idem.

Nec longus patrios labor est tibi nosse penates, id est,
noscendi. Ouidius lib. I. Metamor.

Ille etiam Thracum populis fuit auctor amorē. Inte
�

Q 4 neros

ERAS. R. O. T. E. R. O. D. L. I. B. E. R.

neros transferre mares , pro transferendi. Ouidius lib.
IO. Metamor.

Habeo uobis dicere,id est,ad dicendum, Gellius. Adeamus uisere,id est,ad uisendum. Theren,in Hecira. Consilium coepisse hominis fortunas cuertere, id est,euertenodi. Cicero pro Quintio.

Sic dicitur,da bibere,id est,ad bibendum.

Sed si tantus amor casus cognoscere nostros,id est,
Seruius in cognoscendi.Vergilius lib.2.Aenei.

2.Aenei. Paratus sum scribere, & ad scribendum, uide Vallā
lib.I.cap.27. &c,

N O M E N P O S I T U M
pro Gerundio.

Sthelenus sciens pugnæ,id est, pugnandi, Horatius
lib.I.Car.Ode 15.Fabius lib.9.cap.3.

Cupidus litium Peritus belli.

Cupidus litigandi. Peritus bellandi.

G E R V N D I V V M G E R V N
dio commutatur.

Augustinus Dathus in elegantijs
suis præcepto.9.

Ouid

Quid uero pulchrius, quam si pro Gerundijs quæ appellant, utimur Gerundiis nominibus, ac tritum est Prisciani exemplum, ueni causa amandi uirtutem; ueni amandæ uirtutis causa, gratia gerendi bella, gerendorū bellorum gratia, ad amplexādam uirtutem, magis quam ad amplexandum uirtutem. Quæ una præceptio optima est, crebraq; eius apud M. Tullium, aliosq; eloquētes uiros fuit obseruatio. &c.

Est autem gerundium uerbum participiale quod in di.uel in do. uel in.dū. terminatur, sine certa generis & numeri terminatione, petitq; talem casum, qualem uerbum suum, à quo originem duxit. Gerūdium autē est nomen adieclīum à gerundio formatum, cuiusdem cum eo significationis, & declinatur per tria genera, & per omnes casus in utroq; numero, nec aliquem casum regit post se, sed pro suo substantiō requirit casum sui gerūdij secum in omnibus accidentibus conuenientem.

centoy deyntey

enco

florit differentis
inter gerundis et gerūdīus. M quomodo
accipit?

EXEMPLA VBI GERVN- diuum Gerundio commutatur.

Ad congerendas pecunias inhibat

Ad congerendum pecunias inhibat.

Eo ad salutandos fratres,

Eo ad salutandum fratres.

Profectus est Spiram ad uidendos Germanicæ principes.

Profectus est Spiram ad uidendū Germanicos principes.

Causa

ERAS. ROTERO D. LIBER

Causa uisitandi tui.

Causa uiendi te. *Vlendri siue vinclatur*

Pleriq; iuuenes sacras eedes uisitat ad spectadas pueras. Pleraq; iuuenum pars, non ob aliud tempora intrant nisi ad spectandum pueras.

Legendo libros doctus euades.

Legendis libris doctus euades.

Non est mihi otium huius rei narrande.

Non est mihi otium narrandi hanc rem.

Erasmus natus est ad restaurandas bonas literas.

Erasmus natus est ad restaurandum bonas literas.

In scribendis Epistolis opus est arte.

In scribendo Epistolas opus est arte.

Et eo paet uaria formari possunt exempla, pro genere
rum, numerorum, & casuum diuersitate.

HIC INFINITVM VERBVM:

Supino commutatur.

Hoc dicendum oportuit,

Hoc dicere oportuit.

Si quid recte curatum uelis,

Si quid recte curari uelis.

SPINVM PRO VER-

bo positum.

Libitum

Libilitum est	libuit.
Misertum est	misertus sum.
Pertœsum est	coeduit,
Placitum est pro	placuit.
Puditum est	puduit.
Licitum est	licuit.
Pigitum est	pignit.

Scriptum est à Cicero ne	Cicero scripsit.
Diclum est à te	Tu dixisti.
Nuntiatum est nobis	Nuntiauerūt nobis.

ADVERBIVM NOMI
ne commutatur.

Meliuscula est,	
Meliuscule est	
Plurimum est in foro	
Plurimus est in foro.	
Rarus est coniua.	
Raro est coniua.	
Multus est apud mulicrem,	
Multum apud mulicrem uersatur	
Perpetuus est in studio.	
Perpetuo studet.	
Continuus es in literis.	
Continuo incumbis literis.	
Frequens est in aula, pro frequenter.	

Affidu

aduerbia pro nominib⁹

ERAS. ROTERO D. LIBER

nomine pro Idus et dies
Assiduus est in literis, pro assidue.

Sublime uolans, pro sublimiter. Vergilius. Transuersa-

tuentibus hircis, pro transuerse. Verg. Aeglo. 3,

Sole recens orto, pro recenter. lib. 3. Georgico.

Viuite fœlices, id est, fœliciter.

felices

ADVERBIVM ITEM

in Nomen transit.

Iam eras hesternum consumpsimus, ecce aliud eras.

Persius. Hodie nus dies plurimum nobis attulit leticie.

Vide Seruum in commenta. in. 5. Vergili lib. Et c.

Tantum de primo modo Heterosis, qui est ubi pars ipsa orationis mutatur. Verbum nomine Et c. ut satis sum ac declaratum est, sequitur nunc secundus modus Heterosis.

SECUNDVS MODVS

Heterosis, ubi qualitas
nouatur.

HETEROSIS NUMERI

Vsurpat numerus pro numero. Fit autem hec numerorum uarietas per Synecdochen, in qua figura plurimum ualeat illa numerorum libertas, ut attestatur Fabius.
Vide infra ubi de Synecdoche.

Rhomanus prelio uictor, pro Rhomani uictores,
Est autem exemplum Liuijanum.

Eques

Eques maxime resistebat , pro equites
resistebant, est et hoc Liuianū ex.li.4.

Haud secus i patrijs acer Rhomanus in
armis, pro acres Rhomani. Ver.l.3 Ge.

Viterumq; armato milite cōplent , pro
armatis militibus. Idem li.2. Aenei.

Singularis pro plurali. Omnem pecuniam absumpsit, pro om
nes pecunias.

Barbarus certat cum Erasmo, pro bar
bari certant.

Turca inseclatur Christianos.

Populo imposuimus, id est, imposui.

Oratores uis̄ sumus, id est, orator ui
sus sum. Cicero de
seipso log
tur.

Nos formulas quasdā Copiæ, ceu fon
tes ostendere sumus conati, pro ego Eras
mus conatus sum.

Sed nos immensum spacijs confecimus
æquor, Vergilius.2. Geor.

Hominis uultus, pro uultu.

Animus quo animo.

Dico plu
raliter qd
singulare
est, qd sin
gulare est
pluraliter
Fabi. li. 8.
cap. 6.

PLVRATIVVM PRO SINGVLARI in prima psona ponere, usitatissimū est apd scriptores.

Exemplum Vergilianum ex Tityro.

O Melibæc

ERAS. ROTEROD. LIBER

O Melibæe Deus nobis hæc otia fecit,
Namq; erit ille mihi semper Deus, illius aram
Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.
Ille meas errare bouses.

Hic de ſe loquens Tityrus, nunc nos, nunc me ait, Vide
Vallam libro tertio cap. II.

ALIQUOTIES MODES.

Vide Eras.
mū i libel
lo de con-
ſribendis
Epiftolis.

tiæ cauſa.

Principes modeſtiae gratia, ne ſoli uideantur omnia
gerere & quo tyramidis ſpeciem fuſiant. Tyramicum
enim uidetur, poteflatem cum nullo prorsus habere com-
munem, loquuntur fere puraliter de ſe, ut Nos Maximus
lianuſ Rhomanoruſ Imperator. Nos Philippus diuino fa-
uore Hefſorum Princeps. Hic & olim apud ueteres, ſi
quispiam magistratu fungens, hunc in modum ſcripsit.
Considerauimus, retulimus, ſtatuumus. nimiri, munus
publicum cum ſuis collegis communicans, & poteflatis
inuidiam declinare uolens,

IN SECUNDA VNQVAM

nisi genus ipsum ſignificamus
non personam.

Quæ uerba libido eſt, id eſt, uirorum,

Peneio

Penelope ad Vlyssem apud Ouidium.

Hæc ego dum stulte incitor, quæ nostra libido est,
Ese peregrino captus amore potes.

Taxat enim uirorū genus, ueluti si quis uni mercetrici dicat, uos estis pernicies adolescentum non unam notans,
sed totum ordinem, Eras. de conscribendis Epistolis.

IN TERTIA, INVIDIAE

causa mutauit Therentius.

Cum ad uxoris uentum est, tum fiunt scens. Verba
sunt Nausiſtratæ in Phormione Therentij actu. 5. scæna
ultima, ad Chremetem uirum, quem ob inuidiam in ter
tia persona, Senes appellauit, &c.

inexplicatosq; Platonas. Martialis de uno Platone.

HETEROSIS PERSONAE.

Variatur & persona pluribus modis, uel quā certa
pro quāvis alia ponitur.

Quid facias? ut homo est, ita morem ge
ras, Therentius in Adelphis.

Vide Val.
lib. 5.

Videas & flurina sicca. Ver. Aeglo. 7.
Deuenere locos, ubi nunc ingentia cernes
Mœnia. Ver. Aenci. lib. I.

Secunda per
sona pro
prietas. Priusquam incipias, consulto, ubi cōſulue
ris, mature facta est opus. Salustius.

Quid

ERAS.RO TER O D . LIBER

quavis alia. Quid agas cum eo qui nihil intelligit?
Cerneret alios trepidare, alios circum-
spectare fugam.
Vidisses omnes obmutescere.
Nescias præstare uelint minus, an pos-
sunt, Fab. lib. 4. cap. 3.

PRIMA ET SECUNDA PER
sona ponuntur pro qualibet.

Ne mibi tum molles sub Dio carpere somnos
Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas
Quum positis nouis eximis nitidusq; iuuenta,
Voluitur, Vergilius de serpente, lib. 3. Geor.

Neue tibi ad solem uer gant uineta cadentem.

Non sibi
uni sed om-
ni bus. præ-
cipit, Fab.
li. 9. cap. 3.
In his duobus exēpliis Ver gilianis, ad uniuersos sub
prima & secunda persona præcipitur, id quod frequen-
tissimum est in omni gencre scribendi, ut si dicam. Stul-
tum est laborare dum nihil proficis, idem est ac si dicere:
Stultum est homines laborare, dum nihil proficiunt. Si tu
hic sis aliter sentias, id est, si alijs tales esset aliter sentir et.

TERTIA PERSONA NON
nunquam pro prima aut secun-
da usurpatur, ut.

De nobis tanquā Ait Clodius, id est, tu aīs. Dicit Seruius
Negat

Negat Cicero, i, ego nego, Negat Tull.

Nec meminisse pigebit Elyssæ, id est tui. lib. 4. Aenei.

Naso parum prudens artem dum tractat amandi.
Hic Ouidius in tertia persona de se loquitur tamquam de
alio quopiam.

Nūquam Erasmus Guilielmi queat obliuisci, pro eo
quod est nunquam tui potero obliuisci.

Manibus hoc referes telo cecidisse Camillæ. In tertia
persona dixit telo Camillæ, pro telo meo, Ver. II. Aenei.

Et tandem Turnum experiatur in armis , 7. Aenei.

AD PERSONAE HETERO

si pertinet & Apostrophe,
id est, conuersio.

Apostrophe est cum per secundam personam ad aliem
quem conuertimus sermonem, præter reliquā narratio-
nis compositionem, ut, Vergilius. 2. Geor. de Italia.

Extulit hoc Decios, Marios, magnosq; Camillos,
Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar.

Hic ad Augustum per Apostrophen se conuertit, tametsi
ad eum non erat sermo constitutus.

Vergilius libro. 3. Aenei.

Polydorum obtruncat, & auro

Vi potitur, quid non mortalia pectora cogis.

Auri sacra famæ?

Idem libro primo Aenei.

R. Sin

ERAS. ROTERO D. LIBER.

Sin absumpta salus, & te pater optime Teucrū pon
tus habet Lybie.

Idem libro 2. Aenei.

Nec te plurima Pantshu.
Labentem pietas, nec Apollinis insula texit.

Idem lib. 6. Tu quoq; magnam.

Partem opere in tanto , sinceret dolor, Icare haberet
Elegantissimam etiam habes Apostrophen Erasmi no-
stri ad Philippum Beroaldum, in uita Hieronymi.

VERGILIUS PARENTHESIN
cum Apostrophe coniuxit in illo.

Li. 8. Aene

Haud procul inde citæ Metium in diuersa quadrigæ
Distulerant (at tu diælis Albane maneres)
Raptabaq; uiri mendacis uiscera Tullus .

Parenthesin Græci uocant ait Fabius lib. 9. nos interpo-
tionem dicimus, dum cōtinuationi sermonis medius ali-
quis sensus interuenit. Hanc Diomedes διάλυσιν, id est,
dissolutionem uocat.

HVC QVO QVE PERTINET, QVO
ties uerbum personale impersonali commutamus, ut,

Non

PRIMVS CÓPIAE.

Fol. 130^r

Non te hæc pudent? Therentius.

Non te horum pudet?

Dicitur passim, Pontificem aduentare,
Pleriq; dicunt, Pontificem aduentare.

Vbi uentum est ædes, In Heauton.

Vbi uenimus ad ædes.

Scholasticos pœnitentias inscritæ,
Scholastici pœnitent se nihil didicisse:

HETEROSIS GENERIS.

Est nonnihil uarietatis ~~in~~ in generis commutatione.

Lachrimat Lachrimatur Fab.lib.

Luxuriat Luxuriatur. (9.ca.3.

Fluēt Lachrimatur.

Comutatio Præuertere Præuerti.

generis in Præcipitat pro Præcipitatur.

uerbis. Auertit Auertitur.

Malignat Malignatur.

Naufragat Naufragatur.

Medicare Medicari.

Multa sūt

Hæc prædicta uerba ac similia, tam in terminatione uerba i or.
actiua, quam in passiva proferuntur, idemq; si gnificant quæ ab an
sub o, & or, &c.

tig; (testie

Pris. (tam

R 2 Solebat

ERAS. ROTERO D. LIBER

aetiu aqua	Solebat fieri,	
passua si-	Solitum est fieri.	
gnificatio	Non quivit compesci,	
nc prolata	In his aetiuum pas-	Non quita est compesci.
ueniuntur.	suo commutatur.	Desit haberi in precio,
quænibilo		Desita est haberi in precio.
minusPris		Causa coepit agi,
ci.ipse enu-		Causa copta est agi.
merat.		

Vide Gel-
lium li. 18
cap. 12.

Assentio	Assentior.
Impertio	Impertior, nō impartio au-
Comperio	Comperior (tore Pris.
Reuerto	Reuertor.
Fabrico	Fabricor
Alterco	Altercor.
Iurgo	Iurgor, sed posterius usitatius est,
Partio	Partior, Valla lib. 5. ca. 33.
Conuerto	Conuertor,
Significo	Significor
Munero	Muneror
Sicrifico	Sacrificor
Cæno	Cænor
Pignero	Pigneror.

Pleraq; alia recenset Nonius Marcellus de contrarijs
generibus uerborū, uarie à uetusissimis latinorū usur-
pata, in quibus usus postea repudianit, alteram termina-
tionem, &c.

Conspicor

Conspicor & conspicio.

Vbi mutatur & συζυγία, id est, coniugatio, alterum enim est primæ, alterū uero tertiae coiugatiōis &c

Illa uero quæ refert Diomedes.

Fruſtro. Patio. Populo:

Moro. Demolio. Auxilio.

Digno. Atq; id genus alia, priscis arbi Sunt enim
tror relinquenda, nisi in carmine inciderint, tum enim ex inusitata.
cusatius adhibebuntur &c.

VARIATIO GENERIS in Nominibus.

Pileum & Pileus

Hic ficus Hæc ficus.

Ficus arbor fœminini generis tantum est secundi &
quarti ordinis. Ficus fructus masculino et fœminino ge-
nere, in utraq; declinatione usurpatur. Aridæ fici Macro-
bius in Saturna, ut *ficus uirides* apud Suetonium in Au-
gust. uide Vallam lib. I. cap. 4.

Martialis epigrammatum lib. 5.

Cum dixi ficus, rides quasi barbara uerba.

Et dici ficos Ceciliane iubes.

R 3 Dicemus

ERAS. R O T E R O D. LIBER

Dicemus *ficus* quas scimus in arbore nasci.

Dicamus *ficus* Cæciliæ tuos,

Idem lib. 7. de familia ficoſa.

Cum ſint ficosi pariter iuuenesq; ſenexq;

Res mira eſt, ficos non habet unus a ger.

Hic barbitus hoc barbiton.

Hic helleborus hoc helleborum.

Hic angiportus hoc angiportum.

Hic tonitrus Hoc tonitru.

Hic baptismus hoc baptismum.

HETEROSIS CASVS

Et casus quoq; uariatur, quñ alius pro alio ponitur.

Eius rei

uenit mihi in mentem.

Ea res.

Non sum id nescius.

Non sum eius rei nescius.

Casus pro casu positus.

Vſurpatur interdum casus pro casu. Genitiuus casus ponitur nonnunquam pro Nominatio. Tullius li. I. de diuinatione. Quum illius diei mihi uenit in mente. Genitiuus pro Ablatiuo. Autor ad Herenniū lib. I. Oratoris officium eſt de his rebus posſe dicere, que res ad uſum ciuilem

ciuilem moribus, ac legibus constitutæ sunt, cum aßēfio
ne auditorum, quo ad eius fieri poterit, id est, quātum ab
eo. Datius pro Ablatiuo. Vergilius lib. 5. Aenei. Nemo
ex hoc numero mihi non donatus abibit, pro à me. Accu
satius pro Nominatiuo. Vergi. lib. 1. Aenei. Vrbē quam
statuo uestra est subducite naues. Vrbē pro urbs. Nomi
natius pro Vocatiuo. Plinius lib. 7. naturatis historie
de Cicerōe. Salue primus omniū pater patriæ appellate.
Vergi. Nata meæ uires, mea magna potentia solus. No
minatius pro Accusatiuo. Therentius in Andria. Que
ſeſe optauit in honeste parare hic diuitias, quām in pa
tria pauper honeste uiuere. Ouidius lib. 13. Metamor.
Sed enim q̄ retulit Ajax Esse Iouis pronepos, plura uide
apud Nonium Marcellum de numeris & casibus.
Excidit mihi memoria huius rei in Nominatiuo.
Hæc res excidit mihi memoria. In ablatiuo.
Quædam etiā citra tropū duplícē habent conſtructionē.

Hanc rem.

Vter	Abutitur operam.	Vide infra
Hac re	Theren. in prolog. Andr.	ubi de syn taxeos ua riatione.
tui		
Egeo		
te		
pecore		
Dives	Insula dives opum.	
pecoris	Verg. in 2. enei.	

R 4. Done

ERAS, ROTERO D. LIBER

Dono te libro,
Dono tibi librum.
Impertior heram hoc malo,
Impertior heræ hoc malum.
Indiget auxiliu uel auxilio.
Hæc eodē mo-
do diuersā ha-
bent construs-
Elionem. Studeo huic rei, & in hanc rem.
Inest huic loco, & inest in hoc loco:
Ego sum particeps laborum tuorum.
Sum tibi in laboribus particeps.
Impende curam uel operam, uel labo-
rem uel studium huic rei, & in hanc
rem, & ad hanc rem.
Tu es natus laudi, & ad laudem.

HETEROSIS SPETIEI.

Species est, qua nomen primigenium, aut deriuatum
discernitur. Omne enim nomen, uel primituum uel de-
riuatuum est. Primituum quod ex se nascitur, ut mōs,
schola, urbs. Deriuatum quod aliunde formatur, ut
montanus, scholasticus, urbanus. Porrò deriuatorū plus
res sunt species. Patronymicū. Possessiū. Denominati-
uum Diminutiū. Verbale, de quib. cūsule Grāmaticos.

Cum deducētījs utimur pro primoge-
mījs, ut

Magnis negotiījs prohibitus.

Magni

~~Tropus, est herbi vel sermonis in aliā significatio-~~
~~nem, à propria mutatio, ut cum Apostoli pescatores no-~~
~~cantur, iam rognatum quiddam pescator significat, non~~
~~id quod ante a proprio solebat. Schemate nō mutatur us~~
~~eis significatum, sed variatur eius inflexio, aut in oratio-~~
~~ne compositio, ut, quo de, pro, de quo, aut cum eloquen-~~
~~di forma mutatur. Quid nō mortalia pectora cogis, An-~~
~~xi sacra famas? Nō hoc aliter effertur, quām si dicam, ni-~~
~~hil nō cogit habendi cupiditas. In tropo mutatur signifi-~~
~~catio, ut progenies nuperarum, nam licet nō signi-~~
~~fiant proprio, quod solet serpentes, sed per tropum aliò~~
~~transsumuntur. In figura nō est significatio mutatio.~~
~~Nec enim mutatur significatio uerborum per interrogati-~~
~~onem, ut Tantone animis coelestibus ire? aut per ex-~~
~~clamationem, O Ilium, & ingēs gloria Dardanidum.~~
~~Sunt autem tropi duplices, dictionum & orationū. Di-~~
~~ctionum tropos noco, non quod per se posita dictio, non~~
~~in oratione, significacionem mutet, sed quod in oratio-~~
~~ne unius solius dictio significatio mutatur. Sunq; di-~~
~~ctionum hi tropi.~~

μεταφορά,	Translatio.	De his o m nibus co- piose infrā
συνεδοχή,	Intellectio.	
μετωνυμία,	Transnominatio.	
Tropi di- ctiōnum.	Permutatio nominis:	
κατωνομασία, οὐοματοποιία	Nominis confusio.	
καταχρησίς,	Abusio.	
μετάληψις,	Transumptio.	

Tropi

ERAS.R O T E R O D . L I B E R

Tropi orationis.

ἀληγορία Inuersio.

Cui adnumerantur Aenigma, Paroemia, Ironia,
Et c. Dicuntur autem tropi ex eo quod uertant oratio-
nem, unde Et motus dicuntur autore Fabio Et c.

M V T A T V R F I G V R A , C V M
simplex pro composito ponitur.

Temnere		Contemnere.
Hic sit mu-	Ruere pro	eruere.
tatio per	Ponere	deponere.
Apheresin.	Mittere	omittere.

R V R S V M V T I M V R C O M
posito pro simplici, ut

Conscribere		Scribere.
Comedere		edere.
Demirari		mirari.
Inaudire		audire.
Hæcuaria-	Incognoscere pro	cognoscere.
tio fit p Pro	Consipere	sapere.
thesin.	Complacare	placare.
	Dependere	pendere.
	Deridiculus	ridiculus.
	Quandoquidem	quando.

Fit

FIT ET HOC MODO.

Non potest pudeſcere.

Non potest pudeſieri.

Huiusmodi in Tempus eſt ut expergiſcaris.

choatiua interp Tempus eſt ut expergeſias.

tantur per uer Caleſcere & caleſieri.

bum ſio Tepescere & tepeſieri.

AD HANC FORMAM FORTASSE

referēdūm eſt illud, quoties compositam di

clionem ſimplicibus circumloqui

mur, hoc paſto.

Magnanimus uir, Pufillanimus.

Vir magno animo, Pufilloanimo.

Relege, denuo lege, Viripotens uirgo,

Magnopere te rogabat Virgo que uirum

Magno terogabat ope. ſuſtinere potest.

Sic maximopere, ſummopere, tanto-
pere & quantopere.

Non animaduertit Malo, magis uolo

Non aduertit animum. Nolo, non uolo.

Non ſatis facit. Indoelus, no doctus

Non facit mihi ſatis. Indies, de die in die

INTERDVM VARIATVR

Compo-

ERAS. ROTERO D. LIBER
INTERDV M VARIATVR
Compositionis ratio.

Exprobrare & approbare.

Persoluere.

Compositum Dissoluere *es alienum*:
pro cōposito. Exoluere,
Resoluere,

HETEROSIS TEMPORIS.

Tempus quoq; non raro commutatur, hoc est, sēpe
unū tēpus pro alio ponitur, ut præsens Coniunctiui, pro
præsenti indicatiui, ut gererem pro gerebam, cœnarem
pro cœnabam, cantarem pro cantabam. Præteritum per
fectum Coniunctiui pro præsenti Indicatiui, ut dixerim
pro dixi, scripsericim pro scripsi, docuerim pro docui, cre
diderim pro credam. Interdum præteritum perfectum
Indicatiui pro futuro eiusdem, ad assuerandam rem, ut
non futura, sed iam esse uideatur. Interdum imperfectum
Coniunctiui pro præterito plusquamperfecto eiusdem, ut
prædiceres pro prædixisses. Præteri. plusquamperfectum Cō
iunctiui uel Optatiui, pro plusquamperfecto Indicatiui, &
è diuerso, ut fuisset pro fuerat, excæcauerā pro excæcas
sem. Itē plerūq; in præterito plusquamperfecto Optatiui
subintelligitur uerbum, debo, eiusdem tēporis, ut Cice
ro pro Sextio: Restitisses, repugnasses, morte pugna op
petisses

petisses, pro eo quod est, resistere, repetere, mortem pugna oppetere debuisses. Deniq; circa uerba plusquamperfecti temporis & imperfeci coiunctio, Si, saepc subintelligitur, ut dedisses huic parco, id est, si dedisses. Venisses solus aperiisse tibi, id est, si uenisses. Id ferè Poetæ in carmine crebrius obseruat, de hac re uide Vall.li.3.cap.50.

Memini legere Vide Vall.contra Rauden.
Memini legisse.

Prædiceres, pro eo quod est prædictisses, uel prædicere debuisses, Theren.in Andria.

Laurus erat pro laurus esset.

Vicimus pro uincemus, Præte.pro futuro.

Salutato pro saluta.

Imus, uenimus, uidemus, pro iuimus uenimus, uidimus, Præsens pro præterito.

Fabius li.9.cap.3.

Transferuntur & tempora. Timarchides negat esse ei periculum à securi. Præsens enim pro præterito possum est. Et Vergilius: Hoc Ithacus uelit.

Si tales annos i prælio habebitis, quales hic ostenditis, uicimus Luii, lib.I.

HETEROSIS MODI:

Temporis mutationi affinis est Modi uariatio.

Vicero pro uincam, futu. Cōiuncti. pro futu. Indicati.

Salutabis pro salutato. Futu. Indica. pro futu. Impe.

Valebis pro ualeto.

Memineris pro Memento, Futu. Coniuncti. pro Impe.

Oderis pro odio habeto.

Ne cre

ERAS.ROTERO D.LIBER.

Nec rede, ne credas. Imperatius pro Coniunctiuo.

Si uoles, si uolueris. Optatius pro coniunctiuo.

Vbi uoles, ubi uolueris.

Cum uocabit, cum uocauerit. Indicat. pro præte. per.

Quia bene natus est, quia bene natus sit. Indicatius pro coniunctiuo.

Erasmus in similibus.

At insaniat, qui fratri imaginem ueneretur, corpus pulset ac uerberet. Ita stultum sit amare in adoptiis, non men, uerum fratrem abdicare, aut odiisse. Hic coniunctius pro indicatio positus est, id qd Erasmo admodum familiare est, ut insaniat pro insanit, seu insanus est. ita stultum sit, pro stultum est, &c.

Venari pro uenabatur. Infinitius pro præterito imperfecto Indicatiui, quod frequentissimum est apud scriptores, præcipue autem apud bystoriographos, Salustius. Milites Rhomani subito perculti timore insolito, armæ capere, alij abdere, pars territos confirmare, pro capiebant, abdebat, confirmabant. Therentius in andria: Omnes oia bona dicere, & laudare fortunas meas. id est, dicebant & laudabant. In Eunicho. Inuidere mibi mordere clanculum, ego floccipendere, pro inuidebant. mordebat, floccipendebam.

Coniunctiuus saepe loco Infiniti ponitur, ut studeas uelim, nolo legas, faceas uelim.

Coniunctiuus

Comunclius etiam interdū pro Indicatio usurpa*
tur, ut si pergis, abiero, pro abibo, &c.

HETEROSIS DECLINATIONIS

In nonnullis licebit & declinationem variare, ut,

Hilarus Hilaris.

Violens Violentus.

Iuger Iugerum.

Capo Capus.

Pauo Pauus.

In his variatur Scorpio Scorpius. De hac re uide
declinatio, sunt Strabus & Strabo Marcellum de
enim duplicitis Delphinus Delphin. mutata decli-
declinationis. Cōmēdus Cōmēdo natione.

Senectus Senecta.

Pinus Pinea.

Contagiū Contagio.

Hebdomada, &, & Hebdomas, adis.

Elephantus & Elephas

Iugerū uo
cabatur ut
scribit Pli.
li.18. quod
uno iugo
boū in die
exarari
potuisset,
uidcas &
Qui.lib. I.
ca.II. Vall.
li.I. cap.9.

HIS ADNUMERANT

Grammatici.

Inermus Inermis.

Vnanimus. Vnanimis.

S Imber

ERAS. ROTERO D. LIBER

	Imberbus	Imberbis.
	Syncerus	Synceris.
	Proclinus	Procliniſ.
	Infirmus	Infirmis.
	Effrenus	Effrenis.
Duplicis ordinis.	Bijugus pro Imbecillus	Bijugis. Imbecillis.
	Eneruis	Eneruis.
	Enormis	Enormis.
	Incolumis	Incolumis.

Semisomnus, quod secundū Vallam frequētius in se
cunda declinatione reperitur, uerum alia indifferenter us
uel is. terminantur.

HETEROSIS CONIVGATIONIS.

Variatur & coniugatio in aliquibus, ut,

Lauere	pro	Lauare.
Fēruere	&	Feruēre
Vide Marcellū Accersere	&	Accersire.
de mutata con. Laetare	&	Laētere.
Durare	&	Durere.

Conciliatur etiam nominib[us] uarietatis, quūm eadē di
Elio, iſſe mutatur figuris. Prothesi, Epenthesi, &c.

PROTHESI.

Lauere
uerbū est
3.con.sicu
ti dicimus
sono sonas
et sono so
nis, hic ait
ille: litora
lata sonūt
ut Pri. scri
bit.

Prothesi

Prothesis est figura quedam, estq; appositiō literae
uel syllabæ ad principium dictionis, teste Diomede.

Tetuli pro Tuli, Apud Therentium.

Gnato pro Nato.

Conscribere pro scribere.

Comedere pro Edere.

Vergilius lib. 2. Aeneidos.

Arduus armatas medijs in mænibus astas. Hic astas
per Prothesin prostantis ponitur, &c.

EPENTHESI.

Est autem Epenthesis interpositio, quum inter pri-
mam & ultimā dictionis syllabam adiicitur litera uel
syllaba, ut religio pro religio, apud Vergiliū. indupera-
tor pro imperator: apud Iuuenalem satyra 4. Mauortis
pro Martis. Horatius i arte. Fingere cinclutis nō exaudi-
ta Cethegis, ubi cinclutis pro cinclis ponitur. Estq; hæc
figura contraria Syncope, illa enim apponit, hæc autem
demittit, unde Mancinellus,

Syncope de medio tollit, quod Epenthesis augerat.

PROPARALEPSI.

S 2 Propara

DES. ERAS. ROTE ROD.

Proparalepsis, quam præassumptionem dixeris, eadem paragoge, & si Diomedes separat, cum ad finem quipiam accedit, ut dicier pro dici, extulit Persius, item admittier, accingier, pro admitti, accingi.

Paragoge contraria Apocopæ, addit in ultimo syllabâ aut literâ, ut dominarier pro dominari, amarier pro amari potestur pro potest. Ver. li. I. Geor. Sin macule incipient rutilo immiscerier igni, pro immisceri, &c.

APHERESI.

Aphesis, ubi simplex pro composito ponitur, seu ubi syllaba aut litera auferatur à principio dictoris, ut ruit pro eruit. Vergilius 2. Aeneidos. Ruit omnia late. Tenerc pro contempnere extulit Poeta ibidem. Linquac re castra pro relinquere.

Ouidius I. Metamor.

Pone metum dixit nūquā tibi causa doloris. Ibi pone simplex, ponitur pro cōposito deponc, plura exempla require superius in Heterosi figura. Est autem Aphesis contraria Prothesi, &c.

SYNCOPE.

Syncope

Syncope est ablatio de medio dictiōnis, ut

Dixti pro dixisti. Theren.

Repostum pro repositum. Verg. in I. ma

Accessis pro accessistis. net alta mēte re-

Extinxti pro extinxisti. postum.

Glutisse pro glutiniisse

Audacter pro audaciter,

Commorit pro commouerit.

Ouidius. Et quoties raro duxisti suspiria motu. Duxisti
pro duxisti, estq; hac figura plane contraria Epenthēst.

APOCOPE.

Apocope, est abscissio, amputatio seu subtractio literae
uel syllabæ de fine dictiōnis, contraria Paragogæ hinc
Mancinellus. Aufert apocope finem, quæ dat paragoge.

Achilli pro Achillis. Verg.

Literæ Peculi pro peculij

Fac pro face.

Mage pro magis.

Syllabæ Vis pro uis ne.

Sat pro satis. Claudite iā riuos pueri sat
prata bibcre. Ver. Aeglo. 3.

S 3 Meta

Metaplasmus est transmutatio quædam recti solitiq;
sermonis in alteram speciem, uel metri ornatus, uel ne-
cessitatis causa. Huius uero species sunt supra posite, fi-
guræ scilicet.

Prothesis	Aphesis.
Epenthesis	Syncope.
Paragoge	Apocope.

Et ceteræ quæ quia non admodum ad copiam facere
uidentur, prudenter in præsentiarum omittimus. Si quis
autem illas uolet, requirat uel ex Donato, uel ex tabulis
Petri Mosellani, à quo sunt aptissime digestæ.

VARIANDI RATIO

per Antonomam
fiam.

Satis copiose ut opinor, huc usq; de Heterosi seu Enal-
lage dictum est, & in quibus potissimum constat, sup-
est, ut nunc reliquas uariandi rationes aggrediamur. Pro-
xima uero uariandi sermonis ratio constat. Antonoma-
fia, id est, nominis permutatione. Fit autem cum pro-
prium nomē mutamus, ac aliud uice nominis ponimus.
Autor ad Herenniū lib. 4. Pro nominationē hunc Tro-
pum appellat, ut,

Pelides

Pelides autem Achille.

Romulidae pro Romanis.

Priamides Troianis.

Dardanidae Dardanis.

Anchisiades Aenea.

Pelasgi Græcis.

Tyrinthius Hercule.

Roterodamus Erasmo.

Cytherea Venere.

Hic cognoscet men pro certe nomine collocatur.

Cyprides Cintibia pro

Troiana Diana.

Saturnia Pallade.

Cynthius Junone.

Cyllenius Apolline.

Tytides Mercurio.

Diomede.

Nomina quæ Epitheton pro nomine

ipso subiungere licebit, ut

Ver g.lib.4.Aene

Thalamo quæ fixa reliquit Impius. Hic impius
pro Aenea dixit Dido.

S. 4 Penelope

ERAS. ROTEROD. LIBER

Penelope apud Ouidium in Epistolis

Outinam tunc cum Lacedemona clāſe petebat,
O brutus insanis eſſet adulter aquis.

Hic per contumeliam Paridem adulterum dicit,
omisso proprio nomine.

Liuius Pœnum pro Hannibale.

Videte nunc iudices quemadmodum Plagiosippus iſte
me traclauit. Ex Rhetorica ad Herennium.

In Therentio ſepe ſenex pro persona heri. Sic Vergilius
lib. 10. Aenei. Tros Rutilus ue fuat, pro Aenea et Turno
Idem lib. 2. Aenei. Hoc Ithacus uclit. Ithacus pro Vlyſſe.

Eius generis eſt, ſi quis,

Poetam Homero aut Vergilio.
Philosophum pro Aristotele.
Saluatorem CHRISTO.

Principē mundi Satana.

Principē eloquētiæ Cicerone.

Hæc per ex- Apostolū pro Paulo.
cellentiam Virginem Maria.
dicuntur. Vrbem Rhoma.

Quemad-

Quemadmodum Græci Persarum Regem βασιλέα nominant, eo quod præcipius inter reges sit.

Neq; ab hoc genere abhorret, si quis,

Fure Verrem.

pro Molli Sardanapalum. dicit.

Diviti Cræsum.

Crudeli Phalaridem.

VARIANDI RATIO

per periphrasim

Periphrasis latine (tametsi in uito Fabio) circumloquitio transfertur . Est autem periphrasis , cum una res pluribus uerbis, que tamen uno aut paucioribus dici possit, designatur & describitur, Hanc autor Rhetorices ad Herennium circuitionem nominat &c.

Euerfor	Carthaginis	Scipio.
Euerfor	Numantiæ.	

Scipionis prouidentia Carthaginis opes fregit, id est, Scipio Carthaginem fregit.

Troiani belli scriptor	Homerus.
------------------------	----------

Mantuanus natus	Vergilius.
-----------------	------------

Mantua.

Hora. lib.
I. epist. 2.

Venusimus poeta, Horatius.

Peripatetice scholæ princeps, Aristoteles,
Stoicæ familie pater, Seno.

Academicæ scclæ conditor, Plato.

Voluptatis assertor, Epicurus.

Romanæ eloquentiæ princeps, Cicero. Fab. lib. 8.

Humani generis seruator, CHRISTVS. (ca. 6)

Doctor gentium, Paulus.

Monstrorum domitor, Hercules.

Qui sub praetextu mendicitatis Satraparum opes
possident, Monachi.

Fit autem Periphrasis plurimis mos
dis, scilicet.

Etymologia.

Notatione.

Finitione.

Etymologia, est expositio unius vocabuli, per aliud.
Hæc ab alijs interpretatio nominis, à Cicerone tum ue-
riloquium (quod nomen tamè ipse reformidat) tum no-
tatio appellatur, quia notam facit rem, de qua prædicatur,
hanc etiam quidam originationem vocant, eo quod
uerborum origines inuestigat.

Etymologia, uera nominis ratio, uera nominis inter-
pretatio,

Huc pertinent quoq; & illa.

Effrontes pro inuercundos dicimus, qui omnem
deposuere pudorem.

Quo ore obiurgabis filium? In Phormione.

Quo ore appellabo patrem? In Heauton.

Qua fronte hæc audes facere?

O simpudens.

O **sdurum** dicimus cum impu-

O **sferreum** dentiam notamus.

Vide Eras-
smum in
Prouer.
Pudor in
oculis.

TRAHUNTUR METAPHO

ræ à sensibus corporis ad animum, quo
genere nihil est usitatus.

A uisu multæ ducuntur.

Video pro intelligo.

Perspicere pro cognitum habere.

Suspicere pro admirari seu uenerari.

Despicere pro contemnere seu fastidire.

Est autem proprie despicer, deorsum aspicere, sicut
suspicere sursum aspicere. Inde per translationem cum
quis aliū contemnit ac paruisfacit, despicere dicitur, quasi
infrā se & ad pedes suos proieclum aspicere, quem ad
modum suspicere est uenerari, quasi supra nos aspicio-
mus illum esse collocatum. Hæc Valla lib. 5.

In hijs &
alijs sequē-
tibus meo-
saphoris,
quod est
corporis
ad animū
transfe-
tur.

Oculis

ERAS. ROTEROD. LIBER

Oculis ferre, prouehementer amare, cu
ræq; habere.

In oculis esse, id est, palam manifestū ac
in propatulo esse.

O buersari oculis, pro eo quod est recor
dari & in memoria cogitationeque esse.

Respicere curam agere, ē rationē habere
Prospicere, in posterum consulere.

Conniuere, pro data opera dissimulare.

Cecutire, hallucinari. pro falli iuditio.

A B O L F A C T V.

Vide Pro
uer. O do
rari.

O dorari pro resciscere, ac sagaciter deprehensum at
que animaduersum cognoscere.

O dor pro suspitione acrumore, Cicero.
Est nonnullus odor dictature.

Olfacere apud Theretum in Adelphis pro
deprehendere.

Subolere pro tacite sētire aliquid, ut Plan
tus in Casina. Subolet iam uxori quod ego
machinor.

Nasuti, pro irrisores, qui docē norūt ali
os irridere.

Emuetenaris, dicitur is qui acri est exa
ctioque iuditio, quasi purgatæ naris & ue
hementer nasutus.

Mucosis

Mucosis naribus dicuntur stupidiores.

Obscœ naris.

Nasus pro iudicio Horatius. Non quia nulus illis crat nasus.

Putere pro displicere.

Huc pertinent & illa.

O let mendacium.

Redolēt Atticisnum.

O lent lucernam.

Hieronymus ad Pammachium. Epistole
tuæ olen Prophetas.

AGVSTV DVCTAE METAPHORÆ.

Concoquere pro ferre & uincere molestiam.

Decoquere pro deterere, ut apud Quintilianum:

Multa decoquit atas.

Deguſtare pro experiri.

Itidem gustum rei uocamus ueluti primam illam experientiam. Et de gustationem quasi specimen. Cicero ad Atticum. Hominem degustes. Idem ad cundem. Et latius ille tuus Atticismus ex interuallo regustatus, hinc & prouerbium. De gusto cognosco, id est, ex minima experientia.

T Saluam

ERAS. ROTERO D. LIBER

Saluam primam, dicimus illum gustum, quē pueri tanquam à nutrice imbibimus.

Palato satisfacere dicitur, quod animo placet.

Deuorare dicimur, cum rem alioqui acerbam ueluti citra sensum proferemus. Trāslatione sumpta ab ijs qui amara catapotia, tanquam inuitio palato, solent absorbere. Vnde aliquoties apud Ciceronem est Fabium deuore tedium, absorbere molestiam, Ita dicimus, semel deuorandum est tedium Grammatices.

HIIS AFFINIA SVNT ILLA.

Sapiunt arrogantiam.

Sapiunt heresim.

μωρίας ἐγκάμιον plane sapit Erasmicūm ingenuum.

Resipiunt iuuenile quiddam.

Nauseare cum tædio audire.

Euomere, dicere, quod dolor non sinebat reticere.

Expuere miseriam ex animo,

Conspicere pro laceſſere maledictis.

Despuere pro contemnere.

Stomachari pro indignari.

A B A V D I T V.

Andire pro obtemperare aut credere.

Atacis

A T A C T V S V M P T A E

Metaphoræ.

Sentire pro intelligere.

Complecti pro amare.

Osculari pro amare.

Tangere ulcus est mouere dolorem , eiusque
rei facere mentionem, quæ nos magnopere
urat,Refricare cicatricem, pro eo quod est dolo-
rem temporum spatio lenitum renouare.Sumpta metaphoræ à corporali uulnere,
quod iam coijt cicatrice obduclum.

Refricare

memoriam, pro eo quod est leui-
ter renouare , sed in malam fere
partem.Vulnus recrudescere, pro quo d est reinte-
grare animi molestiam.

TRANSLATIO AB IRRATIO

nali ad rationale

Gannite, Ther. Quid ille gannit? quod

Rudere, (uulpium est.

Blaterare. hominem dicimus odiosæ

Grunnire, ac insulsa loquacitatis.

T 2 Oblatra

ERAS. ROTEROD. LIBER

Oblatram pro obtreclare.

Allatram pro conuiciari.

Luius. M. Portius Cato, qui allatrare Scipiones magnitudinem solebat.

A V T C O N T R A R A T I O .

nali ad irrationale.

Canorum olorem.

Musicum lusciniam.

Perfidum uulpem.

Ambitiosum leonem.

Assentatorem dicimus canem.

Voracem uulturem aut lupum.

Loquacem graculum aut picam.

Salacem passerem aut hircum.

Cuiusmodi multa Vergilius tribuit apibus, dū quic
quid agitur i hominū republica, id traducit ad hoc ani-
mal. Lib. 4. Georgico.

Magnanimosq; duces totiusq; ex ordine Gentes,
Mores ut studia & populos & prælia dicam.

Item paulo post.

At genus immortale manet, multosq; per omnes.

Stat fortuna domus, & cui numerantur auorum.

Omnia hæc de apibus intelligit, quæ pro
prie hominum sunt &c.

Ab ani-

AB ANIMALI AD NON ANI-

mal, aut contra.

Duriuscula ac longius petita erit trāslatio, si ab animali
ad inanimale traducatur, aut contra.

At procul exculo miratus uertice montis, Ver.
Hic animale ad inanimatum transfūlit, cum uerticē ho-
minis ad montem traduxit.

Exiccatus est uertex Carmeli. Amos. I.

Hic quoq; quod hominis est, ad montem transfūlit.

Athlantis cinctum assidue cui nubibus atris,

Piniferumq; caput uento pulsatur & imbri.

Vergi. lib.

4. Aenci.

Hic quod animalium est, inanimato tribuit. Nam ut ho-
mines animales sunt, ita mons non habet animā, cui mē-
bra humana ascribantur. Caput enim humerus & hu-
iusmodi membra hominis sunt.

Et nūc omnis ager, nūc omnis parturit arbos, Aeg. 3

Omnia nūc ridēt, nūc formosissimus annus, Aeg. 7

Ridet ager, uestitur humus, uestitur & arbos. Mar. lib.

I. Quum omnia nūc uercent ac rideant in agris. In co-
uinio religioso.

Iratum mare.

Indignatus Araxis. Rebus sensu caretibus actū

Li. 8. Aene

Auidum mare. quendam, & animos das

Mirantur Gargara. mus. Fab. lib. 8, cap. 6.

Indignatum equeor.

Lib. 2,

Quod genus & plura sunt exempla, & frequentius ob-
uia, quam ut hic debent reserri.

Geor.

T 3 Aut

ERAS. ROTEROD. LIBER
AVT CONTRA, AB IN ANI-
mali, ad animal.

Si tantum pectore robur concipis. Veg. lib. II. Aeneid.
Hic à non animali ad animale translationem fecit. Nā
ut robur animam non habet, ita Turnus cui hæc dicuntur
animal habet.

Auferam à uobis cor lapideum.

Non enim lapis, sed homo propri cor & animam
habet, &c.

Ambo florentes etatibus, Verg. Aeg. 7.
Viridis etas Vernat etas.

AB ANIMALI, AD ANIMAL.

Coruum sui inequitantem,
Ut si quis dicat.
Pascentes apes,

Scatere nō
solū aqua
rū, sed her-
barū cæte-
rorū; sua
spōte uber-
ti nascētiū
Vall. lib. I.
Cap. 26.

AB INANIMATO AD INANIMATVM.
Syluam scatere, Fontium.
Odium suppululascere, Fruticum:
Pilos fructicare,
Ut si quis Barbam sylbescere, qđ pro Arborū
dicat. Orationē fluere, priū est. Fluminorū
Formam deflorere Florum:
Studium florere, Pelagus

Pelagus tenuere rates. Nam pelagus & rates animam non habent. In hoc autem facta est translatio, quia cum pelagus proprie retinere & circundare, rates sive naues intelligatur, nunc rates ipsum pelagus tenere discuntur.

Aliquando populi Rhomani uires, quæ malitia nocet exaruerant, uirtute optimatum reuirescent. Hic à reuanimi ad inanimâ facta est translatio, ab herbis vel arboribus ad ciuitatem. Nam herbarum & arborum est proprie arere & uirescere, &c.

Ex Rheto.
ad Heren.

Fluctus & undæ negotiorum.

Quoties fluctus illos ciuilium causarum paulisper uoluisset effugere.

Nos miseri turbulentissimis illis negotiorum undis sursum ac deorsum iactamur.

Sumpta Metaphora à nauibus quæ à uentis intempestuosis fluctuantur ac agitantur.

In Anti
barba. lib.

Eiusdem generis est.

Si quis collem uerrucam dicat, quemadmodū Cato in libro originum. Verba Catonis hæc sunt. Maturum cœso inquit (si rem seruare uis) faciendum, ut quadrigentos aliquos milites ad uerrucā illam, ira iubeas, eaque uti occupent, imperes, horterisq;. Porrò Quintilian. banc metaphoram, ut humilem & folidam notauit.

Gellius li.
3.cap.7.

T 4 Verecunda

Verecūda enim debet esse trāflatio (ut Cice.li.3. ad. Q.
fratrem scribit) ut deduc̄ta esse in alienum locum, nō ir
ruisse, atq; ut prccario, nō uiuenisse, uideatur. Idem do
cet autor ad Heren.li.4. ubi de translatione scribit, &c.

DE METAPHORA RECIPROCA

Quædam translationes, ut inquit Donatus, sunt recipro
cæ, sive communes, quas Greci ἀκολουθεῖς vocant.

Sitire a-
gros dici-
mus, cum
exaruerū-
longo tem-
pore subla-
cis pluuijs

Auriga pro gubernatore.

Gubernator pro Auriga.

Altum mare. Possimus enim cōuertere
Profundū ccelum altū cælū, profundū mare.

Hæc ἀκολουθεῖ. Herbæ florent.
sunt, possunt Iuuenes pubent.
enim conuersti. Prata rident.

Segetes sitiunt.

Naves uolant.

Aues natant.

ἀκολου-
θεῖ cum se
quentia nō
respondent
superiori,
bus Eras.
in Hicro.

Quædam uero non sunt communes sive Reciprocae, sed
uniuersitatis, non possunt enim conuersti.

Vertex montis pro cacumine.

Hæc ἀκολουθεῖ. Non cacumen capitidis pro uertice.
sunt, uniuersitatis Segetes flucluant
taxat partis. Vites germinant,
Nubes uolant.

Gemmam rustici dicunt in uitib[us]. Ver.

leg. 7. Turgent in palmite gemmæ.

Gemmare uites, et Columella. Cū pri-

Nonnunquā necessas- mum gummare incipiunt uites.

ria est Metaphora ut Sitire agrōs. Fab. lib. 8. cap. ulti.

copiose docet Ci. lib. Fruclus laborare.

3. ad Quin. fra. Luxuriare segetes.

Leta ubera,

Letas segetes.

Luxuriosa frumenta.

Durum hominem aspe- Non enim pro-
Fit etiam sim rum dicimus. priū erat qd da-
plici nomine Pecudem appellamus remus his affecti
Metaphora hominem uentri deditū bus nomē Fa.l. 8.

Cicero fer-
reum scri-
ptorē uo-
cat durū.

et iperitū.

Nā in arti-
b. dura di-
cūtur quæ
parū sunt
artificiosa.
cōtra mol-
lia, quæ sū
ma arte p-
fecta sunt.
Et c.

Saxeum hominem..

Ferreum scriptorem.

In Episke- Floridam ætatem.

to etiam in- Vitreas undas. dicimus.

terdum sita Viridem iuuentam.

est, ut cum. Cor lapideum.

Voracem ignem.

Plumbatum ingenium.

Interdum in uerbo

Auolat ætas.

simplici

Labuntur anni.

Hic ad

ERAS. ROTEROD. LIBER

Hic adiectione ex plicatur Meta- phora.	Inflammatur hominem cupiditate. Incenditur ira. Labitur errore
---	--

VARIANDI RATIO PER ALLEGORIAM.

Variatur & per Allegoriā oratio , ut per Metaphoram. Nam ut in uno uerbo sit Metaphora, ita ut in tota oratione & multorū uerborum cōtextu Allegoria. Est autem allegoria, quoties aliud uerbis, aliud sensu ostēditur, id est, aliud significatur quād dicitur, quale est illud

Matth. 7. Ne detis quod sanctū est canibus. Hic aliud intelligi debet, quād quod propria uerborum significatio poscit, ne pe, ne proſtituamus diuinam doctrinam, p̄efracē impijs, & contemnentibus Dei. Taliaq; sunt omnia ferē Pythagorica symbola, de quib. uide Erasmi nrī Chilidas, ſlatim in principio. Nihil igitur est aliud Allegoria, quā multorū uerborū continua quēdā Metaphora, ut,

Pedem conſerre, pro eo quod est concer-
tare argumentis.

Iugulū petere, pro eo qđ est caput causæ
aggredi, in agēdis autē causis iugulum

In his aliud
significatur. Orator dicitur petere, quādo id qđ po-
tentissimū est inuadit, ac ualidissime ad-
uersariū premit, uideturq; illū iugulare
argumētis, perinde ac alijs uibratis tēlis.

Tragulam

aliud dici
tur. Tragulam imjcerere, pro eo quod est dolos
ad decipiendum struere, moliri insidias,
fallariam intendere.

Vt ctiam nauem perforet, in qua ipse na-
uigeret, id est, ciuitatē cuertat, aqua subuer-
sa sibi quoq; sit pereundum. Allegoria est
Cicero in actione Miloniana.

HVIUS FREQVENS EST VSVS
in sententijs prouerbialib. ac prouerbijs, ut,

Flamma fumo est proxima, quo significatur pericu-
lum mature fugiendum esse.

Vino uenibili suspensa hedera nihil est opus. Cū si-
gnificamus rei per se laudabili, nihil opus esse comméda-
tione aliena, ut, Vera uirtus nullo eget præconio.

Cretizandum aduersus Cretenzem, hoc est, cum mē-
dacibus mēdacijs, cum perfidis perfidia, cum subdolis ac
uaniis dolo utendum.

Item in sacris frequentissimus est Allegoria usus, de
qua re uide Poli
citus est & Erasmus nosfer libellum quendam de Alle-
gorijs Theologicis præscribere.

VARIANDI RATIO PER
Catachresim.

Facit

Facit & Catachresis ad copiam sermonis. Est autem Catachresis tropus, quem nos abusionem dicimus, cum alienis abutimur perinde ac proprijs, cum propria deficiunt: Differunt autem inter se autore Fabio. Abusio & Translatio, quia Abusio, ubi nomen omnino defuit. Translatio, ubi aliud fuit. Hæc vocabulū qđ habet largitur, Illa, quia non habet propriū, extraneo id demonstrat nomine, quod suo nomine appellari non potest, ut,

Parricida, nō qui patrem id quod proprium significat, sed qui fratre aut aliū occidit.

Piscina in qđ lauamus, nec pisces insunt, ut Hæc nisi ex apud Suetonium in uita Tiberij. trinsecus su- Vires hominis breues sunt, abusus diciū meretur suū est, paruo enim dici debuit.

Ex Rheto = uocabulum Consiliū longum, cū magnū dicendū sit, rica ad He nō haberet, Vt paucō sermōe, cū breui dicendū fuerit, remnum. Donatus. Parua statura, cum breuis dici debeat.

Ci.li.3. ad Grandis oratio cum magna dici debeat. Qu.fratrē. Minutum animum pro paruo. Folia librorum, cum arborum sint.

Ver.lib.2. Facies simillima lauro, cum facies hominis sit. Acnei. Instar montis equum diuina Palladis arte, Aedificat, cum aedificare proprium ædium sit, non equorum.

Fabi.lib.8. Pyxides uascula sunt ex pyxo cōficta, sed per abusio cap.6. nem dicuntur etiam pyxides, quæ ex alia materia conficiuntur.

Varia-

VARIATIO PER

Onomatopœiam.

Accedit etiam nonnihil uarietatis ex Onomatopœia. Est uero Onomatopœia, nominis confusio. Ea utimur, quando res incidit, quæ nomen proprium non habet, uel si habet, non satis idoneum uidetur esse. Hanc nominatio nem grauem appellat autor ad Herennium.

Fabius lib. 8. cap. de Tropis

Onomatopœia, est fictio nominis græcis inter maximas habita uirtutes, nobis uix permittitur, inde tamen mugitus & sibilus & murmur uenerunt. Fit autem quādo uocis confusæ nomen ad imitandū sonū effingimus, ut ouium dicimus balatum: boū mugitus: equorū hinnitum: terribilem buccinæ sonitū, taratantara, Ennius, At tuba terribili sonitu taratantara dixit &c.

Onomatopœiae nominum.

Taratantara pro cātu tubæ, Bombus quē Plinius
Sibilus serpentis. Hiero contra apibus assignat.

Iouinia. Hæc sunt sibila Rhonchus steretis sonus.
serpentis antiqui. Sclopus.

Murmur aquæ Rugitus leonum.

Mugitus boum Hinmitus equorum.

Gemitus hominis & Latratus canum.
turturis. Balatus ouium.

Strepitus pedum Tinnitus sonus qui ex metallo

Stridor detium rum pulsatione efficitur.

fragor à fractarum rerum sonitu dicitur.

Vagis

ERA'S. R O T E R O D . L I B E R

Vagitus nox infantū. Bombarda à sono & tos
(nitru nomen accepit)

Huc quoq; pertinet Paragoge, id est, deducatio ac
deriuatio nouorum uerborum ex
Analogia sumpta.

Onomatopœia uerborum.

Syllaturire pro Syllæ mores imitari. Cicero
ad Atticum. Syllaturit animus eius & pro-
scripturit.

Cacaturire.

Micturire.

Esurire.

Et iuxta eandem Analogiam.

Dormiturire.

Scripturire. Hæc uerba ab extrema ultimi Su-

Proscripturire. pini terminatione formantur, as-

Diciturire. sumptario, ut mictum, mictorio, si-

Bellaturire. gnificantq; cupiditatem, ut parturio,

Nupturire. desidero aut opto parere: esurio, cupi-

edere &c.

Græcari & eadem analogia.

Inuenari.

Poetari.,

Cornicari

Hoc Persius à cornice fecit.

Rhetor.

Rheticari.

philosophari.

Theologari.

Item.

Laureati.

Nummati.

Scutati.

Pileati.

Laruati. eadem forma.

Personati.

Sic & siccessere & arescere dicimus.

VERBA ET NOMINA PER

Analogiam ficta à proprijs.

Syllaturire Bacchari.

Philonissare Debacchari.

Pythagorissare Battologissare.

Scotissare.

Ad hanc classem pertinent & illa.

Atticismus Laconismus.

Battologismus Platonismus.

Gnathonismus Solœcismus.

Phalarismus Barbarismus.

Dialogismus Iudaismus.

Christianismus Paganismus.

Laruati di
cuntur fu-
riosi, &
mente ca-
pti, quasi
à laruis ex
territi.

tent. die be-
fessè sunt
nide Bebe-
lium de
abuſione
linguae lao-
tine.

Hebrae

ERAS. ROTEROD. LIBER

Hebraismus	Monachismus.
DE APPELLATIVIS. ANIMATIS.	
Patrizo.	Theologari.
Matrizo.	Poetari
Monachari	Philosophari.
	Rheticari.

A G E N T I B V S

Græcari	Atticissare	Chalecidissare.
Cretizare	Laconissare	Carissare.
Corybantire	Biculissare	Rhomanisare.

A BRVTIS ET ANIMATIS

Caperare	Glocitare.
Caprire	Vitulari.
Bouinare	Vulpinari. Vide Chiliades Erasm.
Hircire	Equire. Aristoteles lib. 6. de natu.
Coccissare	Subare. anima. Ita subare dicitur
Cornicari	in suibus, quæ admodum
Arietari	equæ libidine stimulatae dicuntur equire. &c.

Hic quoq; notandum est, nō omnibus licere citra Analogiam noua nomina aut uerba effingerc. Nam qui mediocri sunt ingenio nō inuenire uocabula, sed inuētis uti debebunt. Errant igitur imperiti quidam, qui ex rerum proprietate & inutilibus obscurisq; significandi modis, noua rebus uocabula fungi posse tradūt. Figere autem ut attes-

ut attestatur Fabius lib. I. & lib. 8. cap. 3. Græcis magis concessum est, qui sonis etiam quibusdam & affectibus non dubitauerunt nomina aptare, non alia libertate, quâ illi primi homines rebus appellationes dederunt, nostri autem in iungendo, aut in deriuâdo paulû aliquid ausi, uix in hoc satis recipiuntur. Et idem dicit, noua uocabula nō sine quodam periculo fingimus. Nam si recepta sint modicum laudis afferunt, repudiata etiam in iocos exent. Rursum lib. 8. cap. de tropis. Fictio nominis Græcis inter maximas habita uirtutes, nobis uix permittitur, deniq; tâquam consummata sunt omnia nihil generare audiens ipsi, cum multa quotidie ab antiquis fictâ moriantur. Et Cicero de perfecto oratore ad Brutum. Ergo ille tenuis orator modo sit elegans, nec in faciendis uerbis erit audax & transferendis uercundus & parcax, & in priscis reliquisq; ornamentis, & uerborum & sententiâ remissior. Si autem uelis fingere, à Græcis mutuabis. Hinc fuit Horatius in arte poetica. Et noua, fictâq; nū per habebunt uerba fidem, si Græco fonte cadant.

VARIANDI RATIO.

per Metalepsim.

Confinis est abusioni Metalepsis, quæ latine transumptio dicitur. Ea est, ut inquit Diomedes, per translationem dictionum proprietatis dilatio, uel dictio gradatim à nomine, ad propriam significationem descendens, ut Verg. lib. Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris. Nā nigræ I. Achæi.

V intell.

ERAS. ROTEROD. LIBER.

Intelliguntur, ex nigris tenebras habentes, & per hoc de-
mum in præcepis profundæ &c.

Metalepsis figura est, quam nos uarie translatiuam,
transumptiuam, trāpositiuam uocamus, ut Fabius ait
in tertio. Fit autem quum aliqua dictio aliud a sua propria
significatione ex his quea præcesserunt denotat, ut ibi.

- Ver. æglo.
prima. Post aliquot mea regna uidens mirabor aristas.
- Hora. epis.
stol. ultim. Me quater undenos sciat impleuisse decēbres, id est,
annos quadraginta.
- ma lib. I.
Psal. 127. Labores manuum tuarum manducabis. Hic labo-
bores posuit pro his, quæ labore
acquiruntur &c.

Fabius in oclauo.

Transūptio est, quæ ex alio tropo in aliud uelut uia
præstat, & rarissimus est impropus. Græcis tamē fre-
quentior, meminit & huius lib. 6. cap. de risu.

VARIATIO PER METONYMIA M.

Non mediocriter etiam auget copiam sermonis tro-
pus, qui uocatur Metonymia, quæ etiam trāsmutatio di-
citur à Diomede lib. 2. Autor ad Herennium uocat hanc
Denominationem. Cicero & alij Rhetores Hypallagen
uocant, quidam uero transnominationem.

Metony-

Metonymia.

Transmutatio.

Denominatio. in idem recidunt.

Hypallage.

Transnominatio.

FIT AVTEM METONYMIA

multis modis, quos dilucidissime hic.

exequitur Erasmus.

Inuentor pro re inuenta, aut qui praesidet,

pro re subiecta ponitur.

Martem pro bello:

Bacchum pro uino,

Neptunum pro aqua:

Vulcanum pro igni.

Cererem pro pane seu frugibus.

Venerem pro libidine seu coitu,

Cupidinem pro amore.

Musas pro literis.

Vergilius, lib. I. Aenei.

Cererem corruptam undis, expediunt.

Theren, in Eunuclo.

Sine Cerere & Baccho friget Venus.

Eleganter Cererem pro cibo, Bacchum pro uino,

V 2 Venerem

ERAS. ROTEROD. LIBER

Venerem pro libidine dixit, continenter in figura persis-
stens, nam illud ipsum uerbum friget Metaphoram ha-
bet. Erasmus in Chiliad. b.

Oneranq; canistris Dona laboratæ Cereris,
Bacchumq; ministrant. Verg. lib. 8. Aeneid.
Implentur ueteris Bacchi lib. Aenei.

Receptus terra Neptunus.

Classes aquilonib. arcet. Horatius in arte poetica
Vulcano dicare.

Vario Marte pugnare.

Fabius lib. 8. ca. ulti. ut Vulcanū pro igni uulgo audi-
uimus, fū uario Marte pugnatū, eruditus est sermo, fū
Venerem quā coitum dixisse magis decet, ita Liberum
et Cererem pro uino et pane licentius, quām ut fori
sæueritas feret &c.

Nihil conuenit Musis cum Marte

Pli. lib. Venus confert oculis & uoci.

28. cap. 6. Venus medetur oculorum hebetationi.

Venere uox reuocatur.

Venus eneruat uires. Vergilius lib. 9. Aenei.

Sic si quis in sacris literis pro lege ponat Mosen, qui
est promulgator & uox legis &c.

Aut è conuerso inuentum pro inuentore,
quod durius tamen est.

Vinū precemur, nam hic Deus præsens est, hic uinū
pro Baccho uini inuentore positum est.

Continens pro Contento.

Epotos

Epotos cados, pro uino, seu quod in cadiſ
continetur, epoto.

MVTA
Cœlo gratissimus amnis, pro Dijs q̄ cœ-
lo continentur. Verg.lib.7.Aenei.

Sicut ex eo qđ cōinet, id quod cōinetur, usus recipit, ut,
Bene moratas urbes, pro ciuib⁹ bene moratis.
Poculum epotum, pro uino epoto.

Fab.lib. 8.

Sæculum fœlix, pro fœlicibus hominibus.

Nunc pateras libate Ioni, id est, uinum conten-
tum in pateris, Verg.lib.7.Aenei.

Ierusalem quæ occidis Prophetas,

Sic etiam litera pro lege.

Matth. 25.

DOMINVS REI PRO RE IPSA,
uel contentum pro continente

Iam proximus ardet Vcalegō, hic dominum domus
pro ipsa domo posuit, Verg.lib.2.Aenei.

Eamus ad nos, id est, ad ædes nostras. Ther in Eunu.

Non est pater, apud nos est, In Hecu.

Et cum dicimus hominem deuorari, cuius patrimo-
nium consumitur.

Hunc tibi comedendum propino, id est, cuius bona de-
uoranda trado, In Eunucho.

De scene gustarit, id est, de pecunia senis.

Crateras magnos statuunt, & uina coronant. Nō ui-
na sed crateras in quib. uina cōtinētur. Ver.li.1. et.7.Ae.

Dimitte arcām ire, & aspicies. Non enim, ut dicit

A posseſſo
re quod
possidetur
Fab.in 8.

I.Reg.6.

V 3 Beda

ERAS. R O T E R O D . LIBER

Beda, arca, sed plastrum quo continebatur arca uel bo-
ves ire poterant. &c.

EX EFFICIENTE EFFECTUM

significamus.

Verg.li.5.
Aenei. Hic melior remis, significat enim uelocitatem, sed
quæ per remos fit.

VEL CONTRA, EFFECTUM

pro efficiente.

Frigus pigrum, id est, efficiens pigritiam.

Mœstumq; timorem mittite, id est, qui mœstos facit.

Vergilius libro.1. Aeneidos:

Pallida mors æquo pulsat pede

Pauperum tabernas, regumq; turres.

Dicitur autem pallida ab effectu, quia pallidos homines reddit, Hora.lib. I. Car.Ode.4.

Pallentesq; habitant morbi,
id est, pallidos facientes.

Tristisq; seneclus, Verg.lib.6.Aenei:

Audax iuventa, Preceps ira.

Hilaris adolenscentia.

Inconsultus amor.

Inuercunda nox.

Audax uinum, Segne otium.

Cruenta & tristis lex, quod cruentas & tri-

Id quod effi stes faciat conscientias, terret enim & au-
cit ex eo qd get hominem.

Lectum

efficitur.

Lætum Euangeliū, quia lætas facit conscientias, est enim nūncium gaudij & pacis, annuncians remissionem peccatorum per CHRISTVM.

DVX PRO SVBIECTIS.

Ab Hannibale cæsa sunt apud Cannas sexaginta milia.
Mahometes copiosam Christianorū turbam occidit.

AVTOR PRO OPERE.

Vergilius uenit à Bibliopolis, nō Vergilius, sed Vergili⁹ liber, seu opus.

Plinius semper in manibus habendus.

Semper in sinu gestandus Cicero, hic enim uere latissimum potest reddere.

SIMILE EST HVIC.

Cum sacrilegium deprehensum dicimus, non sacrilegum.

Et armorum scientiam habere, non artis, id est, rei militaris.

VARIANDI RATIO

per Synedochen.

M 4. Vetus

Huius pugnae meminit Liuius lib. 2. de. 2. bello pun. Eutropi. li. 3. in hoc aut prælio Rhomano rū 40. milia peditū cæsa sunt. equitum duo milia ducenti.

ERAS. ROTEROD. LIBER

Vehementer adiuuabit Copiam *est* Syncedocke, quā quidam intellectōnem vocant. Est autem Syncedocke pleni intellectus capax, cum plus minuscē pronunciat.

Autor ad Herennium.

Intellectio est cū res tota parua de parte cognoscitur, aut de toto pars. Et autē hæc bisce subsequētib. modis.

CVM EX VNO PLVRES INTELLIGIMUS, id quod frequentissime Liuius facit, ut

Rhomanus prælio uictor pro Rhomani uictores.

Pæno fuit Hispanus auxilio.

Hostis habet muros, Ver. lib. 2. Acnei.

Italus fugatus, pro Italifugati.

Israelita in deserto Deo seruatori, *est* suo duci ingratius extitit.

Huc pertinet Heterosis numeri, cum singularis pro plurali usurpatur, aut contrā, quemadmodum superius attigimus, &c.

EX PARTE TOTVM.

Mucronem acumen gladij, pro ipso gladio.

Puppim posteriorem partem nauis, pro tota nauि.

Tectum pro domo.

Quadrupedem pro equo.

Matt. 10. Gladiū pro bello, ut non ueni mittere pacē sed gladiū.

Matt. 5. Tale est. Si quis percusserit te in dextram maxillam, obuertere ei & sinistram.

Aut

AVT CONTRA, TOTVM PRO PARTE

Ipsius ante oculos ingens à uertice pontus,

In puppim ferit, id est, magna pars ponti. Non enim
hic totū pelagus suisse dicit, sed magnā partem pelagi.
Veg. lib. I. Aenei.

Idem. Fontem ignemq; ferebant, id est, partem fontis
& ignis, &c.

EX SPETIE GENVS.

Iracūdior Adria. pro quo quis mari dixit. Hor. li. 5. ode. 9.

Achelōia pocula, pro quo quis flumio posuit, Verg. de
hoc uero loco uide Macro. lib. 5. Saturnalium. Li. I. Geo.

Idem. Dentesq; Sabellicus exacuit sus. Sabellicum suē
pro quo quis sue posuit. Li. 5. Geo.

Idem. Ilas ducit amor trās Gargara transq; sonantē
Ascanium. Hic Gargara pro quolibet monte, & Asca-
niū pro quolibet flumine posuit, teste Seruio.

EX MATERIA REM CONFECTAM.

Ferrum pro gladio.

Abies,

pro nauī.

Pinus;

EX PRAECEDENTIB. SEQVENTIA.

Virgineam soluit zonam, pro deuirginauit.

Subdidit equo calcaria, id est, cucurrit.

Pallet, timet, rubet, conscius est.

Cum

ERAS. ROTEROD. LIBER

CVM ALIVD EX ALIO

intelligitur.

Vixerunt, pro mortui sunt. Dixit Cicero de coniuracis iam supplicio affectis.

Nos quoque florimus.

Fuimus Troes, Lib.2. Aenei.

Fab. lib. 8. Aliud etiam ex alio intelligitur.

Aspice arata iugō referunt suspensa iuueni.

Ver. Aeg. Vnde apparet noctem appropinquare.

2. Et iam summa procul uillarum culmina fumant.

Maioresq; cadunt altis de montibus umbræ.

Aeglo. I. Per hæc innuit noctem instare.

EX SIGNO RES SIGNATA.

Non illæ te nuptiales tibiæ eius matrimonij commonebant. Hic omnis sanctimonia nuptiarum uno signo tibiarij colligitur. Sunt autem tibiæ nuptiarum signa, quæ enim nuptijs & funeribus & maiores nostri utebantur. Dicuntur autem hæc uerba in adulterum, à quo nolatus alicuius sit lectus, &c.

VARIANDI RATIO PER

Acquipollentiam.

Præcipua variandi ratio sumitur per istod uerbiac, id est, per Aquipollentiam. Ea constat negationis additione, detractione, geminatioe, & uerbis contrariis, &c.

Iſodynia

ISODYNAMIA NEGATIONIS

additione.

Primas obtinet, id est, primum locum.

Non est in postremis.

Hic additur Vir egregie doctus.

negatio, Vir minime indoctus.

Sine labore discis.

Nullo labore discis.

Est homo doctrina admiranda,

Est homo non contemnenda doctrina.

NEGATIONIS DETRACTIONE

Non nihil fallacie intendendū est homini;

Hic afferetur negatio: Aliquid fallacie intendēdum est homini.

Homo minime malus,

Homo quiduis potius quam malus.

NEGATIONIS GEMINATIONE

Omnia fecit,

Nil non fecit.

Omnes amicos alienauit,

Hic Geminatur seu Neminem non alienauit.**duplicatur negatio.** Omnibus maledicit,

Nulli non maledicit.

Vincit omnes candore,

Neminem non vincit candore.

Isodye

ERAS. ROTEROD. LIBER
ISODYNAMIA FIT ETIAM VERBIS
contrarijs addita uel detraicta negatione

Placet,	Accipio conditionem.
Non displicet	Non recuso conditionem.
Omnis reijcit,	Nemini placet,
Neminē non reijcit.	Omnibus displicet.

Hic autem animaduertendum, quæ uerba cum quib.
pugnēt, quæ inter se contraria sint. Assumpto autem uer-
bo diuerso & apposita aut adempta negatione, statim
nouam orationis faciem constitueris, ut iam uisum est,
plura uero hac de re uide ca. 48. Et tribus sequētib. Et c.

VARIANDI RATIO PER
comparatiua.

In nonnullis comparatiuis dictionibus fit hæc cōmu-
tatio, translatiſ dūtaxat partibus.

In his omnibus op-	Anteponit famam pecuniae.
ponitur uerbum	posthabet pecuniam famæ.
aut dictio contra	Minoris facit famā quā pecunia.
ria, & partes post	Pluris facit pecuniam quā famā.
uerbū recte trans-	Prius habet lucru quā honestum,
ponuntur.	Posteriorius habet honestū quā lucru.

Vide cap.
45.

HAEC AVTEM COPIA NAS-
citur ex contrarijs, cuiusmodi sunt,

Suspicit.

Suspicit,	Amat,	Indulget.
Despicit,	Odit,	Castigat.
Arridet,	Appetit,	Curat.
Timet,	Fastidit,	Negligit.

VARIANDI RATIO PER COM.
mutationem Relatiuorum.

Relatiuum est quod sine alterius adminiculo non potest intelligi. Dialectici dicunt Relatiuum esse, quod aliquid refert, sive quo nec ipsum potest consistere, ut pater & filius, Dominus & seruus. Relatiua sunt, quia nec pater esse potest, nisi habeat filium, nemo enim dicitur pater nisi respectu filij, talis uero respectus relatio vocatur, &c.

Vxor, Maritus.

Socer, Gener.

Nurus, Socrus.

Loco, Conduco.

Pater, filius.

Nubo, Duco.

Nomi: Præceptor, Discipulus. Verbo Debeo, credo.
nū rela Dominus, seruus. rū relatio Doceo, disco.
tiones. Nouerca, Prinignus nes. Refero, Audio

Locator, Conductor.

Capio, Adfero.

Clicens, Patronus.

Hera, Famula.

Exempla.

Vxor illius esse non null.

Non null illum maritum.

Recusat

DES. ERAS. ROTERO. LIBER

Recusat illius esse sacer,

Recusat illum generum.

Pudet me huius nurus

Pudet me huius socrum uideri.

Non alium patrem mibi optem,

Nullius malum esse filius.

O me fœlicem Erasmo præceptore,

Fœlicem me qui Erasmi sum discipulus.

Caue isti locaueris agrum,

Ne committas ut hic agrum conducat tuum.

Iamdudum exspectat ut uiro nubat,

Exspectat ut se uir aliquis ducat.

Nolim tibi debere,

Nolim te mibi creditorem.

Hoc me docuisti.

Hoc ex te didici.

Hoc mibi retulit Erasmus,

Hoc ex Erasmo audiui.

Plurimum ex ea re capies emolumenti.

Ea res plurimum tibi adferet emolumenti.

Literæ non parum ornamenti tibi conciliabunt,

Ex literis non parum ornamenti tibi accedet.

Pater filio reconciliatus est,

Filius cum patre redijt in gratiam:

VARIANDI RATIO PER

Amplificationem.

Ex Auxesi, hoc est, amplificatione uariatur oratio, cū

ampli-

Auxesis
est quando
plus dici-
mus, quā
res ipsa ui-
detur po-
scere.

à quibusdam uero Eminentia & excessus dicitur, &c.

Hyperbole.

Superlatio.

Superieōtio.

in idem recidunt.

Eminētia.

Excessus.

Autor ad Herennium.

Superlatio est oratio superans ueritatem, alicuius auctiendi, minuendi uè causā. In hoc tropo Quintilianus lib. 8. monet, modum in primis seruare oportere, ne in ræro zhālæv uitium notatum inducat, eius uerba hæc sunt. Sed huius quoque rei seruetur mensura quædam, quam uis est omnis hyperbole ultra fidem, non tamen debet esse ultra modū, nec alia magis uia i[n] ræro zhālæv itur, &c.

Tardior testudine.

Niue candidior.

Leuior folio.

Ocyor Euro.

Minu Vitro fragilior. Augendi Fulminis ocior alis-

endi Pluma leuior. causa. Vox astra ferit.

causa. Vento instabilior. Saxa clamore rupit.

Breuior pigmeo.

Cœlū territal armis.

Vix ossibus hærent. Cœlū tonat omne tumultu.

Fit autem pluribus modis Hyperbole, de quibus uide Quintilianum lib. 8. cap. de tropis.

Obserua etiam in sacris multa ὑπερβολῶς dicta esse, ut illud, ascendit usq[ue] ad cœlos, & descendit usq[ue] ad abyssos, cū uehemētem tempestatem undarum intelli-
gi uellet psalmista. Neq[ue] cotinuo mendaciū, quod ultra

X ucri

ERAS. ROTERO D. LIBER

ueri fidem dicitur, sed in hoc adhibetur tropus, ut acrior
& ardentior sit oratio. Ac ne quis absurdū putet, in di-
uinis libris hyperboles meminisse, facit hoc nō raro. Ori-
genes, facit Chrysostomus, facit Augustinus & Hiero-
nymus. Huius generis sunt illa: Facilius est Camelum p
foramen acus transire, quām diuitem intrare in regnū
cēlorum, cū nihil aliud intelligi uellet, quām esse difficil-
lū, ut diuīs obtēperet Euangelicæ doctrinæ, copiosius
uideas Erasmū nūrum i Methodo ueræ Theologie, &c.

VARIANDI RATIO PER

Compositionem.

Variatur oratio nomib[il] & ex cōpositione, ea sita
est in his fermē figuris.. Asyndeto, Polysyndeto, Syzeu-
gmeno, Epanalepsī, & Synonymia, &c.

Veni, uidi, uici. Verba Cæsaris diuicto
fugatoq[ue], Pharnace, de quo Appi. li. 2.
Asyndeto cū multa Ferte citi flamas, date tela, impel-
sine cōiunctione co- lite remos, Ver. lib. 4. Aenei.
hærent, Rhetores Iam iam erigite animos, tela sumite
uocant articulū. obuiā ite hostibus, habetis in mani
bus uictoriam, Luius.

Tectumq[ue], laremq[ue].
Polysyndeto ubi ora Armaq[ue], Amycleumq[ue], canem
tio multis coniunctio Cressaq[ue], pharetrā, Li. 3. Geor-
ni. cohæret, estq[ue] hoc Demissum lapsi per funem.
schemata contrariū Athamasq[ue], Thoasq[ue], Pelidesq[ue]
supericri. Neoptolo Meus, lib. 2. Aenei.

Syzen

*Aut cū uer- Deflorescit for-
bū præponi- ma uel ætate uel
Syzeugmno quoties ad tur, ut morbo.
uñ uerbū plures sente- Aut cū post Vel morbo uel
tiæ rescrūtur, quarū una ponitur, ut, ætate forma de-
quæq; desideraret illud, si florescit.
solæ ponerētur, Fab. li. 9. Aut cū inter- Aut ætate foro-
ca. 3. accidit aut trib. modis. ponitur, ut, ma deflorescit
aut morbo.*

*Hic uerbū clausulis Vicit pudorem libido:
præponitur timorē audacia, rationē amē-
tia, Cicero.*

*Neq; enī is es Catilina, ut te aut pu-
Hic uerbum subiun dor unquam à turpitudine aut me-
gitur in fine. tus à periculo, autratio à furore re-
uocarit, Cicero in Catilinam.*

*Nihil ne te nocturnum præsidium
palatiū, nihil urbis uigiliæ, nihil
Epanalepsi, cū p ite timor populi, nihil cōcursus bono-
rationē repetitur rum omnium, nihil hic munificen-
nō cōiunctio sed no tissimus senatus habendi locus, ni-
men, aut uerbum. hil horū ora, uultusq; mouerunt
Cicero. 2. aētione in Catilinam.*

*Synonyntia. cum multa uerba Vicit timorem audacia.
eiusdem ferè significationis ci Rationē supauit amētia.
dē tribuuntur, Autor ad Heren. Libido pudorē expu-
nocat interpretationem. gnauit.*

X 2 Experiā

ERAS.RÖTER O.D.LIBER.

EXPERIAMVR I GIT VR QVOT
rationibus eadem sententia per has figuras
uariari possit.

Contemnit Deos, contemnit homines.

Deos contemnit, homines contemnit.

Contemnit & Deos & homines.

Et Deos & homines contemnit.

Deos contemnit atq; homines.

Ad hunc locum pertinent & illæ.

In die quām frigoris patientior.

Lucri quām gloriæ cupientior.

Cupientior lucri quām gloriæ.

Lucri cupientior quām gloriæ,

Cariorem habeo neminem, &c.,

Neminem habeo cariorem.

Quanquam hæc non ita multum adferunt momēti, ad-
iuuant tamen, &c.

De quibus causis, &c.,

Quibus de causis.

Obeam rem,

Eam ob rem.

Obeam tam paruulam,

Tam paruulam ob causam.

Veniam ad te, quando ita uult pater

Quando ita uult pater, ueniam.

Eiusdem

Eiusdem ratioins est cum ex oratione simplici duplē facimus aut contra.

Omnia tu mihi debes.

Quicquid habes, id omne mihi debes.

VARIANDI RATIO PER

$\sigma\acute{u}v\tau\alpha\xi\iota$, id est constructionem.

Ex ordine seu Constructione item nonnulla sermonis varietas existit, id quod superius attigimus, eo loco ubi de Heterosi Casus cegimus. Sunt autem multa uerba, quae eodem modo diuersam habent constructionem. $\Sigma\acute{u}v\tau\alpha\xi\iota$ est congrua & latina uerborum ordinatio, deducitur autem à $\sigma\acute{u}v$ præpositione, que, cū, latine interpretatur, & $\tau\alpha\sigma\sigma\omega$ ordino, quasi dictiōnum ordinatio.

Multum pudorem, & multum pudoris.

Scripsit mihi, & scripsit ad me.

Diuersum seu alienum huic, diuersum seu alienum ab hoc.

Iactat maiores suos, & iactat se de suis maioribus.

De te somniaui, te somniaui.

De te ridet, te ridet.

Tota nocte potauit, totam noctem posauit.

Rhomanorum summus, summus inter Rhomanos.

Seruitus morte durior, seruitus durior quam mors.

Dānatus est de repetundis, dānatus est repetūdarum.

Natus gloriæ, natus ad gloriam.

Tuæ partes sunt, tuarum est partium.

X 3 Plura

ERAS. R O T E R O D . LIBER

Plura de συντάξεως variatione uide apud Diomedem lib. I. capite de heterosi, & apud Antonium Mancinellum qui hac de re peculiarem quendam libellum conscripsit, cui titulu indidit. Thesaurus uariæ cōstrūtiōis:

VARIANDI RATIO PER MV
tationem figure, alijs atq; alijs modis

Variatur oratio quoties aliò atq; aliò affectu, ac ueluti habitu profertur. Quam interim figuræ mutationem licet appellare. Sumitur autem hoc loci figura, non postropo, sed pro qualicunq; forma sententiae.

Fabius lib.

9. cap. 6:

Non est miserum mori.

Vsq; adeo mori miserum est.

Nihil te uanius.

An quicquam te uanius?

His p interro Nihil non cogit habendi cupiditas.

rogationem Auri sacra famæ, quid nō mortalia pectus
uariata est ra cogit?

figura. Nihil tua Epistola unquam cuenit gratius
Quid Epistola illa tua nobis cuenit gratius?

Interrogatio notior est figura, quā quæ hic prolixe describi debeat. Græci uocant ἐρώτημα. Multæ sunt autem interrogationis species, quas enumerat Quintilius lib. 9.

Non

Hie p Ironiâ Non magnam laudem assecutus est.
 commutata Egregiam uero laudem assecutus est. Verg.lib.
 est sermonis Non ista curat populus. 4. Acnci:
 facies. Id populus curat scilicet

Euowetia, Illusio cum aliud dicitur, & aliud re ipsa
 appareat, quae non ex uerbis, sed uel pronuntiatione
 uel persona uel rei natura intelligitur. Helias de sacerdo-
 tibus Baal. 3. Regum. 18. Clamate uoce maiori. Deus enim
 uester est, & forsitan loquitur, aut in diuersorio est, aut
 in itinere, aut certe dormit, ut excitetur.

Vehementer amat pecuniam.
 Dij boni quam amat pecuniam?
 Magnum bonum porto.
 Per admiratio- Dij boni, boni quid porto?
 nem uersus Epistola tua mirum in modum me ex-
 est orationis hilarauit.
 color. Deum immortalem quam ingens gau-
 dium nobis è tua prouenit Epistola?
 Tum deos contemnit, tum homines.
 Per dubitatio- Haud scio magis ne deos contemnat, an
 nem hic com- homines.
 mutata est ora Es homo omnium improbissimus.
 tionis forma. Adeo improbus es, ut quo nomine deo-
 beas appellari, non satis sciam,
 Dubitatio, cum querimus quid ex multis dicamus,
 ut siue stultitiam meam, siue fortunam causari licet.

X 4 Fabius

ERAS.RO TEROD.LIBER

Fabius lib.9.cap.2. Dubitatio cum simulamus querere
nos unde incipiendum, ubi desinendum, quid p otissimū
dicendum, an omnino dicendum sit, cuiusmodi exemplis
plena sunt omnia.

Nihil mihi carius aut antiquius fama.
Hic per adiu- Dispeream si quid mihi carius fama.
rationē uaria Nihil mihi literis iucundius.
tus est sermo. Emoriar, si quiquā mihi iucūdius literis
Eormulē adiurandi. Emoriar nisi te amo. Moriar, pe
reā, ita me Deus amet. Ita me Mus̄e bene amēt. O mnes
Musas iratas habeā. O mnes Deos iratos habeam. Supe
ri parū propitiū. mihi sint. Dij omnia mihi male uertat.
Tellus mihi prius imā debiscat. Vel pater omnipotēs adi
gat me fulmine ad umbras Pallentes umbras herebi, no
Elenq; profundā lib. 4. Aenei. Et item alia multa in hūc
modum exco gitare licebit.

Ista nunquam cogitauī.
Dij meliora quam ut ista co gitarim.
Per abomina Vita orbabor antequam tui me relinquet
tionem hic cō memoria.
mutatus est di Absit ut mihi breuior fuerit tui memoria
Elionis color. quā uita.

Eſt uir insigni uanitate,
O singularem hominis uanitatem.
Hic per exclao Eſt uir impurus.
mationem. O hominem impurum.
Miscrum me.

O me

O me miserum.

Non modo uirgines aliquot cōstupravit,
Hic p occupa uerum etiam uestalem incestu polluit.
tionē uaria- Virgines complures stupravit, ut interim
tus est sermo. de uestali incestu polluta fileam.

Occupatio schema Rheticum, cum dicimus nos p
terire, aut non scire, aut nolle dicere id, quod tunc maxi-
me dicimus, lib. 4. ad Herennium. Cicero Non dico Ca-
tilina quam turpiter adolescentiam egeris, quam omni-
bus probris contaminasti &c.

Cum & genere sis obscurissimo, & re
nulla, nullis literis, nullo ingenio, quid
est cur te adeo iactes? Quid habes cur
tam sis insolens? Natalium splendore,
In hoc exem- atqui genere es obscurissimo. O pes! at
plo uariatus uel Iro ipso pauperior es. Eruditionem?
est orationis sed bonas literas nec attigisti unquam.
habitus per Forma? at ipso Thersite deformior es.
Subiectionem. Ingenium? at istud perfecto naclus es
stupidissimum. Quid igitur ista tua ia-
ciantia est, nisi mera insanias?

Subiectio est, cum interrogamus, aut querimus ipsi
deinde respondemus nostrae interrogatori, hoc modo.
Quero igitur unde iste tam pecuniosus factus amplius
patri

ERAS. ROTERO D. LIBER

patrimonium relictū est. Paulus ad Rhomanos apte interpellat ipse sese, cum dixisset, ubi abundauit delictum, superabundauit & gratia statim subiicit. Quid igitur dicemus? Manebimus in peccato? Nunc sibi ipsi responsum subiicit. Absit &c. hanc opinor ratiocinationem Cicero dixit.

Rhoma. 6
Hæc sunt quæ ad cōmūnēm studiōsæ iūuentutis utilitatem, ex Erasmi commentarijs de Copia excerpsumus. Accipe igitur studiōsa cohors, obuijs, ut aiunt, ulnis, q̄c quid id est, ac Erasmo nostro gratularc, qui tibi hanc seōmentem fecit, ut ipsa metas.

AD ERASMVM COMMENTARIORVM DE COPIA
AVTOREM.

Landibus assiduis igitur studiōsa iūuentus,
Hunc effeſt tibi qui condidit istud opus.

F I N I S.

DES. ERAS=

MVS ROTEROD. PETRO VITE
RIO, LIBERALIVM DIS-
CIPLINARVM PRO
FESSORI EXI-
MIO, S.D.



AETV REM ISTAM MIPE
tre suauissime, & perspicis acute, &
grauiter, ueroq; indicas, plurimum re-
ferre, quaratione, quoq; ordine quid
instituas, idq; maximum habcre mo-
mentum, cum cæteris in rebus omnibus, tum uero præ-
cipue in bonarum studij literarum. An non uidemus in
gentia pôdera, si artem adhibeas, minimo tolli negocio,
quæ nullis alioqui uiribus moueri poterant? Quemad-
modum & in bello non perinde refert, quantis copijs,
quantisq; uiribus hostem adoriaris, ut quâ probe instru-
clo exeritu, quo cœfilio, quoq; ordine pugnam capessas.
Ac multo celerius quò tendunt, perueniunt ij, qui semi-
tas cōpendiarias norunt, quam qui annem (ut ait Plau-
tus) ducem sequuntur, & uel contempto Pythagore
THΣ ΛΕΩΦΟΓΟΥ ingrediuntur, uel uarijs etiam errorum
ambagibus circuaguntur. Proinde rogas, ut tibi studio-
rum ordinem, ac uiam, formamq; præscribam, quâ tu,
ueluti Thesei filium secutus, & in autorum labyrinthis
citra

citra errorem uersari qucas, & ad eruditionis summam celerius emer gere, uel magis aliorum studij consilcre, quos bonis literis institutis, quandoquidē ipse iam propemodum ad eruditionis fastigium peruenisti. Evidem pro mea certe uirili non grauatum parebo homini tam amico, ut neph:as sit, quiduis etiam flagitanti negare, ne dum rem tam honestam, tamq; frugiferā. Quod si senseris nostrum hoc consilium tibi commodo fuisse, tui candoris erit, & alijs ad bonas literas emitentibus, digito uiam indicare.



RINCIPIO duplex omnino uidetur cognitio, rerum, ac uerborum. Verborum prior, rerum potior. Sed nonnulli dum & vi
τωτοις (ut aiunt) ποστιν ad res discernendas festinant, sermonis curam negligunt, & male affe-
ctato compendio in maxima incidunt dispendia. Etenim cum res non nisi per uocum notas cognoscantur, qui ser-
monis uim nō calleat, is passim in rerum quoq; iudicio cœcutiat, hallucinetur, deliret necesse est. Postremo uideas nullos omnium magis ubiq; de uoculis cauillari, quam eos qui iactitant sese uerba negligere, rem ipsam specta-
re. Quapropter utroq; in genere statim optima, & qui-
dem ab optimis sunt discenda. Quid enim stultius, quā magno labore discere, quæ postea maiori co гарis dedi-
scere? Nihil autem facilius discitur, quam quod reclū,
ac uerum est. At praua si scemel inhæserint ingenio, dictu-
mirum, quam non possint reuelli. Primum igitur locū
grāmati-

*stulte dñs atq; p̄mox
est mutatōis
q̄ Rectuzell
atq; disatf*

grammatica sibi uendicat, eaq; protinus duplex tradenda pueris, græca uidelicet, ac latina. Nō modo quod his duabus linguis omnia fermè sunt prodita, quæ digna cognitu uideantur, uerū etiam quod utraq; alteri sic a finis est, ut ambæ citius percipi queant coniunctim, quā altera sine altera, certe quām latina sine græca. A græcis ali/picari nos manūlt Quintilianus, sed ita, si his literis perceptis, non longo interuallo latine succedant, sanè utrāsq; pari cura tuendas esse monet, atq; ita futurum, ut neutræ alteris officiāt. Ergo utriusq; linguae rudimenta, & statim, & ab optimo præceptore sunt hauriēda. Qui si forte nō cōtingat, tū (quod est proximū) optimis certe utendum autoribus, quos equidem par paucos, sed delectos esse uelim. Inter græcos grammaticos nemo non primum locum tribuit Theodoro Gazæ, proximū mea sententia Constantinus Lascaris sibi iure suo uendicat, Inter latinos uictoriōres Diomedes, Inter recētores haud multum uideo discriminis, nisi quod Nicolaus Perottus uidetur omnium diligentissimus, citra superstitionē tamen. Verum ut huiusmodi præcepta fateor necessaria, ita uelim esse, quoad fieri possit, quām paucissima, modo sint optima. Nec unquam probauit literatorum uulgus, qui pueros in his inculcādis complures amos remorantur. Nam uera emendate loquēdi facultas optime paratur, cum ex castigate loquentiū colloquio, conuictuq; sum ex eloquentium autorum assidua lectione, è quibus uiprimum sunt imbibendi, quorum oratio præterquam quod

quod est castigatissima , argumenti quoq; illecebra ali-
 qua discentibus blandiatur. Quoquidē in genere primas
 tribucrim Luciano, alteras Demostheni, tertias Herodo-
 to. Rursum ex poetis primas Kristophani, alteras Home-
 ro, tertias Euripidi, Nam Menandrum , cui uel primas
 daturus eram, desyderamus. Rursum inter latinos quis
 utilior loquendi autor, quam Theretius? purus, tersus,
 & quotidiano sermoni proximus , tum ipso quoq; ar-
 gumenti genere iucundus adolescentiæ. Huic si quis alii
 quot selec̄tas Plauti comedias putet addendas, que uas-
 cent obscenitate, equidem nihil repugno. Proximus lo-
 cuserit Vergilio, tertius Horatio, quartus Ciceroni, qn-
 tus C. Cesari. Salustium si quis adiungendum arbitra-
 bitur, cū hoc non magnopere contendem, atq; hos qui
 dem ad utriusq; linguae cognitionē satis esse duco. Neq;
 enim mihi placent, qui in euoluendis hunc in usum auto-
 ribus, etiam quibuslibet, uitam omnem conterunt. Pror-
 sus infantem existimantes eum, quē ulla chartula suffi-
 gicit. Ergo parata sermōis facultate, si nō luxuriosa, cer-
 te casta, mox ad rerū intelligētiā cōferendus est animus.
 Tametsi ex his quoq; scriptoribus , quos expoliēdē lin-
 guae grā legimus, nō mediocris obiter rerū quoq; cogni-
 tio p̄cipitur, uerum ex instituto omnis ferē rerū sc̄ientia, à
 Gr̄ecis autoribus petēda est. Nā undenā haurias uel pu-
 riū, uel citius, uel iucūdius, quam ab ipsis fontibus? Sed
 quo ordine disciplinæ discēdē sint, & ex quibus potissi-
 mū pr̄ceptoribus, id alias fortasse rec̄tius ostendemus.

Interim

Interim ad primæ etatis studia reuertamur.

VT igitur ex his autoribus unde linguae copiam per-
tendā esse diximus, fructū capias & maturius,
& uberiorē. Laurētiū Vallā tibi cēso diligēter cuolucē-
dū, qui de latini sermonis elegantia scripsit elegantissi-
me. Huius adiutus p̄ceptionibus, ipse p̄ te nō pauca anno
tabis. Neq; enim te uelut p̄ omnia, uelut addicētū, Laurē-
tiāis seruire p̄ceptis. Adiuuabit hoc quoq; si figurās grā-
maticas à Donato, ac Diomedē traditas edidiceris, si car-
minis leges ac formas oēs tenueris, si rhetorices summā,
hoc est, propositiones, locos probationū, exornatiōes, ampli-
ficationes, trāditionū formulas in p̄optu habueris. Cō-
ducūt enim hæc nō solū ad iudicandū uerū etiā ad uni-
tandū. His itaq; rebus instruētus, inter legendū autores
nō oscitāter obseruabis, si qđ incidat insigne uerbū, si qđ
antique aut noue dicētū, si qđ argumētū, aut inueniū acie-
re, aut tortū apte, si qđ egregiū orōnis decus, si qđ adas-
giū, si qđ exēplū, si qđ sentētia digna q̄ memorie cōmēde-
tur, Isq; locuſ erit apta notula quapiā insigniēdus. Notis
autē nō solū uarijs erit utendū, uerū etiā accōmodatis,
quo protinus qđ rei sit, admoneat. Ad hæc si qđ dialecli-
cē addēlā statuet, nō admodū refragabor, modo ab Ari-
sto. eā discat, nō ab isto loquacissimo sophistarū genere,
neq; rursum ibi desideat, & uelut ad scopulos (ut inquit
Gellius) sirenos cōsenescat. Verū illā iteri memineris, op-
timū dicēdi magistrū esse stilū. Erit hic igitur i carmine
i orōne libera, i oī argumēti genere diligēter exercēdus.

Neq;

DES. ERAS. ROTEROD.

Neq; negligenda memoria, lectionis thesaurus. Eam tamen metu locis & imaginibus adiuuari non inficior, tamen tribus rebus potissimum constat optima memoria, intellectu, ordine, cura. Siquidem bonae memorie pars est, re penitus intellectisse. Tum ordo facit, ut etiam quae semel exciderint, quasi postliminio in animum reuocemus. Porrò cura omnibus in rebus, non hic tantum, plurimum ualeat. Itaque quae meminisse uelis, ea sunt attentius, ac brevius relegenda, deinde saepius à nobis ipsis exigenda, ut si quid forte suffuderit, id restituatur. Illud minutius, sed tamen haud indignum quod admoneatur. Adiuuabit non mediocriter, si quoru necessaria quidem, sed sub difficulter erit memoria, ueluti locorum, quos tradidit cosmographi, pedum metricorum, figurarum grammatica- rum, genealogiarum, aut si qua sunt similia, ea quam fieri potest breuissime simul, & luculentissime in tabulas depicta, in cubiculi parietibus suspendatur, quo passim aliud agentibus sint obuia. Item si quædam breuiter, sed insigniter dicta, uelut, apophthegmata, proverbia, sententias, in frontibus, atque in calcibus singulorum codicuum inscribes, quædam anulis, aut poculis insculpes, nomina la pro foribus, & in parietibus, aut uitreis etiā fenestris depinges, quo nusquam non occurrat oculis, quod eruditio nem adiuuet. Hæc enim tametsi singula per se pusilla uideantur, tamen in unum collata aceruum doctrinæ thesaurum lucro augent, haud quaquam negligendo τῷ Εἰς ἀφενον πτερόν, id est, his opibus properante ditescere

ditescere. Postremo illud non ad unū aliquid, sed ad omnia simul plurimum conducet, si frequenter alios quoq; doceas. Nusquam enim melius deprehenderis quid intel ligas, quid non. Atq; interim noua quēdā occurruunt cō mentanti, differentiq;, nihil non altius insfigitur animo.

DE RATIONE INSTITVEN DI DISCIPVLOS.



ED VIDEO TE CVPERE,
ut de docendi quoq; ratione nonnihil attingamus. Age mos geratur Vite
rio, quāquam uideo Fabium hisce de
rebus diligentissime præcepisse, adeo
ut posthūc de iisdem scribere prorsus
impudentissimum esse uideatur. Ergo qui uolet institue
re quēpiam, dabit operam, ut statim optima tradat, uo
rum qui rectissime tradat optima, is omnia sciat necesse
est, aut si id hominis in genio negatum est, certe uniuscu
iusrq; discipline præcipua. In hoc non ero contentus dece
illis, aut duodecim autoribus, sed orbem illum doctrinæ
requiram, ut nihil ignoret, etiam qui minima paret do
cere. Erit igitur huic per omne scriptorum genus uagan
dum, ut optimum quēq; primum legat, sed ita, ut nemi
nem relinquat ingratum, etiam si parum bonus sit au
tor. Atq; id quo cumulatiore fructu faciat, ante locos
ordines quosdam, ac formulas in hoc paratas habeat, ut
quicquid usquam inciderit annotandum, id suo ascribat

Y ordini.

*qd occit siue lectita
f alti memor in sigit*

*qui quo p[ro]f[ess]o docet
vult, multa co
tore opotet.*

ordini Sed hoc qua ratione fieri oporteat , in secundo de Copia commentario demonstrauimus. Verum si cui uel ocium, uel librorum Copia defuerit , plurima Plinius unus suppeditabit , multa Macrobius , & Athenaeus, uaria Gellius. Sed in primis ad fontes ipsos properandum, id est, græcos & antiquos. Philosophiam optime docebit Plato, & Aristoteles, atq; huius discipulus Theophrastus, tum utrinque mixtus Plotinus. Ex Theologis secundum diuinas literas, nemo melius Origene, nemo subtilius aut iucundius Chrysostomo, nemo sanctius Basilio. Inter latinos duo duntaxat insignes in hoc genere, Ambrosius mirus in allusionibus, & Hieronymus in arcana literis exercitatissimus. Quod si minus uacabit immorari singulis, omnes tamen censco degustandos, quorum in presentia catalogum texere, non est ratio. Certe propter poetarum enarrationem, quibus mos est, ex omni disciplinarum genere sua temperare, teneda est fabularum uis. quam unde potius petas, quam ab Homero , fabularum omnium parente? Tametsi Metamorphoses, ac Fasti Nasonis, non leue momentum adferet, etiam si latine scripti. Tenenda cosmographia, quæ in historijs etiam est usui, nedum in poetis. Hanc breuissime tradit Pomponius Mela, doctissime Ptolemæus, diligentissime Plinius, Nam Strabo non hoc tantum agit. Hic precipua pars est obseruasse que montium, fluminum, regionum, urbium, uulgo recepta uocabula, quibus antiquis respondeant. Eadē debet esse cura in arborum, herbarum, animantium, instrumentis

Instrumentorum, uestium, gemmarum nominibus, in quibus incredibile dictu, quam nihil intelligat literatorum nulgus. Horū notitia partim ē diuersis autoribus, quæ de re rustica, de re militari, de architectura, de re culinaria, de gemmis, de plantis, de naturis animantium cōscripserunt, colligitur. Quanquam Iulius Pollux ex professō de rerum uocabulis tradidit, quæ utinam tam accurate distinxisset, quam congressit copiose, partim ex etymologijs, partim ex his linguis, quæ Prisci sermonis & incorrupti, manifesta uestigia seruant in hanc usq; cætatem, cuiusmodi lingua Constantinopolitano-rum, Italorum, & Hispanorum, nam Gallorum oratio longius degenerauit. Tenenda antiquitas, quæ non modo ex uetustis autoribus uerumetiam ē nomismatis priscis, ē titulis, saxisq; colligitur. Ediscenda & deorum genealogia, quibus undiq; refertæ sunt fabulæ. Eam post Hesiodum fœlicius, quam pro suo sæculo, tradidit Boccatus. Non ignoranda astrologia, quod hanc passim suis figmentis aspergunt poetæ, præser-tim Higini. Tenenda rerum omnium uis, atq; natura, proterea quod hinc similia, epitheta, comparationes, imagines, metaphoras, atq; alia id genus sche-mata solent mutuo sumere. In primis autem omnis tenenda est historia, cuius usus latissime patet, non tan-tum in poetis. Iam si quis Prudentium, unum inter CHRISTIANOS uerè facundum poetam, uolet enarrare, literas etiam arcanas calleat oportet. Postres

Y 2 mo

mo nulla disciplina est, nec militiae, nec rei rusticæ, nec musices, nec architecturæ, quæ non usui sit iis, qui poetas, aut oratores antiquos suscepserint enarrâdos. Sed uideo, iamdudum frontem contrabis. Næ tu inquis, intime sum onus imponis etiâ literatori. O nero sane, sed unū, ut quam plurimos exonerem. Volo ut unus euoluat omnia, ne singulis uniuersa sint euoluenda.

Tam uero de formâdo puerorum ore, deq; tradendis
ceu per lusum, iocumq; literarum figuris, satis præcepit Fabius. Evidem post tradita elementa prima, maxime ad usum loquèdi statim vocari puerum. Etenim cū intra pauculos menses, quamuis barbaram linguâ. etas ea sonet, quid uerat quo minus idem fiat in lingua græca sive latina? Verum id nec in magno puerorum gressu locum habet, & domesticam præceptoris consuetudinem requirit. Quanquam in ludo quoq; dabit operâ, ut sive pluribus loquatur, sive seorsim uni, quam possit emendatissime dicat. Quædam obiter interpretetur, & ut imitentur admoneat. Loquentes illos aliquoties collaudet, si quid dictum erit aptius: aut emendet, cū erabunt. Ea res efficiet, ut illi quoq; consuescat circumspicere, & accuratius loqui, & præceptorem loquentem attentius obseruent. Iuuabit & illud, si propositis premiolis, aut poenis, uelut ex lege prouocentur, ut ipsi quoq; inter se aliis alium emendent. Porro præceptor eruditiores aliquot deliget, qui controuersiam finiant. Neque suerit inutile, ceu formulas aliquot proponere pueris, quibus

quibus orationibus in lusu, quibus in congressu, quibus in conuiujs uti debeant. Has sic oportet esse doctas, ut si mul & faciles sint, & iucundæ. Porro doctor ille diligens & doctus, acriq; iudicio, non grauabitur, collatis omnibus grammaticorum præceptis, excerpere quædā, & simplicissima, quo ad fieri potest, & breuißima, tū ordine quam maxime cōmodo. Posteaquam ea tradidit, statim ad autorem aliquem ad id accōmodatissimum, ac loquendi, scribendiq; cōsuetudinem uocentur. Hic præceptiones ante traditas ut incident, exemplaq; diligenter inculcabit, quibus etiam addet nonnihil, uelut iam tū ad maiora præparans.

Hinc iam thematis exerceri debent, In quibus illud in primis cauendum, ne (quod fieri solet) aut sensu sint inepto, aut sermone insulso, sed argutā aliquam, aut uenustam habeant sententiam, quæ tamē ab ingenio puerili non nimium abhorreat, ut interim aliud agētes, simul & aliquid discāt, in grauioribus studijs usui futurum. Habeat igitur tema quod pueris proponas, aut historiam memorabilem, quod genus sint illa. Marcelli præceps calor rem Rhomanam subuertit, Fabij prudens cunctatio restituit. Quanquam hic subest etiam sentētia. Nimirum præcipitata consilia parum fœliciter euenire solere. Itē difficile indicatu sit, uter altero fuerit stultior Crates, qui aurum abiecit in mare, an Midas, qui existimat nihil auro melius esse. Itē, Demostheni ac Cicerōi immodica cloquētia exitio fuit. Rursū, nulla laus Codri regis

DES. ERAS. ROTEROD.

regis meritis , par esse potest , qui ciuium salutem pro-
 priæ uitæ dispendio redimendam putauit. Sed non ma-
 gni negotij fuerit huiusmodi uim ex historiographis,
 præcipue Valerio Maximo , colligere. Aut fabulam ha-
 beat, ut illud. Hercules expugnandis monstribus immorta-
 litatem sibi parauit. Musæ fontibus , ac nemoribus unice
 gaudent, à fumosis urbibus abhorrent. Aut apogatum,
 ut recte docuit Cassita , non esse committendum amicis
 negocium, quod per te possis confidere. Item , manticam
 pectore propendentem uident omnes , eam quæ à tergo
 pendet, uidet nemo. Item , Sapiebat uulpes , quæ maluit
 muscas iam prope saturas retinere , quæm his expūctis,
 uacuas ac sitientes admittere, quæ quicquid reliquæ esset
 sanguinis epotarent. Aut Apophthegma, ut, Longe dis-
 sentiebat à uulgo nostræ ætatis, qui maluit uirum absq;
 pecunia, quæm pecuniam sine uiro. Item , Iure Socrates co-
 temnit eos, qui non edunt ut uiuant, sed uiuunt ut edat.
 Merito nō probauit Cato eos q; plus sapiunt palato, quæ
 animo. Aut prouerbium, ut ne sutor ultra crepidam, &
 non cuiuslibet hominis Corinthiū nauigare. Ac nos qui-
 dem editis tot chiliadibus effecimus , ne difficilis esset ho-
 rum inuentio. Aut sententiam , ut nihil charius constat,
 quæm quod precibus emitur. Et, O bsequium amicos, ue-
 ritas odium parit. Et amici qui procul absunt, amici non
 sunt. Aut rei cuiuspiam insignem naturam , ut Magnes
 ad se se ferrum attrahit, naphtha ignem. Item palmæ ea
 est natura, ut pôdere imposito, nō modo , nō deprimatur

ad te

ad terram uerum etiam sursum nitatur, et altius erigat se
 se. Itē mirū Polypi ingenīū, qui ad speciem subiecti solis
 mutat colorem, quo fallat insidias p̄scatoris. Aut figura
 eximiam, puta gradationem. Diuitiae luxum pariūt, lu-
 xus saturitatem, saturitas ferocitatem, ferocitas odium p̄ prodent dñm
 multorum, odium perniciem. Aut similitudinem, ut quē
 admodum ferrum si exerceas, usu atteritur, si nō exer-
 ceas, exeditur rubigine, ita ingenium si exerceas, labore
 absūtur, si nō exerceas, magis ocio, situq; lēditur. Aut
 allegoriam, ut non est addendus ignis igni, non est addē-
 dum oleum incendio. Aut commutationem, ut non ideo
 te talem iudico, quod uehemēter amem, sed ideo uehemē-
 ter amo, quod talem iudicarim. Aut distributionem. Stul-
 tior est, quām ut possit tacere, infantior quām ut possit lo-
 qui. Simpliſtor est, quām q̄ possit mētiri, grauior quā ut
 uelit. Sed mihi sat est indicasse tantū. Aut exq̄sita aliquā
 elegātiā. Cuius rei nō ē necesse ponere exēplū. Nihil autē
 obſlat, quo minus plures cōmoditates i cādē incidat ora-
 tionē, ueluti ſentētia, hīſtoria, prouerbiū et figura. Ergo
 p̄cepto, quē oportet aſſidue in bonis autoribus obuerſa-
 ri, huiusmodi ceu floſculos undiquaq; colliget, eosq; dele-
 cōs proponet, aut etiā in eā formā demutabit, ut puerō
 rū ingenīs ſint accommodati. Poſtquā his rebus ad ali-
 quā tam ſermonis peritiam prouectus erit puer, tū ſi ui-
 debitur, ad maiora grammatices p̄cepta reuocetur.
 quae per locos & ordines quosdam ita tradenda ſunt, ut
 primo loco ſimpliſſima proponantur, eaq; paucis,

X 4 deinde

DES. ERAS. ROTEROD.

Uti estate dolores
cunt ita quides
moxibꝫ et scientia

deinde utcūq; adolescentur discentium ingenia, ita maiora
suis quæq; locis oportebit subiçere. Is ordo cuiusmodi
sit, è Theodori Gazæ grāmatica exemplum sumas lice-
bit. Nec in his tamen uelim eos detineri longius, sed illico
ad autores grauiores reuocari, præsertim si prius sum-
mam illam de qua dixi, rhetorices, ac figuræ, & carmi-
num formas teneant

Inferim thematis quoq; difficilioribus sunt exercēdi,
in quibus diligendis, ac narrandis diligentem, ac do-
cēlum præceptorem requiram, Qui si sit mediocris, mo-
do sit idē modestus, non grauabitur hæc ab alio doctio-
re petere. Thematum autem formæ huiusmodi ferè pos-
sunt esse. Nunc epistole brevis argumētum, sed argutū,
lingua uulgari proponat, latine, græceq; , aut utroq;
sermone tractandum, nunc apologum, nunc narratiuncu-
lam non insipidam, nunc sententiam ex quatuor con-
stantem partibus, utriq; simili, aut ratione subiecta, nūc
argumentationem quinq; tractandam partibus, nunc di-
lemma duobus, nunc expolitionem quam vocant, septē
partibus explicandam, aliquando tāquam ad rhetorica
præudentes, unum aliquod membrorum seorsum tra-
ctent, cuiusmodi pro gymnasialia scripsit Aphthonius
laudem, uituperationem, fabulam, similitudinem, com-
parisonem, Aliquando figuram, uel descriptionem, di-
stributionem, sermocinationem, subiectionē, notationē,
Aliquoties iubentur carmen aliquod soluere, aliquoties
solutam orationem pedibus alligare. Interim Flavianā,

aut

aut Ciceronis epistolam, uerbis, ac figuris imitentur. Nonnunquam eandem sententiam uariatis uerbis ac figuris, s^epius effrant. Nonnunquam eandem græce simul ac latine, metro ~~fit~~ oratione prosa uarent. Nonnunquam eandem quinq^u; aut sex carminum generibus quæ doctor p^rescripsert, explicent. Nonnunquam sententiā eandē per locos quām plurimos ac schemata diffingant. Plurimum autem fructus est in græcis uertendis. Quare conueniet eos hoc in genere s^epissime, ac diligentissime exerceri, Nam simul & exercetur ingeniu in deprehendendis sententijs, & utriusq^z sermonis uis, ac proprietas penitus inspicitur, & quid nobis cum græcis cōmune sit, quid non, deprehenditur. Deniq^z ad reddendā græcanicam emphasis, omnes latinæ linguae opes excutias oportet. Hæc si initio pueris difficultia uidebuntur, tū usū fient faciliora, tum p^raeceptoris ingenium, ac studium bonam negotij partem pueris adimet, indicantis quæ puet esse supra uires illorum. Atq^z uis interim exercitantis crebræ p^relectiones autorum misceantur, ut suppetat quod imitentur. Quanquam his qui docet, proposito themate, simul uerborum quoq^z & figurarum copiam debet indicare.

SVb hæc ad inueniēdi quoq^z laborem prouocentur, Sita propositis nudis argumentis, ut suo quisq^z Marte reperiat, quæ pertinebunt ad rem tractandam, ornandam, locupletandam. Et hic delectum ac uarietatem requirant p^raeceptoris eruditii diligentia, gustū interim exhibet

exhibebo. Sæpius argumentum epistolæ proponet sua
 riæ dissuasoriæ, exhortatoriæ, debortatoriæ, narratoriæ
 gratulatoriæ expostulatoriæ, commendatoriæ, consola-
 toriæ, & uniuscuiusq; generis naturam, locos, ac for-
 mulas quasdam communes, dein etiam arguento pro-
 posito, peculiares indicabit. Aliquando cœi declamato-
 rium thema dabit in diuersis generibus, puta si iubeat
 eos uituperare Iulium Cæsarem, aut laudare Socratem,
 in genere demonstratio. Item statim optima discen-
 da. In opibus non esse fœlicitatem, Matrem propria la-
 ëte nutrire debere quod peperit, Literis græcis non esse
 dandam, aut esse dandam operam. Vxorem esse ducen-
 dam, aut non esse ducendam. Peregrinandum esse aut
 non esse percigrinandum, in genere suasorio. Item Mar-
 cum Horatium indignum esse supplicio, in genere iudi-
 ciali. Verum hanc palestram primum ingredientibus,
 non grauabitur is qui docendi prouinciam suscepit,
 primum indicare, quod propositionibus id argumen-
 tum tractari possit. Preterea propositionum ordinem
 demonstrabit, & quo pacto alia ex alia pendeat. De-
 inde quot rationibus unaquæq; propositionio fulciri de-
 bet, quot confirmationibus unaquæq; ratio. Tum cir-
 cunstantias, ac locos unde ista peti possint. Deinde qui
 bus similibus, dissimilibus, exemplis, collationibus, sen-
 tentijs, prouerbij, fabulis, apologis unaquæq; pars lo-
 cupletari queat. Ostendat & schemata, si qua insigniter
 uidebuntur incidere posse, quæ uel acriorem, uel amplio-
 rem

rem, uel magis dilucidam, uel incundio rem reddant orationem. Si quid erit amplificandum, rationem demonstret, sive per locos communes, sive per eas rationes, quas in quattuor formas distribuit Quintilianus. Quod si qui inciderint affectus, bi quoq; quo pacto tractandi sunt, admonebit. Quin & connectendi rationes prescribat, quis sit optimus futurus transitus, ab exordio ad narrationem, à narratione ad diuisionem, à diuisione ad argumentationem, à propositione ad propositionem, à ratione ad rationem, ab argumentatione ad epilogum, aut perorationem. Ostendat & formulas aliquot, quibus ibi commode possint exordiri, etiam per orare. Postremo si potest, locos aliquot in autoribus indicet, unde ualeant aliquid imitandum sumere, propter rerum affinitatem. Id ubi septies, aut octies erit factum, iam incipient (quod ait Horatius) sine cortice nare. Et satis erit nudū thema ministrasse, nec necesse fuerit, semper uelut infantibus cibum præmansum in os inserere. Nec mili displicet illud exercitationis genus, quod apud antiquos in usu video fuisse, ut ex Homero, Sophocle, Euripide, Vergilio, aut etiam ex historijs aliquando legantur themata. Puta, ut Menelaus apud Trojanam concessionem repeatat Helenam. Aut Phœnix suadeat Achilli, ut redeat in prælium. Aut Ulysses suadeat Troianis, ut Helenam reddant, potiusquam bellū experiantur. Quo in genere extant aliquot Libanij, & Aristidis declamationes. pterea, uti suadeat aliq; amicus.

Ciceroni,

Ciceroni, ne conditionem ab Antonio oblatam accipiat, quod argumentum est apud Senecā, ut Phalaris suadeat Delphis, ut taurum aeneum deo suo cōsecrent. Ad hoc genus pertinent epistolæ, quæ Phalaridis, ac Brutii nomine circūferuntur. In emēdando collaudabit, si quid fœlicius inuentum, traclatum, aut imitatum uidebitur, si quid p̄termissum, aut non suo loco positum, si quid nimīū, aut remissus, si quid obscurius, aut etiam si quid parū eleganter dictū erit, admonebit, & quo pacto mutari possit ostendet, ac mutari, & s̄epius iubebit. Extimulabit autem præcipue discentium animos, comparatione pro seclus, uelut æmulatione quadam, inter ipsos excitata.

Tam in prælegendis autoribus nolim te facere, quod prava quadam ambitiōe uulgas professorum hodie facit, ut omni loco coneris omnia dicere, sed ea duntaxat quæ explicando præsenti loco sint idonea, nisi si quando delectandi causa digrediendum uidebitur. Quod si huius quoq; rei rationem à me requiris, hæc mihi quidem uidebitur optima. Primo loco ad conciliandos auditores, laudes eius quem prælegendum sumit, paucis explicet. Deinde argumenti iucunditatem, utilitatēq; ostendat. Deinde uocem arguenti, si forte (ut faciūt plær&q;) uarios habet usus, explicet, ac distinguat, ueluti comædiā (ut hoc exempli loco sumamus) Terentianam interpretaturus, in primis de autoris fortuna, de ingenio, de sermonis elegantia paucis differat, deinde quantum habeat & uoluptatis, & utilitatis comœdiarum lectione, deinde quid significet

gnificet ea uox, & unde duc̄ta, & quot sint comœdia-
rum genera, & quæ sint comœdiæ leges, deinde quam
potest & dilucide, & breuiter summā explicit argu-
menti. Carminis genus diligenter indicet, post ordinet
simplicius, deinde singula fusiūs explicit. Deinde si qua in
signis elegantia, si quid prisce dictum, si quid nouatum,
si quid græcanicum, si quid obscurius, aut longius redi-
ditū, si durior aut perturbatior ordo, si qua etymologia, si
qua derivatio aut cōpositio scitu digna, si qua orthogra-
phia, si qua figura, si qui loci rhetorici, si qua exornatio,
si quid deprauatū diligēter admoneat, tū loca similia ex
autoribus cōferat, si qd diuersum, si qd affine, si quid imi-
tatum, si quid allusum, si quid aliunde translatum, aut
mutuo sumptum, ut sunt pleraq; latinorum à græcis
prosecta, ne id quidem taceat. Postremo ad philosophiā
ueniat, & poetarū fabulas apte trahat ad mores, uel tā-
quam exempla, ut Pyladis & Orestis, ad amicitiæ cō-
mendationem. Tantali fabulam, ad auaritiæ detestatio-
nem. In his non mediocriter adiuabit docentem. Eusta-
thius. Homeri interpres. Atq; ita fiet (si modo sit ingenij
dextri præceptor) ut etiam si quid inciderit, quod infice-
re possit etatem illam, non solum non officiat moribus,
uerum etiam utilitatem aliquam adferat, uidelicet ani-
mis partim ad annotationem intentis, partim ad altiores
cogitationes auocatis. ueluti si quis præelecturus secundā
Maronis æglogam, commoda præfatione præparet, uel
potius præmunit auditorum amicos, ad hūc modum,

ut

ut dicat. Amicitiam non coire, nisi inter similes, similitudinem enim esse benevolentiae mutuae cōciliatricem, contra dissimilitudinem odio, dissidijq; parentem. Quoq; maior ac uerior, stabiliorq; similitudo fuerit, hoc simeior, atq; arēlior est amicitia. Id nimirum sibi uelle tot apud autores prouerbia. Boni ad bonorum conuiuia, & inuocati accedunt, & simile gaudet simili, & Aequalis æqualem delectat, & Aequalem tibi uxorem quære, & Ut semper similem dicit deus ad similem, & semper graculus assidit graculo, & Similes habent labra laetucas, & Pares cum paribus facillime congregantur, & Cascus caseam ducit, & Balbus balbum reēlius intelligit, & Cicada cicadæ chara, Formica formæ, & Cretensis cum Aeginita. Contra, tot dissimilitudinis adagia, nihil aliud sibi uelle, quam inter eos qui dissimili sunt fortuna, dissimili uitæ instituto, dissimilibus studijs, aut omnino non coire amicitiam, aut si coierit, non cohæcere, citoq; dirimi, atq; ob id fieri, ut idiota studiosum literarum oderit, prophanus sacerdotem, rusticus aulicum, iuuenis scenem. Atq; in eodem genere. Epicureus Stoicum, philosophus iuris consultū, poeta theologum, balbus eloquentem. Hinc geminorum gratiam fratum, Amphionis & Zeti penè dissiliisse, quod alter Lyrae studiosus esset, alter agris colēdis gauderet, ac disfilierat, nisi Amphion abiecta Lyra, fratris ingenio cessisset. Ob eandem causam insyncera fuit Castoris & Pollicis amicitia, neq; caruit infamia tentati parricidij, cū
inter q;

uterq; eodem ex ovo essent prognati , utiam magis esse
gemelli non possent , quod alter pugil esset , alter equis
delectaretur . Hinc male conuicisse Remo cum Romulo ,
quod alter tristioribus , ac seueris esset moribus , alter bla-
dior , unde & Romulo pro Remo mutatum nomen . Pe-
sime conuenisse , Caym cum Abel , quod diuerso uite ge-
nere caperentur . Summū autem amorem , summæ simi-
litudinis esse comitem , atq; ideo fīclum à poetis , quem
admodum Narcissus , ante ab omni abhorrens consor-
tio , simulatq; suā ipsius imaginē in limpidissimo fonte
conspexisset , protinus amore flagrātissimo cœpit ardere ,
qd enim nr̄i similius , quā ipsa imago ? Ergo cū doct̄lū
doct̄lū amat , sobrius sobriū , modestus modestū , probus
probū , nihil aliud amat uterq; , quā suā ipsius in altero
imaginem , hoc est , seipſū , sed alio modo . Verū ea simili-
tudo , si quidem sita est in bonis animi , quæ uere sunt bo-
na , hoc est pietate , iustitia tēperātia , tū eiusmodi nascitur
amicitia , cuiusmodi sūt eae res , qbus amicitia cōciliatur ,
hoc est , honesta , uera , sincera , stabilis , æterna . Cōtra si in
rēbus corporeis ac fluxis , aut etiā turpibus , eā nec uere es-
se amicitia , nec iucūdam , nec diuturnam ostēdet . Proinde
Platonem duas fixisse Veneres , alteram cœlestem . alterā
terrestrem . Duos itē cupidines , suæ utrūq; matri respō-
dentes . Cœlestē ueras gignere formas , & huius filium
ueros & honestos immittere amores . Inter bonos semp
amorem esse mutuum , inter uulgares plerumq; alterū
amare , alterū odiſſe , alterū prosequi , alterū fugitare .

Id acci

Id accidit ferè propter ingeniorū, uiteq; dissimilitudinē
 quod quidem eleganter significat apud poetas Cupido,
 qui nōnunquā hunc aurea cuspide figit, illum plumbea,
 illum ut amet, hunc ut abhorreat, atq; hoc amicitiae ge-
 nere nihil esse potest infelicius. Eius igitur amicitiae ma-
 le coherentis q̄si simulacru quoddā, in hac egloga pro-
 ponit Vergilius. Corydon rusticus, Alexis Urbanus. Co-
 rydon pastor, Alexis aulicus. Corydō indoctus (nam hu-
 ius carmina uocat incondita) Alexis eruditus. Corydon
 etate prouectus, Alexis adolescens. Corydō deformatis, hic
 formosus. Breuiter dissimilia omnia. Quare prudentis
 est amicum suis moribus aptum diligere, si uelut amari
 mutuum. Hæc inquam si p̄fetur, tum autem locos de-
 monstratorios perperam, & bucolice à rustico affectatos
 indicet, nihil opinor, turpe ueniet in mētem auditoribus,
 nisi si quis iā corruptus accesserit. Nam iste uenenum nō
 hinc hauserit, sed huc secum attulerit. Hoc exemplum
 uerbosius exposui, quo facilius in cæteris, item sibi quisq;
 similia reperiatur.

Iam in aggressu cuiusq; operis conueniet in genere
 demonstrare, quæ sit argumenti natura, & quid in
 eo potissimum sit spectandum, uelut in epigrammati
 argutam breuitatem laudari, tum iocādi rationes, quas
 Fabius & Cicero tradūt, indicabit. Hoc genus p̄cipue
 gaudere epiphonematis, commode in fine adieclis, quæ
 cognitionē uelut aculeata in animo lectoris relinquāt.
 In tragœdia p̄cipue spectandos affectus. & quidē ferē
 acriores

similes sui quisq;
 quicq; at si uuln
 formij ter biberet

acriores illos, ii quibus rebus moueatur, paucis ostendet. Tum argumenta ueluti declamatum. Postremo descriptiones locorum, temporum, rerum, aliquoties & argutas altercationes incidere, que nunc distichis, nunc singulis uersibus, nunc hemistichis absoluantur. In comedie cum primis obseruandum esse decorum, & uitae comunitatis imitationem, affectus esse mitiores, & iucundos magis quam acres. Decorum autem in primis spectari, non solum illud commune, ut adolescentes amet, lenones peierent, blandiatur meretrix, obiurget senex fallat seruus, iactet se miles, atque id genus alia, Verum peculiare quoddam, quod suo arbitratu alijs aliud affingit poeta. Velut in Andria duos inducit senes, longe diuerso ingenio. Si monem uehementem, ac submoro sum, haud stultum tamen, nec improbum. Contra Chremetem ciuilem, ac semper placidum, ubique sibi presentem, omnia quantum potest pacantem, at ita tamen lenem, minime stupidum. Duos item adolescentes dissimili natura, Pamphilum cordatum pro ratione etatis, & consultabundum, sed acriorem, ut Simonis filium possis agnoscere. Ediuerso Charinum puerilem, ineptum, consiliisque inopem. Rursum seruos duos diuersis moribus. Dauum uafrum, & consiliis abiliter autem, ac sperandi pertinacissimum autorem, e regione Birriam nullius consiliij, tantum perpetuum desperatio nis autorem habeo. Ad eundem modum in Adelphis. Misiorem etiam in obiurgando mitem, ac festuum, Demetiam etiam in blandiendo amaruleptum. Rursum Aeschinum

Z propter

propter Urbane uitæ consuetudinem, & Mitionis fidutiam nihil non audenter, sed ita ut probum ingenii deprehendas, officiosum in fratrem, fidum in pueram. Ediuerso Ctesiphontem subrusticu, ac timidum, propter carum rcrum insolentiam, Syrum callidum, fit audace, nibilq; nō simulantem, ac dissimulatè, adeo ut sola ebrietas detexerit illius fucos, Dromonem stupidu atq; hebetem. Sed ista persequi nō huius est instituti, in præsentia satis est uiam indicasse. In æglogis admoneat esse aurei seculi, ac priscae illius uitæ imaginem. Proinde quicquid illuc est sententiarum, similiu, aut comparationum, à uita pastorali sumi, affectus sunt simplices, cationibus, sententijs, ac proverbijs deleclantur, superstitione & augurijs capiuntur. Ad eundem modum, quid propriu ha beat carmē heroicu, quid historia, quid dialogus, quid apolodus, quid satyra, quid oda, quid reliqua scripti genera curabit admonere. Tu que sint singuloru autoru in singulis argumentis dotes, aut etiam uitia, non gravabitur indicare. Quo iam tum assuescant adolescentes, ei quod est in omni re præcipiu, iudicio. Atq; in hac parte preceptorem, præter artem, & ingenium, adiuuabit etiam libellus Ciceronis de claris orationibus, & Quintiliani, Senecæ, atq; Antonij Campani de scriptoribus cesuræ, neq; non ueteres interpretes, præcipue Donatus hac in re peculiariter occupatus. Huc pertinet & consilijs ratio, ueluti quare Marcus Tullius in defensione Milonis fixerit se timere. Et q̄re Verg. tātopere laudibus uehat

Turnū

Turnum hostem Aeneæ, & quare abdicatus medicus
 apud Lucianum nō loedit nouercam, sed magis laudat,
 & in patrem acrior est quām in nouercam. Sed id quoq;
 in immensum patet. At indicabit aliquis hæc nimiū ha-
 bere negotij, equidem præceptorem eruditum, longoq;
 usu exercitatum uolo esse. Is si continget hæc etiam faci-
 le percipient pueri, Quod si qua initio erunt duriora, pro-
 gressu & assuetudine molestant. Optima certe sunt, ni
 si fallor & optimis conuenit statim assuescere, quanquā
 hæc nō ubiq; omnia sunt inculcāda, ne tædio grauentur
 ingenia discentium, sed ut incident insigniora. Neq; ue-
 ro minorem adhibeat curam præceptor in exigēdo que
 comiserit, quā in prælegendo. Est omnino labor hic do-
 centi gravissimus, sed discentibus utilissimus. Nec ordi-
 nem exigat duntaxat, sed quicquid scitu dignum fuerit
 creditū, id assuescant bona cum fide reddere. Neq; uero
 deterreat ab ac re difficultas, que uel menstruo temporis
 spacio uincitur. Mihi nunquā placuit, ut omnia dictata
 scribant adolescentes, fit enim hoc paclō, ut memoriae cul-
 tus negligatur, nisi siq; pauca quædā notulis uelint exci-
 pere, idq; tantisper donec usu confirmata memoria, scri-
 ptū non desyderent adminiculum. Postremo tantum ar-
 bitror esse momēti in cōmoda docēdi ratiōe, si modo dili-
 gens & eruditus contigerit præceptor, ut non dubita-
 rim meo recipere periculo, me minore negotio, ac paucio-
 ribus annis adolescentes ad utriusq; linguae mediocrē etiā
 eloquentiā perduclurū, modo déetur ingenia nō omnino

Z 2 infœ

DES. ERAS. ROTEROD.

infelicia, quam isti literatores ad qualemq; illam suā
balbutiem, uel infantiam potius prouehūt suos. His igitur
rudimentis puer in prima imbutus schola, deinde bo-
nis auibus ad altiores disciplinas conferat se, & quo-
cunq; se uerterit, facile declarabit, quantopere referat ab
optimis auspiciis fuisse. Hæc habui in præsentia mi-
chissime Petre, quæ tibi de studijs ratione scriberem, ea si
placent, utere, si minus, sedulitatem certe nostram pro
tuo candore boni consules. Tu modo perge ita ut institu-
isti, in bonas literas incumbere, ac Galliam tuam alioqui
florentissimam, honestissimis etiam studijs illustra:

V A L E

DES. ERASMI ROTERODAMI
PROTREPTICAE AD PE-
TRVM VITERIVM EPI-
STOLÆ DERATIO-
NE STVDIIPVE
RISQVE IN-
STITVEN
DIS,
FINIS.

DE CON

SCRIBENDIS EPISTOLIS, LI
BELLVS, AVTORED.

ERASMO.

D. ERASMVS ROBERTO
FISCHERO. S. P. D.



ICISTI tu quidē Roberte, Habes to-
ties efflagitata à nobis epistolarū scri-
bendarū rationē. At uide interim, dū
tuæ more gerō uoluntati, quantis ca-
lumnijs me ipse obiecerim. Quid enim
Critici dicent, immò quid non dicent: ubi uiderint au-
sum me tractare rem, à tam multis, tam eruditis scripto-
ribus scite diligenterq; tractatam? Viri, tu inquiet, Pene
lopis telam retexere? Quid enim tu uideas, quod illi nō
uiderint? Post tantos autores, aut eadem, aut deteriora
scribas necesse est, Quorum alterum superuacuum stu-
diosis, alterum etiam perniciosum. Iſlis, quum pluri-
ma possim, hoc unum duntaxat respondeo, mibi libe-
rum fuisse amicissimo homini gratificari, iſlis æque li-
berum esse, quæ non probant, non attingere. Quanquam
id unum tibi uni polliceor, me, neq; alienis inhæſurū ue-
ſtigij, & aptiora certè, si non eruditiora conscripturū.
Non quo minus cæterorum studium probem, qui ſciſſa,
quod

DES.ERAS. R O T E R O D.

qd aiunt, glacie, aliorū studiū excitarunt: Sed quia nemo sit omniū, in quo nō multa desiderē. Id quāobrem alias fortasse, nunc quantū ipsi doctrina, usu, imitatiōe, conse qui potuimus, quā brevissime trademus. VALE

DESYDERII ERASMI ROTE.

rodami de conscribendis epistolis

commentarius.

CVIVS MODI ESSE DEBEAT

Epistolaris Character, & in eo quid

fugiendum, quid sequendum.

Fugienda
affectione.



CENICVS quidam uerborū ap paratus & affectata grandiloquen tia, cum alibi uix ferri potest, tū ab epistolari familiaritate uchemēter ab horret. Is enim debet esse epistolæ characer, tanquā cū amiculo in angulo susurres, nō in theatro clames, aut paulo etiā libe rior. Multa enim epistolæ cōmittimus, q̄ corā pudet ex promere. Quare scripturi, eius cui scribimus, oculos, uul tū nobis p̄sentē nobis fingemus, ciusq; ingenio accōmoda bimus omnia. Assurgimus tamē nōn unquā ē in episto la, sed intra cōtentioneōrōnum. Persēpe autē ad uerba quotidiana demittimur, at ita, ut summa & mūdities, & elegātia sermonis adhibeatur. Vbi enī intenui re uer samur, ibi neq; copia, neq; splendore orationis laus quæ renda

Tenda est, sed acumine, proprietate, lepore, ioco, blāditiæ.

Familiares enim, ut ita dicā, sunt epistolæ, iocus & blādities: eaq; quoties apte licebit, cōueniet adhiberi. Nec minus amica breuitas est, nisi copiā res ipsa postulabit. Nā ampla in re breuē fieri tā turpe est, quā in breui lōgum.

Illic breuitas esse putāda est, ubi nihil redundat, nihil eximi potest.

Hæc igitur cum in perpetua epistola, tum in salutatione potissimum erit obseruanda.

Quid enim in doctiūs, uel potius stultius iſlis, qui odiosa, atq; ambitioſa salutatione sex septē ue uersus, bonam epistolæ partē

occupant? ut necesse sit leclorem iam deficere, antequam ad argumentum peruenierit.

Iam uero quantum illic sentationū: quod portenta uerborum: hunc solem, illū luciferum.

aliū lucernam ardente, speculum, candelabrum, thuribulum, theſaurum, sacrarium appellamus,

apicem, culmen, florem, gemmam, iubar paradisum,

quid non? Quis unquā Colax, aut Gnatho ausus est ista proferre?

Non pudet homines Christianos religiosos huius ambitionis?

Ipsi in Ethnicis gloriæ cupiditatē reprehendimus, cū aures nostræ pueriles assentationes ferre possint.

Salutatio igitur indicū personarū habere debet, non laudem.

Ad id adhibetur, ut constet ad quē, a quo fit epistola scripta.

Nomē scribētis præferendū hoc pacto.

Robertus N. Erasmo suo S.D. Hūc salutādi monem apud Cicronē & Plinium iuniorē, ut uestissi-

mos quoſq; perpetuo obseruatū reperies.

Nominibus officijs, aut professionis appellationem subiçere licebit, ut

Fugiedam
esse saluta
tionē uerbo
sam et am
bitiosam.

Cuiusmo-
di debeat es-
se saluta-
tio.

DES. ERAS. R O T E R O D.

M. Cicero proconsul, C. Cesari Imperatori. S. D. Henricus antistes Cameracensis, Philippo Burgundionu duci
Quō sunt S. P. D. Iacobus Battus publicus scriba à secretis Erasmo
trāfferēd a Theologo. S. D. Porrò epithetis illis nō in salutatiōibus,
epitheta. sed in ipsa epistola utemur, Idq; uocandi casu hoc modo.

¶ Ecclesiasticorum epitheta.

¶ Beatissime, Summe Pontifex, Amplissime pater, San
ctissime præsul, Antistitum maxime, reuerende, ueneran
de, obseruande, humanissime, benignissime.

¶ Principum laicorum epitheta.

¶ Regū innicissime, fortunatissime, clæmètissime, triū
phalis Imperator, fœlicissime, potètissime, Ducū illustris
sime, fortissime, excellentissime. Princeps generosissime.
Splēdidissime, munificētissime, strenuissime, magnanime

¶ Magistratum epitheta.

¶ Senator grauissime, continentissime. Cōsul ornatissi
me, iustissime. Iudex incorruptissime, optime. prætor in
tegerrime, circumspēcissime. Vir clarissime.

¶ Studiosorum epitheta.

¶ Theologorū doctissime. Rhetor facundissime, diser
tissime. Poeta diuine. Jurisperitorum consultissime. Dia
lecticorum accutissime.

¶ Cognatorum & affinum.

¶ Mater pientissima, Vxor iucundissima. Pater obser
uandissime. Marite mi. Frater charissime. Affinis, Soror
iucundissima. Socer optime. Fili suauissime. Gener iucub
dissime. Filia dulcissima. Optime patrue.

Prinato

¶ Priuatorum epitehta:

¶ Optime uir. Vir innocentissime, integerrime, amicis-
sime, humanissime. Senex, prudentissime, ingeniosissime,
adolescens generosissime. Mulier optima, castissima, in-
tegerrima, primaria, nobilissima, patritia. ¶ Neq; his Vbi epithetis utendū.
temere conueniet uti, sed ubi ad rei cōmoditatem facere
uidebūtur Veluti si p̄cipis fortiter gesta laudabimus,
fortissimum appellabimus. Si pro beneficijs gratias age-
mus, munificentissimum, liberalissimum, benignissimum
nominabimus: & ita de cæteris. Quos familiarius uero
amamus, eorum nomen cum blandimento subinde repe-
temus, ut miCicero, mea Tulliola, mi frater, mea Catha-
rina. ¶ Vbi autem salutatio præmissa utriusq; nomen
complectitur, superuacaneum fuerit in calce epistolæ su-
būcere, Erasmus tuus, & eiusmodi. Verū ubi uel omit-
titur salutatio, uel hoc modo ponitur, Salue præceptor
optime Salue frater iucundissime, Salue mea lux, Salua-
sit tua paternitas, humanitas: & cetera id genus. Tum
epistolæ est nomen nostrū subscribendum hoc pacto: Ro-
bertus piscator ex animo tuus, haud fīcle tuus. Iacobus
Battus quantus est tuus, tui amantissimus, tibi deditissi-
mus, tuæ paternitati deuinclissimus, proprius, peculia-
ris, addic̄lissimus, ad omnia paratissimus, quod ut citra
barbariem fieri potest, ita præter ueterum consuetudinē
fieri necesse est. At offendemus si sic salutemus si sic salu-
temus, at ego nondum arbitror ita desperandos animos
hominum, quin quos imperiti, & assentatores corrum-
pere

Appédx.

De noua
ratione sa-
lutandi.

Cōfutatio-

pere potuerunt, doctissimorum hominū, & autoritas,
 & cōsuetudo queat restituere. Quod siq̄d innouare placebit,
 tolerabitur nouitas, modo barbaries absit, fē para
 sitica illa assentatio, hoc modo, Cōsultissimo uiro petro
 Asinio iuris Pontificij professori Paulus Ardelius. S.D.

C De præfatione epistolari..

F Ranciscū Nigrū scriptorē audacē posius, quā ac
 curatū, præcepisse video, ut in singulis epistolis p
 ludio uteremur. Evidē ut interdū pfari probo, ita sem
 per id facere, & breuitati officit, & odiosum est. Qd si
 res flagitabit, id quām breuissime fieri poterit, cōueniet,
 & ita ut non probemīū, sed rē ipsam dicere uideamur.

C Diuīsio prima epistolarum.

E Pistolarum aliæ sunt mixtæ, aliæ simplici & gu
 méto. Mixtæ cū multæ Ciceronis, tū illa ad Quin
 tū fratrem exemplum esse potest, cuius initium est. Ad
 quartum nōnas Iunias, quo die Rhomā ueni, accepi tuas
 literas datas Placētiæ. In hoc genere aut quicquid in mē
 tem ueniet effundemus, aut à tempore rerum ordinem
 sumemus, aut ipsi ordinem fingemus. Si pluribus epi
 stolis una respōdebimus, singulis ordine respōdebimus
 & transitionibus huiusmodi utemur, habes de primis
 literis, nunc de alteris audi, Respondi secundis literis,
 nunc de proximis accipe. In diuersis argumentis ordi
 nem ipsi fingemus, si primum quæ uolumus signifi
 cabimus. Deinde ad illius scripta ueniemus, hac quidem
 transitione, habes quæ hic gerantur, Nūc ordinetuis lis
 teris

Quis ordo
in epistola
mixta.

A tēpore.

De fingen
do ordine.

teris respondebimus, hoc quidem initio. Multa erant tuis
in literis, quae me non mediocriter declarunt, nonnulla
minus placuerunt, illud gaudeo, hoc iucundum fuit, il-
lud doleo, & his modis. Aut primum publicis, deinde
privatis de rebus scribimus, prius quae ad nos, deinde q.
ad ipsum spectat. Cicero. Habet forensia, nunc domesticas
res accipe. Omnibus fere de rebus habes unum illud
addam.

Exemplum epistolæ mixtæ, seu non simplicis ar-
gumenti. Salve Roberte, quātum uterq; uolumus.
Ad tertium idus Nouembres Basilea soluimus, nauiga-
tione fausta usq; sumus usi. In itinere tuorum prætermi-
si neminem, cui nomine tuo non dixerim salutem diligē-
ter. In patria omnes & tuos, & meos (quid enim meū,
quod non idem tuum) incolumes offendit. Mandatorum
tuorum à me præteritum est nihil. Mater tui desiderio
uehementer angitur, quā crebris literis lenare, tuæ fue-
rit pietatis. Sorori quod nouo partu sit aucta, debes gra-
tulari. Gener rem domesticam strenue administrat. Do-
mus tua edificatur diligenter. De tuis rebus habes, de
meis uicissim accipe. Beneficium summo omnium cōsen-
su obtinui, declarat locus, nihil amoenius. nihilq; salu-
brius. Hic academiam plane quandam instituere con-
fīlum est. Sed o utinam te reducem haberemus, ut
unā philosophemur, tua apud regem commendatio,
plurimum mihi & ornamenti, & emolumenti at-
tulit. De privatis utriusque rebus hacenus.

Pars nu-
meratoria
de suis reb.
De eius cui
scribit.

Trāsito
de proprijs
rebus.

De

DES. ERAS. ROTEROD.

Trāfitiode publicis rebus. De publicis nihil habeo quod scribā, nisi omnia ad summam pacem, concordiamq; spectare. Seditio coorta, summa prudentia principum, sine cæde & sanguine sopita est. Pax à Philippo Burgūdionum duce, per legatū antiſitem petita, haud grauate concessa est. Scotti sub ingū missi, habes de patrie publico statu, Nunc ad tuam epistolam uenio, De recreata salute, tantum tibi gratulor, quantum te amo, Confilium tuum de adeunda Italia, uebementer probo, quod ut bene tibi uertat, precor. Quod Pomponius te insalutatū reliquerit, fī tuo & illius nomine doleo, Sed recreor quod tironem receperis. Quod de nouis rumoribus scribis, iam ego istud ex alijs audiuerā. De maternis negotijs, tu memorem mones, ita enim mīhi curae sunt, ut nec tibi quidem ipsi, solicitudine, diligētiaq; concedā. Cauē putes te à patria abesse dum ego ade ro. Quod res amissas recuperaris gaudeo. Tam odiose ti bi ab iſto nebulone negotium exhiberi, non grauiter ferre non possum. De scribendi cessatione me fineculpa accusari gaudeo, Hic primus est oblatus, cui literas cōmit terem, Itā ne agis? tu diuitias meas contennis? Croſsum appellas? Ego ueroefficiam, ut huic tenuitati nostrae, tu uero nomine Croſsus, iniudeas. Sed fuit mīhi tuus iocus uebementer iucundus. Quod me Varo uebementer charum esse scribis, uoluptatē mīhi nūcias. Quod Erasmus de me amantissime & sentit & loquitur, nihil miror, quid enim noui fecit? Quod ad me non scripserit, excusationem libens accipio. Illud in calce tuarum literarū de celeri

Alia transi-
tio.

Purgato-
ria pars.
Pars ioco-
sa.

celeri reditu tuo, me super omnia delectauit. Respondi ser
re omnibus epistolæ tuæ partibus. Fac quam sæpius
ad me scribas. Tu quod facis, magno animo in literas
incumbe. Incredibilis est omnium de te exspectatio. quam
ne fallas, curabis. Italorū ingenia nostri, scis cautius agendū,
memineris te inter uenena uiuere. Valetudinē tuā
cura diligenter. Carliolis pridie calendas decembres.

CQuot snt epistolarum genera, quæ sim
pli sunt argumento.

RHetorum quidem præceptio, quoniam ad foren-
sia negotia accommodatur, recte materiam ora-
tionis in tria genera distribuit. Inditiale, deliberatum,
demonstratum. Atq; ex his tribus fontibus, quum om-
nia epistolarū argumenta emanent, multo tamen latius
liberaliusq; uagantur. Quid enim est, quod literis nō cō-
mittimus? In his stomachamur, blandimur, iurgamur,
consolamur, nugamur, iocamur, querimur, ridemus, la-
chrymatum, amamur, odimus, cōiuiamur, somniamus.
Et quid non? His ebrij, sobrij, nostras cogitationes cō-
mittimus. Quare eas quidem epistolarū species, quæ sub
illis tribus generibus contineri uidebuntur, eodem rese-
remus, reliquas separatim ab illis annumerabimus. Et
quoniā deliberatiui generis usus, quām latissime patet,
exordium ab eo sumemus. Cuius species, Et quæ ad ip-
sum serè pertinere uidentur, sunt, exhortatio, dehortatio
suasio, dissuasio, consolatio, petitio, commendatio, moni-
tio, amatoria. Ad demonstratum genus pertinent de-
scriptiones

scriptiones personarum, urbium, agrorum, regionum, animantium, ædificiorum, temporū, montiū, ut Aetnæ & huiusmodi. Ad iudiciale genus hæc referuntur, Criminatio, defensio, expostulatio, purgatio, exprobatio, inuectiva, deprecatio. Extra uero hæc tria Rhetorum genera, sunt & epistolarum species, Nunciatio, commissio, aut mandatio, narratio, collaudatio, gratiarum actio, querella, lamentatio, gratulatio, iocus. Nunc quid in uno quoq; genere fieri conueniat, ordine consideremus.

C De exhortatoria, & quid inter sit inter
suasionem, & exhortationem

EXHORTANDI genus à suasorio hanc multo abest discrimina, abest tamen. Nam suaspemus ut uelit, exhortamur ut audeat, suademus probantes, exhortamur incitantes. Suadendo ut nobiscum sentiant, efficimus, Exhortando, animum addimus. Suasio, rationibus, Exhortatio, stimulis utitur. Suadimus aliter, ac nos sentimus, sentientibus. Exhortamur timidos, igna uos, cessantes, & ut semel finiam, non exhortamur, nisi iam persuasos. Quare fere usu uenit, ut & suasio exhortationem & exhortatio suasionem habeat admixtam. Quanquam nos docendi gratia separauimus. In excitando autem, & aciendo plurimum ualeat, si laudes eum, quem cohortere. His autem potissimum partibus constabit exhortatio, laude, spe, metu, exemplis, expectatione, obsecratione.

A laud

Quibus p.
tibus cōstet
exhortatio
& laude.

A laude tractabitur exhortatio; si haec lenus ab eo gesta, ab omnibus uehementer praedicari, dicemus. Si ut re fœliciter, ac strenue copta, pari, aut maiori etiam animi magnitudine pergit, hortamur. Si genus, si nobilitatem, si dignitatem, si splendorem, si famam, si fortunas extollemus, ac ne quid his indignum admittat admonemus. Meminerit cruditionis sue, sapientiae, uirtutis, ætatis ueterum bene gestorum: ut studeat suorum maiorum similis existere, immo utrosq; exuperet, Nequid illis indignum admittat. Spe metuq; accendemus, si decus, si gloriam, si immortalitatem, si emolumentum, si uoluptatem proponimus, si diuersa ex parte obscuritatem, ignominiam, reprehensionem, damnum, dolorem ostendemus, Si quum haec uehementer exaggerauerimus, cum labores, quibus ista uel comparari, uel uitari queant, extenuabimus. Porro nulla re uehementius, quam eorum, quos miramur, exemplis ad uirtutem accendimur. Quare haec conueniet diligenter adhibere, et quidem uetusta, illustriaq;. Potissimum si quos habuit sue patriæ, sue urbis, sui ordinis, sue professionis, sui generis celebres viros, eorum dicta ac facia in oculos ponemus, parentum autem familiaria, ac propria quedam que gesserint aut dixerint conducet repetere, quibus agnitis, necesse est filiorū animos uehementer commoueri. Exemplis uero ita utemur, ut eos quos adducimus, cum magna aliqua lauda proferamus, ut

Aspe: me tuq;.

De exēplis
in exhortā
do.Tractatio
exēplorū:

Socrates

DES. ERAS. ROTEROD.

Socrates ille philosophiae parens, Plato philosophorum
grauiſſimus, Alcibiades omniū, quos Græcia uidit, im-
peratorū longe clarissimus. Scipio non sine causa à mul-
tis laudatus, & ita de alijs. Hæc autem debent ei rei, ad
quam hortamur, esse quam accommodatissima. Deinde

rem ipsam apposite & cum amplificatione quadam ex-
ponemus. Exemplo collationem subiiciemus, in qua con-
ueniet argumentis illis rhetoriciis uti, quæ uocantur, A
pari, Ab impari. Sumitur autem collatio à sexu, ab æta-
te, à patria, à p̄emis, aut ab alia circumstantia, hoc mo-
do, Foemina potuit uitam contemnere, & tu uir morte
honeſtissimam times? Ille iuuenis hoc ausus, tu iam grā
dis natu non audebis? Si homo & Barbarus & Ethni-
cus hoc intellexit, quid te fē Rhomanum, fē Christianū
facere par est? Ille prophanus, tu sacris initiatuſ. Ille nul-
lis p̄emis iuitatus, tibi omnia ſumma proponuntur.

De ordine
fē uarieta-
te exemplo
rum,
Ut autem exemplorum uarietas, & ordo quidā habeat
ur, antiquissima queq; primo loco ſtatuentur. Atq; à
Græcis quidē ad Rhomanā, à Rhomanis, ad Barbara,
à Barbaris ad Hebraica Ab Hebraicis, ad Christianā. A
ueteribus ad recentia. A recentibus ad ea quæ noſtra me-
moria ſunt geſta ueniemus. Præterea ab externis ad no-
ſtratia, à noſtratibus ad domēſtīca deſcendemus. Fabu-
las quoq; inter uetera conueniet adhibere, ut ſi res geſtas
Quomodo cum laude poetæ proponemus, aut certe ſi quid doctiſſi-
exemplorū mi eiusmodi fabulis uoluerint, aperiemus. Ad comparā-
copia com dā deniq; exemplorum copiam, cum plurimarum hiflo-
paratur.
riarum

riarum lectio, tū multarum rerum usus uehementer cōducit. Sed quo simus ad quamvis materiam instruc̄tio-
res, oportet de quoq; uitio, de quaq; uirtute magnā uini-
factorum, & dictorum comparare. Idq; ex omni gene-
re historiarum, animalium omnī gentium, q; tāquam in
statione collocata, quoties uocentur, adsint ad manum.

Qua in re, & ordo, quē modo ostendi, & Valerij Ma-
ximi & apophthegmatū Plutarchi diligens lectio, stu-
dium nostrum uehementer iuuabit. Et de exemplorū usū,
hoc eo diligētius admonuimus, qđ non in hoc modo ge-
nere, sed fī in omnibus ferè generib⁹ frequēter incidit.

Nec mediocrem solitudinē iniiciemus, si quanta sit om-
nium, tum amicorum, tū principū de eo, uel publica, uel priuata expectatio. Nominatim eorū, quorū ille iudiciū
& autoritatē plurimi facere uidebitur. Eā expectationē
probabilē reddemus à genere, ab indole, ab educatione, à
praeceptoribus, à loco, ab anteactis rebus, & his simili-
bus circumstantijs, quantā sit benevolentū futura gratu-
latio, si rem bene gesscrit, ostendemus. Deinde æmulatorū
& inimicorum expectationem atrociter exagerare stu-
debimus. Horum omnium, quæ letitia, quæ insultatio,
qui risus, quæ maledicta, quæ scōmata sint expectanda,
describemus. Et ut illic profuerit nominatim aliquot pro-
ferre, quorum iuditio & autoritate plurimum eñ com-
moueri credimus. Ita hic iuuabit appellare eos, quos no-
uimus illi esse quam maxime inuisos fī infestos. Acrius
interdū odio, quā amore extimulatur animus hūanus.

AA. Obſc⁹

A b expē
Elatione a
micorum:

Ab expē
Elatiōe mā
leuolorū :

Obsecratione demum exhortationem concludere licebit, quæ tanquam rhetorici epilogi fungatur officio. Obtemperabimur per generis sui nobilitatem, per maiorum imagines, per gloriam bene gestis partam, per indolem egregiam, per sapientiae & ingenij laudem, per amicorum uota, per inuidoru[m] odia, ut quæ se digna sint, maximo animo curet. Conueniet interim exhortatiōibus uim quamdam & acrimoniam admiscere, membra & articulos frequentiter adhibemus. Præterea repetitiones, comparia, contentiones, & similes exornationes, quæ uidebuntur acrimoniam quandam habere. Cuius generis cum plurimæ ē Ciceronis, aliorumq[ue] exemplis, tum ē Titi Liu[is] conventionibus, & orationibus, quibus apud hunc autore Imperatores commissuri suos milites adhortantur, colligere licebit. Nos ut quæ præcepimus, tanquam digito ostendamus, unicum exemplum subiiciemus.

Exemplum epistolæ cohortatorię.

Deci nō potest iucundissime nepos, quanta tam me, tuos omnes uoluptate affecerit pulcherrimus rumor nuper hic, de rebus fortiter à te gestis, exortus. Ita sunt ppulchra immortalitatis tuae fundamēta. Quid autem hortari incipiam, ut rem diuinitus coepitam perficias, qui eo animo sis natus, ut nihil unquam humile aut sordidum cogitaris, utq[ue] non tam calcaribus, quam frenis egere te putem? Sed tamen incredibili quodam erga te studio cōpellor, te currentē (quod aiunt) incitare. I bone, quo uirtus tua te uocat, I pede fausto, p[ro]ge quod summa

Exhortatio cū laude mixta.

ma cū laude cœpisti, Te natalibus tuis, quibus hæc urbs
 nihil unquam uidit illustrius, patre tuo clarissimo, ista tua
 īdole, ista eruditione, isto animo dignum preſtare. Im-
 pone suminam manum immortalibus monumentis, à
 quorum absolutione non multum desyderatur, Certasti
 cum maiorum tuorum imaginibus, quibus tu aperte uir-
 tute plus lucis attulisti, quām cœperis, uicisti etatē, qua
 cum prope adhuc impubes habcaris, tamē forti uiro nō
 indignū uel gessisti, uel cogitas, Anteueristi maioribus
 tuis uirtutum magnitudine, Vicisti haecenus & tui stu-
 diosorum ſpeculationem, & æmulorum inuidentiā. Sed
 poſtquā omnia ſuperasti, unum etiam certamen reliquā
 eſſe puta, nempe ut teipſum imiteris, tui ſimilis eſſe ſtu-
 deas, tu teipſum præire contendas, Nam uinci à teipſo,
 tam foēdum fuerit, quām pulchrum fuerit reliquos ſua
 peraffe. Ita ſi ſemper tibi iſtes, non deerit qui cum lau-
 dibus certare poſſis. Cogita te eum in locum ipſius for-
 tunæ manibus eſſe deductum, at neceſſe ſit aut ſuma-
 ma cum laude peragere, aut ſummo cum probro defati-
 gari. Ardua quidem, & difficultis eſt uirtutis uia, ſed
 ampliſſima tibi præmia propone, Decus, immortali-
 tas, imperium, opus dignitas, fœlicitas in manu ſunt,
 ſi pertenderis. At ſi (quod omen dij auertant) defati-
 geris, non ſolum priſinæ gloriæ tenebras offuderis,
 uerum etiam in posterum omnem dignitatis ſpem tibi re-
 cideris. Labores neq; diurni ſunt, neq; ita magni:
 præmia tum æterna, tum ampliſſima proponuntur.

AA 2 Multa

Multa iam pars exhausta, annus dūtaxat est tibi perdi-
randus. In quo facito, ut tanquam in conclusione, & ex-
tremū muneris tui parte, perfec̄tissimus, atq; ornatissi-
mus fuisse uidearis, Fac ut ueterū heroū pulcherrima fa-
cta ob oculos assidue uer sentur. Hercules ille totius Græ-
cæ facile princeps, quot laboribus sibi iter in cœlū ape-
ruit? quot monstra superauit? qui ad inferos etiā ipsos
legitur penetrasse. Quæ tibi si ficta de illo uidebūtur, nō
pugno quidem, sed diuinitus omnino à sapientissimis do-
ctissimisq; uiris exco gitata puto. Nam quo alio consilio
Homerus poeta diuinus Ulyssēm quem nobis ut sapien-
tis uiri exemplar proposuit, tam diuturnis laboribus ia-
ctatum scripsit, nisi ut significaret hanc unam esse ad im-
mortalitatem uiam? Hac Epaminundas, hac Alcibiades
clarissimi Græciæ imperatores sibi immortale apud po-
steros laudem pepererunt. Quid aliud Alexandrum Ma-
gnum cogitasse credis, cum se tantis periculis obijceret?
Quem tu laborem Decios illos recusaturos fuisse unquā
credis, quorū alter ut æternam sibi laudem compararet,
dæmonibus se deuouit, alter in medios hostes se præcipi-
te dedit? Quæ non ætas Machabeorum nomen celebra-
bit, quorum unus, elephanti uentre perfozzo, pulcherri-
mam oppetens mortem, clarissimo facinore, immortale
gloriam est consecutus? Sed quid nos externa, atq; anti-
qua repetimus? domi habes, qui te ad huiusmodi uirtu-
tem debeant incitare & quidem eo uebemētius, quo ge-
nere coniunctiores. Nam cæteros quidem egregios uiros
imitari,

imitari, laudi dicitur: at tuorum non sine summo dede
core similis esse non potes. Viuit adhuc recens, & post Exemplū
ritate ipsa crescit, pro aui tui uiri fortissimi memoria. aui.

Quanto ille animo iam inde à teneris annis ad nominis
immortalitatem contendit? Honestos ille labores pro lu-
do habuit, uoluptatem & ocium, non secus ac pestē te-
rrimam fugiebat. Sepe ipse ex eo iam natu admodū
grandi, audiuisse memini, se hanc logiorem uitam à su
peris optare, quām patriæ sua industria posset usui esse,
cui se potius, quām sibi ipsi natum dicebat. Ad propiora Exempū
ueniam, tibi magis, quām mīhi ipsi nota, Pater tuus uir patris.
fortissimus, atq; optimus, quid unquam durum, aut dif-
fīcile iudicauit, qđ uel ad gloriæ incrementum, uel Reip.
commodū pertinere putasset? Quot ille, quāmquā diffi-
ciles legationes adolescentis, non sine summa laude obiijt?
Quot hyemes sub pellibus egit? E quātis angustijs sua se
uigilantia expedituit? Quem ille magistratum nō petijt?
Quid autem petiuit, quod non obtinuit? Quid obtinuit,
quo non summa cum laude sit perfunctus? Debent pe-
ctori tuo paterna illa monita infixa sedere. Sepe enim te
adolescentulum, ut memini, Vergiliano illo carmine, cō
sueuit exosculans hortari: Disce puer uirtutem exme,
uerumq; labore, Fortunam ex alijs. Nec raro, me audie-
re, hūc usurpare sermonem solebat, sibi prorsus uideri ni-
bil intresse infer eos, q; nunquā nati essent, & eos q; nul-
la re memorabili gesta, obscuri ex hac uita migrassent.
Quare quū ab his sis maioribus ortus, huiusmodi p̄cep-
tus AA 3 Ab expes
elatione.

DES. ERAS. ROTEROD.

ceptis foris domiq; institutus, obscurum tibi esse non debet, quid tui, uel patria ipsa abs te exspectet, præsertim quum isti generi, isti indoli, egregiam quoq; doctrinam adiunxeris. Quum iam istiusmodi rudimenta edideris, cogita tuorum omnium non amicorum modo, sed ciuium oculos in te unum coniectos, omnium in te suspensos animos, quorum iam expectioni uix satissa. Eius uideris, si a natalium tuorum uirtute nihil degeneraueris, nescio quid maius sibi de te pollicentur, quorum si uotis tua uirtus responderit, quid si etiam uicerit? quantus erit tuorum omnium triumphus? quantia patriæ gratulatio? Quantum autem Nebulonij, uiri, ut scis, tui amantissimi, & iudicio de te, & amori in te accesserit? Sin rem indiligerter gesseris (quod omen deus auertat) malevolentissimi homines, qui tue hæc nus inuidenter uirtuti, quosq; rerum tuarum splendor excruciat, continuo uerticem tollent, Erimusq; & tu & tui omnes ludibrio & risui Nebulonibus inuidentissimus. Amici mutescunt, inimici insultabunt, beneuoli frigidi, maleuoli feroci, Zoili in te odium nosli, nullo codiiori modo pestem illam ulcisci potest, quam ut gloriae tue inuidia tabescat. Varum autem uirulentissimū hominem plane ad suspedium adegeris, si nobis uictor redieris. Codrus iam nunc suspendio trabē elegit. Si nihil te, neq; tua gloria, neq; nostra expectione mouerit, hoc certe tanti fuerit, ut haec monstra conficias. Quare te charissime nepos, per luculentissimas maiorum tuorum imagines,

Ab expe-
ctatione.

Cotetioes.
Acerta pso-
na.

Epilogus
p obsecra-
tionem.

imagines, per egregiam indolem, per sapientiae laudem, cui semper studiasti, per nostram patriaeque expectationem, per bene auspicata laudum tuarum initia, obsecro atque obtestor ne committas, ut quin ceteros uiceris, a teipso superatus uidearis. Dij tua copta secundent, et felicibus intere fatis. Vale decus nostru. Est et inter Hieronymianas epistolias, Exhortatoria ad Heliodorum, quae uniuersum eius generis artificium una complectitur.

¶ De dehortatorio genere.

OPer et preium non putaui, dehortationis exemplum subiungere, quod eadem sit utriusque generis ratio, cum uix unquam exhortemur, quin eadem opera dehortemur. Exempla eorum quibus ea res infelicitate cesserit, accumulabimus. Deinde probrum, conuictia, damnum, in commoda diligenter colligemus, quae per exornationem, quam rethores descriptionem appellant, ante oculos possemus. Sed haec studiosorum industrie relinquenda putauimus. Nunc ad singulas cuiusque generis partes, non quidem ex omnibus, sed optimis autoribus, syluam quamdam uerborum ac sententiarii ministrabimus, quibus ex nostris non nihil adjiciemus, quo scripturi, haec semper tandem penum ad manum habeant, et imitandi studio familia discant effingere.

¶ Exemplum depromptum ex prima Ciceronis ad Qu. Fratrem epistola.

Quare quonia in istis urbibus cum summo imperio est potestate uersaris, quibus uirtutes tuas cosecueras, ab expensione bonorum.

AA 4 cratas, norum.

DES. ERAS. ROTEROD.

cratas, & in deorum numero collocatas uides, in omnibus rebus quas statues, quas decernes, quas ages, quid tatis hominum opinionibus, tantis de te iudicis, tantis honoribus debeas, cogitabis, Quod si i mediocri laude sermonis ac prædicationis res nostræ essent, nihil à te eximium, præter aliorum consuetudinem postularem. Nūc uero propter earum rerū, in quibus uersati sumus splendorē, & magnitudinem, nisi summam laudē ex ista prouincia assequimur, uix uidemur summam uituperationem posse uitare. Eanostra ratio est, ut omnes boni, tū faueant, tum etiam à nobis omnem diligentiam, uirtutemq; postulent & exspectent. Omnes autē improbi, qd cum his bellum suscepimus sempiternū, uel minima re ad reprehendendum contenti esse uideantur, Quare cum eiusmodi theatrū est totius Asie celebritate refertissimū magnitudine amplissimum, iuditio eruditissimū, natura autē ita resonans, ut Rhomā usq; significationes, uoceq; referantur, Contende quæso, atq; elabora, nō modo ut his rebus dignus fuisse sed etiā ut omnia illa tuis artibus superasse uidearis.

¶ De epistola suasoria.

Quibus p̄tibus cōstet toribus
T am ad suasorium genus ueniamus, quod quidē ab illo superiori non admodum abhorret, Nam ut illic ita hic quoq; laudem, spem, expectationem, cohortationē nōnunquā admiscemus. Suasoriam igitur epistolam hoc pacto licebit instituere, Si res postulabit, captanda paucis est benevolentia. Id quemadmodū fieri conueniat, à rhe-

Ab expē
ctatiōe ma
lorum.

UVA. BHSC. IyR_254

toribus diligenter monstratum est. Deinde narrationem subiiciemus, in qua omnia ad suadēdū accōmodabimus & tanquam argumentorum semina iaciemus. Deinde si res ipsa partes in se continebit, eas cum diuisione proponemus. Quod si simplex erit, ipsi nostro ingenio diuisionem faciemus, & rationum capita, à quibus potissimum sumus suasuri, sub distributione, ut diximus, enumerabimus. Deinde singulas ratioes varie copioseq; tractabimus. Si quid uelementer nostrae rationi uidebitur officere, id statim in principio destruemus, aut ut quidq; incidit, ita confutandum erit. Sed de rationum inuentione prius, postea de earum tractatione præcipiemus. Sumuntur autem rationes ab his potissimum partibus, honesto, utili, tuto, iucundo, facili, necessario. Honestum autem diuiditur in rectum, & laudabile. Rectum in uirtute & officium: uirtus in prudentiam, iusticiam, fortitudinem, temperantiam. Prudentia in intelligentiam, memoriam, prouidentiam. Iustitia in naturam, consuetudinem & legem. Natura in religionem pietatem, gratiam, uindicationem, obseruantiam, ueritatem. Consuetudo in pactum, par, iudicatum. Fortitudo in patientiam, magnificientiam, fidentiam, perseverantiam. Temperantia in continentiam, clémentiam, modestiam. Honestum est, quod propter se est expectendum. Rectum quod cum uirtute sit & officio. Virtus est animi habitus, rationi cōsentaneus. Officium est uirtutis ad unāquāq; personam accōmodatio. Id sumitur ab ætate, scientia, dignitate, professioē.

suasoria e
pistola.

Narratio.

Diuisione.

Confutatio.

Enumeratio
partium
a quibus
conset.

Definitio-
nes singu-
lorum.

Honestum

Rectum

Virtus.

Officium.

alijsq;

ne, alijsq; circumstantijs, ut aliud est officium militis, præceptoris, discipuli, consulis, prætoris, nobilis, plbeii, obscuri, senis, iuuenis, doctri, indoctri, uiri, foeminae, coniugati, cælibis. Quæ quidem officia pro loco, tempore, & rerum conditione uariantur. Prudentia est rerum multarum memoria, & usus complurimum negotiorum. Memoria est, per quam animus præterita repetit. Intelligentia est, per quam ea quæ sunt, perspicimus. Pronidentia est, per quam futurum aliquod uidetur, antequam fiat. Iustitia est æquitas, ius, unicuique tribuens pro dignitate cuiusq;. Natura ius est, quod nobis non opinio, sed quædam uis innata insenit. Religio est uis insita, quæ deorum metu, & ceremonijs hominem dicit. Pietas est in parentes, aut patriam, aut alios sanguine iunctos officium. Gratia est officiorum, honorum, & amicitiarum memoria, & renumeratio. Vindicatio est quæ uim & contumeliam defendendo, aut ulciscendo propulsat, per quam peccata punimus. Observatia est, per quam ætate, aut sapientia, aut dignitate aliqua antecedentes ueneramus. Veritas est, quæ nos monet, ut rem sicuti est, si scimus, dicamus. Consuetudo ius est, quod sine lege, propter uetus statum, eque ac si legitimum sit, usitatum est. Pactum est, quod inter aliquos conuenit. Par est, quod inter aliquos communes æquale est. Indicatum est, de quo alicuius, uel aliorum sententia iam constitutum est. Lex ius est, quod aut populi, aut imperatorum iussu constitutum est. Fortitudo est rerum magnarum appetitio, &

tio, & rerum humilium contemptio, & laborum cum utilitatis ratione perpessio. Magnificentia est rerum magnarum cum ampla animi cogitatione administratio. Fidentia est, per quam animus in magnis & honestis rebus multum in se fiduciæ certa cum spe collocauit. Patientia est rerum arduarum ac difficultum honestatis, ac utilitatis causa uoluntaria & diuturna perpessio. Perseuerantia est, in ratione bene considerata stabilis & perpetua permanensio. Temperantia est, rationis in libidine atq; alios non rectos impetus animi firma ac moderata dominatio. Continentia est, per quam cupiditas consiliij gubernatione regitur. Clemensia est, qua animi temere in odium concitati comitate refinentur. Modestia est, per quam pudor honestus, claram & stabilem comparat autoritatē. Hæc sunt, quæ honesta appellantur, propter se expetenda. Quæ his autem contraria sunt, turpia nominantur, & propter se sunt fugienda. Et quoniam uirtutibus uitia sunt finitima, non difficile erit, quamuis rem uel ad laudē, uel ad reprehensionē trahere, idq; uel à nominis depravatione, uel ab aliqua circumstantiarū, Sed hæc rhetorū sunt: Laudabile est quod conficit honestā, & præsentē, & sequentē commemorationē. Id ex officio est uirtute nascitur, neq; unquam ab honesto separatur. Utilitas in conuersatione præsentium, & comparatione sequentū cōmodorum, & in eorum, quæ his sunt contraria euitatione consistit. Cōmodorum uero, quæ & bona appellantur, quedam sunt corporis, ut fortunæ, uires, facultas, & eiusmodi

Fortitudo.

Magnificētia:

Fidentia:

Patientia:

Perseuerantia.

Temperantia

Cōtinētia:

Clemētia

Modestia.

Laudabile

Utile.

DE SERAS. ROTEROD.

modi. Quædam animi, ut eruditio, acumen, & ceteræ uirtutes. Quædam fortunæ, ut honores, magistratus, opes amici, & eiusmodi.

¶ De complexione, & ceteris argumentationum oratoriæ generibus.

Exempla.

Complexio est, in qua utrūuis datorū concesseris, reprehenditur. Vare, si tibi bonus præceptor fui, quid insectaris benemeritū? Sin malus, cur reuocas? Poetas desine calumniari, quos si ipse didicisti, cur in alijs reprehendis, quod ipse feceris? Sin quod magis credo, non didicisti, cur quod ignoras calumniaris? Pater, si maritū improbum noueras, cur me illi collocasti? Si probū, cur distrabis? Admonendum non censco, Nam si probus est, non est reprehendendus, sin improbus ad monitionem tuam contemnet. Miscrum est habere uxorem, Nam si formosa sit, metu angeris, sin deformis, hoc ipso miser eris, quod deformem habes. Si meministis, obtundam, sin obliiti eslis, quoniam re nihil egerim, quid uerbis efficere possum? Stultum est cuiquam absenti obtreclare, nam si amicus est, cur præsentē potius non admones? Sin inimicus, cur odiū eius irritas, & illi nihil noces? De futuris euentis angi metu non debemus, etenim si bona sint, frustra metuimus, sui aduersa, infelicitate duplicamus. Deprauata autem complexio dicitur, quū aut utraq; pars, aut altera conuerti potest, & in aduersarium retorqueri. Ut illud apud Aulum Gellium. Inte^do q; tibi litem, si persuasero me nihil debere, non reddā mercedem.

De falsacō
plexione.

mercedem, quia persuasi, si minus persuasero, nihil debeo, neq; enim didici artem. Sic utraq; pars conuertitur. Si persuaseris te nihil debere, dabis, quia didicisti artem. Sin minus persuaseris, rursus accipiam quia non persuasi. Accusandus omnino nō est, nam si ueretur, quid eū accusas, qui probus est? si nō ueretur, quid cum accusas, qui id parui existimct? Inuerte partem priorem, immo si ueretur, maxime est accusādus, ut corrigatur, Inuerte posteriorem sic: Immo si non ueretur, hoc ipso est accusandus, quia improbus. Complexio, quæ ex oppositis partibus constabit, refelli non poterit, ut hæc. Non sum accusandus, si aliter euenerit, quām putaui. Nā si sciebas id nō profuturum, tu potius es accusandus, qui quod Reipub. utile uidebas, præsens cōticuisti: Sin nesciebas, nec hic sum accusandus, cū & tu eiusdē futuorū inscitiae reus sis.

C De numeratione.

E Numeratio est in qua pluribus rebus expositis ac ceteris infirmatis, una reliqua necessario confirmatur hoc modo: Si illum ab hoc dicis occisum, quum si ne causa nunquam suscipiatur maleficium, necesse est aut metu, aut odio, aut spe alicuius cōmodi, aut inimici alicuius gratia, ab hoc esse occisum, sed neq; odiū, neq; metum, neq; spem intercessisse, neq; ad amicum aliquē mortem eius pertinere probare poteris. Relinquitur ergo ab hoc non esse occisum. Alterum exemplum: Quoniā bunc fundum constat meum fuisse, quem tu nunc possides, necesse est aut hæreditate tibi obuenisse, aut uacuum occupasse,

passe, aut te hunc emisse, aut usu tuum fecisse, aut certe
me inde ui cieisse, Me uiuo, mea res haereditate tibi ueni-
re non potuit, Emptio nulla profertur. Vacuum, quod
meum fuisse constat, possidere non potes, usu tuum non
fecisti. Relinquitur igitur ut ui me à mea possessione eie-
ceris. Hæc argumentatio confutatur, si aut unum ali-
quod membrum, quod ab aduersario præteritum erat,
profertur, aut si unū quidpiam ex his, quæ prolata sunt,
falsum ostenditur. Ut si dicat eum agrum sibi datum es-
se, quod ille in enumeratione præterierat, aut si emptio-
nem proferat, quod alter in enumerando negarat.

De simplici conclusione.

SImplex conclusio est argumentatio in qua, ex eo qd
antecedit, aliud cōsequi necesse est, hoc modo: Si hūc
hominem in prouincia cōstat fuisse occisum, ab hoc qui-
tum Rhomæ fuit occidi nō potuit. Spirat, igitur nō mor-
tuus. Peperit, igitur cum uiro concubuit. Cum uiro con-
cubuit, igitur uirgo nō est. Homo est igitur animal est,
Poetas nouit, igitur didicit. Hæc argumentatio confuta-
tur, si non cohærere cōsequens ostenditur, ut si mater est,
diligit filium. At Medea (dicet aduersarius) filium inter-
fecit. Poeta est, igitur lascivus. At Prudentius continen-
tissimæ uitæ fuit. Holandus est, igitur ebriosus. At Eras-
mo nihil frugalius, aut si quod antecedit, negabitur, ut si
in primo exemplo dicat aduersarius: eum non Rhomæ,
sed in prouincia fuisse.

De subiectione.

subic-

SVbiectio est argumentatio, in qua quærimus, quid
pro aduersario, aut contra nos dici possit. Deinde p-
singulas interrogations, propere subiiciemus rationes,
quibus id quod dictum est, non ita esse ostendemus, hoc
modo: Quæro igitur, unde iste extenui, tam pecuniosus
sit factus? patrimonium amplum relictum est? At pa-
tris bona uenierunt. Hæreditas aliqua obuenit? At oībus
suis ex hæredatus est, Ex mercatura quā agere cōstituit,
questum maximū cōsecutus est? At ex ca re, quæ habere
uidebatur, omnino amisit. Quare si his rationibus locu-
pletatus non est, aut illi aurū domi nascitur, aut unde nō
oportuit, surripuit. Numeratur hæc argumētatio & in
ter exornationes. Nam quatenus aliquid cōcludimus, ar-
gumentatio est, quatenus ornatam cōficit orationem, ex
ornatio putatur. neq; ad concludendum adhibetur, quū
non minus habeat dignitatis, hoc modo. Quid faciam
miser? taceam? instigem? purgem me? laterem lauem.
Reprobenditur hæc argumentatio, ut enumeratio, à qua
non multum differt, si aut aliquid prætermissum osten-
ditur, aut infirmatur aliquid ex enumeratis.

¶ De submissione,

SVbmīssio est argumentatio, in qua nosmetipsi iden-
tidem petimus rationem, quare quidq; dicamus:
Exemplū: Veteres illi magnam philosophiæ operam da-
re uoluerunt. Quare sic? quia intellexerunt liberales artes
summe omnium appetendas esse, Cur ita? quum per
eas efficitur, quanto nutra hominis reliquis animan-
tibus

tibus antecellit, tanto nos indoctis hominibus antecella-
mus, Cur id? quia ingenium nostrum, nisi arte, doctri-
naq; excolatur, rude, ac omnino suypsis dissimile est.
Quare sui dissimile? quoniam quum eruditus sis, inge-
nij natura multo acutior est, quam esset, si non discipli-
nis excoletur. Vnde hoc: quia principia nobis natura,
quasi semina quædam imposuit, quæ nisi studio germi-
nare feceris, parum profuerit ingenij bonitas. Mirum sic
naturam uoluisse, Reclite factum inquam: Quam ob rem?
quoniam uoluit nos natura non sine labore, ut cæteras
beluas, sed nostro studio perfici. Huius argumentationis
exempla meliora, in exhortationibus Ciceronis inuenias.

¶ De oppositione.

Oppositiō est argūmetatio, in qua ex opposito pro-
positionis, ad ipsam propositionem reuertimur,
hoc modo, Si eo tempore, quo hunc hominem in prouincia
occisum dicitis, Rhomæ fui, relinquitur à me occi-
sum non fuisse. Hæc propositio est, cuius oppositum se-
quitur. Nam si eo tempore quo hunc hominem in prouincia
occisum dicitis, in prouincia fuisssem, à me occisū su-
spicari poteratis, Nunc autem, quum eo tempore in pro-
uincia nō fuerim, nihil est, quod hominem à me occisum
suspicemini. Aliud exemplum. O portet nouo exēplo cō-
tra Cymbos, Caium Marium imperium continuare.
Nam si pax esset, & nullus nos ad nouas cogitationes co-
geret, liceret autē facere, quæ uolumus, nunquam uobis
quirites, nouandum aliquid dicerem, cōtra exempla atq;
instituta

instituta maiorum. Contentus enim esset moribus his, legibus, eaq; consuetudine, quæ nobis à patribus tradita est, Nunc autem, cum bellum acerrimum sit, & hostes Italiam deuastet, quotidieq; proprius ueniant, ac iam urbi imminentia uideantur, Is qui omnibus imperatoribus antecedit Gaius Marius, uel contra instituta ciuitatis (sicut enim leges inter arma) ut nos liberet, nouo quodam exemplo, hoc etiā, anno consulatum, ac imperium contra Cymbros accipiet. Etenim quæ nō faceremus, si pax esset, hæc nobis cum bellū sit, necessario suscipienda uidentur. Aliud exemplum, Non ab insignibus modo, uerum etiā à leuissimis uitijs nobis temperadum est. Nam si ulli nobis essent inimici, facile istis uitijs ignoscere, quæ sūt humana sunt, & ipsa etate pene excusantur: Nunc autem quum in dignitate uitæ constitutus, à pluribus iniuidis, & maluolis obserubris, dādam tibi operam censeo, ne uel i minima mēda deprehēdi qucas. Aliud exēplū, Grauiissime omnino istam iniuriā ferre non necesse est, quæ si mihi ab alieno quopia, de quo nihil esset bene meritus, obiecta esset, æquiore animo ferrē, liceret enim inimicum ulcisci, & simplex uulnus esset. Nūc autē quū ab eo hāc contumeliam acceperim, qui cum summa miseri familiarsitas fuit, sūt in quē tantū officij cōtuli, quantum in aliū neminē, non molestissime ferre non possum. Duplicatur enim uulnus, quum iniuriæ, ingratitudo summa additur, sūt cum quo amico sum usus, sine summa turpitudine non licet ulcisci. Aliud exemplum, Haud æquū est, ut

Redit ad
primā pro
positionē.

Hæc pro
positio
est opposi
tum.

BB tibi

DES. ERAS. RÖTEROD.

tibi meam operam sine fructu commodarem. Nam si referendi facultas tibi decesset, uoluntas prompta adesset, uoluntate contentus essem. Nunc autem quia sis opulentissimus, & id tibi superest, quod mihi deest, haud per est te gratis meum officium prestatari postulare.

¶ Violatio.

Violatio est argumentatio, in qua ex aduersiorum ratione, non id quod ipsi uolunt, sed quod nobis utile est sequi, demonstramus. Hæc in cōfutatione solū adhibetur. Exemplum. Non est ducenda uxor. Ratio: eo quod ex conubio in orbitatem & lucrum incidamus, Immo eo maxime est uxor ducenda, quæ filijs alijs procreatis, lucrum orbitatis à nobis expellat. Aliud exemplum, Non sunt legendi poetae, demulcent enim legentis animum & alliciunt. Immo ob id ipsum sunt legendi, quia demulcent animum. Aliud exemplum. Nihil est magis tentandum cuiquam, eo quod breuis sit hominis uita, immo eo magis aliquid egregij tentandum erit, ut quā diu uiuere nō possumus, aliquid relinquamus, quo nos uixisse testemur. Et iterum, Damnamus est, occidit hominē, Immo præmio donandus, quia tyrannū hominem occidit.

¶ De inductione.

Inductio est argumentatio, quæ rebus non dubijs cōcessis, propter similitudinem, rem quæ dubia erat, comprobat. Dic mihi, prætor si uarijs sententijs pugnandum nec ne, si illo die inter nos dissensissimus, utrius sententiae starctur? Non est dubium, inquis, quin consulis.

Quod

Quod si diuersa fuissent auspicia, & mea quidē pugnādum eo die significassent, tua quiescendum, meis ne auspicijs pugnandum fuisset? an tuis quiescendum? meis scilicet, quia consul fui, parēdum dices. Age uero si meis auspicijs, mea sententia, pugnatū prospere est, & quā ne tibi eum hominem ex ea re assequi uidetur, cuius nec sententia, nec auspicijs quicquam aēlum est. Alterum exemplum, Dic mihi senex ingratissime, si nihil int̄ beneficij collocassem, num tu me iniuriū uocasses? Nō inquies. Ne q; enim iniuria uideri potest, si nihil de eo benemeraris cui nihil debes. Nunc igitur quum ultro plurimum in te officij contulerim, non & quā cest te mihi succensere, qđ benefacere desierim, qui succensere non poteras, etiam si nunquam benefacere cepissem.

C De collectione.

Collecio est argumentatio, quae rationibus, & ex politiōe absolvitur. Hæc in quinq; partes distribuita est, Propositionē, Rationē, Rationis confirmationē, Ex positionē, & Conclusionē. Propositio est, per quā summatim ostendimus, quid sit, quod probare uolumus. Ratio est quae demonstrat uerum id esse, quod proposuimus, uno, vel pluribus argumentis. Rationis confirmationē est, quae rationem expositam corroborat. Expeditio est, quae rei locupletandæ, & honestadæ causa sumitur. Conclusio est, quae postremo diffusius diētas breuiter colligit partes argumentationis, Exemplum. Quoniam propositione breuiter docui indices, quā de causa semp Ulysses Aiace

BB 2 extitit

extinctū uoluerit, Nunc ne quid uobis impedimento sit, quin eum ab hoc interfecūt, uel hac luce clarior uideat, potuisse quoq; quod uoluerit facile perficere, quām breuiissime ostēdam. Nam is quī sine socijs acerrimum uirum uideret, tum demū cogitabit posse eum incautū

Ratio.

opprimi: Etenim cum arborū frequētiam prospectū omnem cripere posse, uidebat: tum eum securum, alijs cogitationibus occupatum, non ante qui cquām aduersi suspicaturū arbitrabatur, quām ei gladiū occultus infigeret.

Confirmatio.

Itaq; solitudo loci, obscuritas, insidiæ præparatæ, ac dolus, acerrimi, sibiq; capitalis inimici nulla suspitione, nullo timore, huc aut illuc fluētuātis potestatem interimēdi fortissimi uiri, deterrimo omniū, atq; perfidissimo præbuerunt, quis hoc nō credat? præsertim cū fē cognoscat Vlyssem unum omnium audacissimum simulq; iniquis simū? Cuius rei indigna mors Palamedis præclarum testimoniū est, quum singularis pudicitiae uirū, dolo atq; insidijs suis confisus, uel publico iudicio superare posse sperauit. Quod si non in syluis, neq; in solitudine, sed celeberrimo loco cunctis spectantibus, publico iudicio, sapientissimum omniū superare posse credidit, quanto magis solum atq; incautū, idq; in latebris interimere posse sperauit? præsertim cum Palamedis iniusta nex animū ad maius facinus audendum accenderit. Quare si syluam, si solitudinem, si illum inermem, incautum, præmeditatū hæc omnia, paratumq; fuisse intellexistis, nolite amplius dubitare indices Aiacem ab Vlysse occidi potuisse.

Cōclusio.

Aliud

DE EXHORTATORIA, EPIST. Fol. 195.

Aliud exemplum. Nihil dementius est, quām de impro-
bo homine bene mereri. Quisquis enim id facit, suo offi-
cio, suoq; sumptu, hostem sibi facit eum, quem neq; ami-
cum neq; inimicum habere poterat. Nam si cum suis offi-
cijs nullis decinxisset, nihil cum improbo comertij fuis-
set. Nunc quum ei decinētum sentiat, cui gratias refer-
re nolit, cui debitorē uideri pudeat, necesse est ut eiusmo-
di hominem extinētum uelit, ne sit, cui debere superbissi-
mus simul & ingratissimus homo uideatur. Id si obscu-
rum cuiquam uideatur, Erasmi hominis innocētissimi
casu liquido poterit intelligere, qui quum Varum senem
omnium quos terra sustinet ingratissimum, amicū etiā
habere potuisset, si nihil de eo meritus esset, eū suis sum-
mis beneficijs acerrimum effecit inimicum. Itaq; quanto
se decinētorē illi intelligit, cui homo superbissimus mi-
nime uelit, tanto diligentius in eius perniciem incumbit.
Quis enim hominem sanæ mentis iudicaret, qui latroni
gladiū, quo se iugularet, ultro ministraret? nibilo plus
sapitis qui improbum & ingratum demerens, causam
illi præbet, cur se perditum uelit. Quare cum nostro be-
neficio summum malum nobis parari intelligamus, &
quemadmodum amico nostro cesserit uideamus, ipso
Orreste uidebimus insanores, si postbac improbum ho-
minem, nostris beneficijs demereri uelimus. Aliud exem-
plum. Sapientis est famæ sue longe diligentius, quā op-
ibus suis, non minus uero diligenter, quām uitæ consule-
re. Minus siquidem danni, & incomodi accipit, qui pe-
Ratio.

Propositio

Ratio.

Confirmatio.

Expolitio.

Cōclusio.

Proposi-
tio.

Ratio.

DES. ERAS. ROTEROD.

Confirmatio.

cuniā, aut etiam uitam amittit, quām qui famam. Pecunia enim amissa restaurari potest, fama semel amissa integrum restituitur nunquam, Et uita quidem corporis, quum certos à natura terminos acceperit, in longū tempus extendi nequit, fama uero hominis, quae est altera & potior uita nostra, etiam post cineres & rogum semper uiuit. Vitā igitur quisquis eripit, rē adimit, qua nullo etiam auferente diu frui non poteramus. At famā qui cripit, re immortali, & pulcherrima nos spoliat.

Expositio.

Quod ueteres recte intellexisse mili uidentur, qui non pecuniam modo, uerum etiam uitam ipsam effundere non dubitabant, quo nomen suum quā maxime prorogare. Multos fuisse eo animo legimus, ut postquam se fama spoliatos uiderent, nec causam quidem esse putarunt, cur diutius in uita manerent. Adeo grauius famae, quām uitae dispendiū indicabant. Quod si homines ijs rebus maxime timere uideremus, quae cū sint p̄ciosissimae, facilitem tamē perduntur, ac difficilime restituuntur. Sapiēs existimatūdus nō est, q̄ famae, q̄ neq; restitui potest semel amissa, & nihil hac habeat homo preciosus, non multo diligētius consulendū putat. quā pecuniae, aut etiā uitae. Potest etiā tribus duntaxat, aut q̄tuor partibus cōfici collectio. Si uel confirmatio, uel expolitio, uel utraq; omittitur.

Conclusio

¶ De ratione.

Ratiocinatio est argumentatio per seclissima, que accommodatiōe ad sumptionis, ad id quod propositum est, elicit conclusionem. Hęc quoq; sicut Cōfici paucio-

paucioribus partibus costare potest, tamē ea quae pfectis
 summa putatur, quinq; partibus consumitur, Propositione,
 Ratione, Propositionis assumptione, Assumptionis ra-
 tionc, & Complexione. Propositio est, per quam breui-
 ter is locus proponitur, ex quo omnis emanat uis argu-
 mentationis. Ratio est, quae demonstrat uerū esse, quod
 proposuimus, uno pluribusuè argumentis, Assumptio ē
 oratio, per quā id, quod ex propositione ad ostendendum
 pertinet, adsumitur. Adsumptionis ratio est, per quā id,
 quod asumptum est, cōfirmatur. Complexio est, per quā
 id, quod ex tota argumentatione conficitur, exponimus,
 hoc modo: Omnes qui causam habent, ad suscipiendum propositio
 facinus, si uita eorum à maleficio non abhorret, libenter
 maleficium suscipere solent. At Vlysses interficiendi Aia
 cis summā causam habuit, Nec est omicidiū ab eius uita
 alienum. Vlysses igitur interficiēdi Aiacis maleficiū sus-
 cepit. Hæc est ratiocinatio tripartita, omissis rationibus,
 hanc quinq; partibus hoc pacto traclabimus. Omnes ho
 mines, iudices, quorum uita per cōsuetudinē à scelere nō
 abhorret, odio sic mouentur, ut uehemeter exoptent suas
 inimicitias, quouis explere facinore. Nā eiusmodi homi
 nes, qui manus semper iniusto sanguine cruentas habere
 consueti sunt, quum non possint à uitio animi recedere,
 non solum quum aut ita accidit, ut commodum conse-
 quātur, aut incōmodum maleficio uitēt, mouetur ad fa-
 cinus, Verumetiam ipsi causas querunt, quibus socio
 iniurias mapus adferant. Etenim si boni uiri cauendum
 propositio
 Adūptio.
 Ratio.

BB 4 putant

DES. ERAS. ROTEROD.

putant, ut ne causam quidem habeat qua prætermittere
 officium impellatur, hos crudeles viros, hos iniquos, qui
 semper sanguine gaudent, non mirū est interficiendi ho-
 minis causam querere. Præterea si boni non inquit me-
 tu aut inimicitijs à reclusa via, qua semper uixerunt depul-
 si sunt, quis non credat homines prauos commodo suo
 moueri, ut conseruare consuetudinē suā uelint? Illi vir-
 tutem sibi solitam utilitate decepti omittunt, hi officium
 quod nunquam obseruauerunt, quum utilitatem scelere
 adipisci se posse intelligunt, obseruabūt? Videlicet igno-
 ratis indices, quāta uis sit irae? quid inimicitiae possint?
 quid odiū pariat? Non dico hic beluas ira fūt odio mo-
 ueri, ut alteri nocēat. Non dico multos sapientissimos ui-
 ros odio atq; ira permotos, temperare sibi non potuisse,
 præterire melius est quot urbes, quot regna, quot gentes
 confectae odio iacent, Quare indices si etiam bonos inimi-
 citijs corrumpi uidetis, huiusmodi homines, qui per cō-
 suetudinem à maleficio abesse non possunt, odio motos
 obtruncare inimicū uoluisse dubitatis? At Ulysses acer-
 rimus inimicus capitalijs odio ab Aiace dissidebat: Scitis
 enim omnes, scitis, nec opus est, ut alius rē uobis aperiat,
 quem in illum animum gessit, post iniquissimam illam
 contentionem armorum, Scitis timidum hūc hominem,
 qui nihil unquam uirtute animi, omnia fraude egerat,
 fortissimum hominem, acerrimum hostem, inimicorū
 persecutorem, iniuria laccessitum, uehemēter extinxisse.
 Intelligebat enim, nisi uitā illi eriperet, se incolumē esse
non

nō posse Consueverat. si manifeste nō poterat, quo quis modo aduersarios ad gredi, cui rei Palamedis idigna mors testimonio est, quem quū prudentia omnes superare uidetur, non ignoratis qua proditione, quibus infidijs, qua inuidia motus occiderit. Atq; ex illo nullū periculū metuebat, Aiacis metu conficiebatur. Hac in re inuidia, odium, ira & metus simul concurrunt. In Palamedem inuidia solum mouebatur. Quare iudices huiusmodi homines, uel parua de causa, maleficia suscipere solent, hic autem qui odio acerbo Aiacis, ac metu percussus erat, nō est audiendus si neget se Aiaccum interficere uoluisse. Propositiōes autem à principalibus causarum locis inueniuntur, ut in coniecturali statu, à petitione testimoniū hoc modo, Sine testimoniis non est audiendus aduersarius. In negociali constitutione, à lege hoc pacio. Non oportet aliquid innouari contra leges. His contraria, ut non sunt omnis rei petedi testes, plurima enim flagitia occulte committuntur. Et, hoc tempore contra leges aliquid innouare oportet. Si uero id quod ab aduersarijs propositū est, aut propone poterat, refellere uoluerimus, tum utendū erit Propositione, sublatione, opposita propositione, solutione. Propositio est sublationis pollicitatio. Exemplum. Nec me clam est, quid callidissimus senex calumnietur. Sublatio est aduersarij. Exemplum. Non debuisse me cōtra pationē discedere. Opposita propositio est solutionis pollicitatio, ut, Verum id quam fruolum sit, non est difficile ostendere. Solutionem secundarijs locis confirmabimus, hoc

Cōplexio.

De proposi-
tionis in-
ventione.De exorna-
da proposi-
tione.

DES. ERAS. ROTEROD.

hoc modo, Ridicule enim mihi pactionem allegat, quam ipse prior soluit: Cōuenierat ut bienū abs me doceretur, fateor. Verum ea lege, ut ille mores in melius mutaret. Nunc quū ex malo factus sit pessimus, ab utro noſtrum est pactio uolata: nempe ab iſto. Aliud exemplum. Nec audiendos Theologos puto, qui poetas legendos neget, quod uerborum nitorc, legentis animum uehementer al liicit. Quid enim magis pro poetis dici potest? Nā si ut factur, poetæ mira quadā dicendi politie, uenustatej, de leclant, quū ea uoluptas non modo à turpitudine absit, uerum etiam summā adferat utilitatem, causa est ostensio, cur maxime poetas legere debeamus.

De rationū inuētione a circūſlatijs & singulis locis.

Rationes porrò, quibus propositiones confirmantur, inueniuntur a circūſlatijs, quæ sex numerari solent, Persona, Res, Causa, Locus, Tempus, Modus, quibus additur à nonnullis septima, Materia. Persona est, quæ ad aliquam rem confirmandam, uel infirmandā capit, hominis conditio. Persona est duplex, Vna extra causam, ut maiorū, aliorum iudicium, auditorum, Alia in causa, ut accusatoris, rei, iudicis, testiū. Persona indecē partes distribuitur, Nomen, Naturā, Viēlū, Fortunā, Habitum, Adſectionem, Studia, Paſta, Casus, Orationes, additur & consilium. Nomē propriū, ut Cato sapiens, Aristides iustus, Metellus Numidicus, Pōpeius Atticus, Petrus Cādidas, Vigilantius niger. Nomē cōmune ciuitatis, aut gentis, aut prouinciae, ut Pōenus perfidus, Græ

chs

Personā.

Que conſyderanda in unaquaq; persona.

cus leuis, Gallus superbus, Athenienses studiosi, Rhomae
 ni belaces, Brabati inepti, Holladi simplices, Phrysones
 bibaces, Angli ostetatores, & ita de ceteris, Ab his s̄epe
 rationē ducimus, maxime in genere demonstratio, nomē
 fortuito impositum in calumniā trahētes. Ut Hic uero
 nomine Niger, nomē ex re habet, credo hoc nomē nō for
 tuito, sed pr̄esagio quodam & omine contigisse. Aut
 inuertimus nomē, ut falso nomine Innocētius, quū nihil
 sit eo nocētius: Cādidius, quū p̄ter nomē nihil babeat cā
 didi. Aut p̄ antiphrasim, ut Vigilātius diēlus, quū Dor
 mitātius merito debeat appellari. Fingimus & ipsi no
 mina, de quo suo loco dicemus: Nihil enim ad rationū in
 uētiones res attinet: Natura, aut diuina, aut hūana, &
 mortalē ē Diuina sumitur ex augurijs, extis, omnibus
 prodigijs, oraculis, diuinitus diēlis. Mortalis natura di
 uiditur in sexū, ut uir, mulier. Nationē, ut Gr̄ecus, Bar
 barus: Patriā, ut Rhomanus, Atheniēsis. Cognitionē, ut
 nobilis, ignobilis. Aetatē, ut puer, iuuenis, senex, Dignita
 té, quæ in cōmoda animi & corporis distribuitur, siue
 etiā incōmoda. Animi autē cōmoda, & incōmoda sunt,
 ut acutus, hebes, memor, obliuiosus, prudēs, stolidus, timi
 dus, audax, dū h̄ec insunt à natura, nō industria compa
 rata. Corporis autem sunt, ualetudo, imbecillitas, lōgi
 tudo, breuitas, formositas, uelocitas, tarditas, cādor, fus
 cedo, itē & nasus, hirsutus, glaucus, & huiusmodi.
 Viēlus distribuitur i educationē, ap̄d quos, quō, & cē
 tera. In usum, ut quo in negocio, quo q̄stū sit occupatus,
 & cetera.

DES. ERAS. ROTEROD.

- &cætra. In mores, ut libidinosus, an frugi, avarus an liberalis, & eiusmodi. In fortuna considerandum est, scrupus ne sit an liber, pecuniosus an tenuis, exul abdicatus an secus, priuatus an cū potestate, fortunatus an ifor tunatus. Adfectio, est animi & corporis extempore aliquā mutatio, ut uultus lētus, tristis, cupiditas, metus, titubatio, pallor, rubor, tremor, oculorū suffusio, gestus insolitus, incessus modo citus, modo tardus, q̄ inter signa coīe cluralia numerantur. Habitus, uirtutes & uitia corporis & animi complectitur, quæ non insunt à natura, sed industria sunt comparata, ut uelocitas, robur, ingenium, memoria, probitas, eruditio, facundia & huiusmodi. Studium est uellemēs animi ad rem quāpiā applicatio, ut medicus, orator, poeta, Theologus, miles, uel equorum studiosus & eiusmodi. Facta, Casus, & Rationes ex tribus temporibus considerātur. Ex præterito, quid fecerit, quid illi acciderit, quid dixerit. Ex præsenti, quid faciat, eueniat, quid dicat. Ex futuro quid facturus sit, quid illi euenturus sit, quæ dicturus sit, aut ipse, aut eius socij, cives, maiores, amici, inimici. Consilium est aliquid faciendi ex cogitata ratio. Res est totius negotij certis signis conflata complexio, quæ potissimum in epilogis adhiberi solet, Causa diuiditur in impulsionem. Ratiocinatio. re. Impulsio, est temerarius impetus animi, ad aliquid faciendum, aut non faciendum: ut ira, cupiditas, uolentia, timor, furor, & omnis animi perturbatio. Ratiocinatio est, que cōmodorum comparatione, aut in cōmodo-
rum

rum uitatione, ad rem hortatur. Ea consistit in cōmodo-
rum adeptione, retentione, augmēto, aut in cōmodorum
evitacione, reiectione, diminutione. Est autem duplex ca-
sa, principalis & accessoria. Principalis, ut occidit homi-
nem ex quo pecuniae maximam summam sperabat. Ac-
cessoria, præterea nō ignorans se Clodio, huius inimico
acerrimo rem gratam facturum. Locus, opportunus, an
inopportunitus, angustus, amplius, nemorosus, montuo-
sus, longinquus, an propinquus, celebris, an desertus; sa-
cer, an prophanus, publicus, an priuatus. Modus, clam
an ui, palam an occulte, persuasione an sponte, audacter
an captiose, insciens an prudens, amore an odio. Mate-
ria, fūste an gladio, arcu, ueneno, incātationibus. ¶ Nūc
quomodo rationes à circūstantijs inueniantur, exempla
subiçiamus. Proditor es patriæ Catilina, nisi huius rei te
fles Cicero produxerit, non est audiendus. Ea enim nobi-
litate, his maioribus natus sum, ut sine testibus, id de me
suspiciari non debeatis. Atq; ideo magis expellendus est
Cicero, quum hæc sine testibus dicat, quod mihi semper
inimicus fuerit, & nobilitate (utpote nouus homo) in-
festus. Nam uestræ prudentie iudices esteam potestatē,
talibus uiris non concedere, ne fictis argumentis nobiles
homines circumueniant. Non enim tanti sceleris suspicio
nem sine testibus approbare debetis. Præsertim in hac re
publica, in qua leges sanctissime semper sunt cōseruatiæ.
Atq; ideo magis expellendus, ne si fictis argumentis lo-
cus dabitur, multos nostrum, hi noui homines inuadere
conetur.

Locus.

Modus.

Materia.

propositio.

Ratio à p-
sona rei.A persona
aduersarijA persona in-
dicum.

A re.

A loco:

A causa.

DES. ERAS. RÖTERÖD.

A tempore

conentur. His præsertim temporibus, quibus ignobilis animi, in nobilitate sūt accēsi, & ea licētia iuitur, ut nemo falsa crimina non excogitet. De circumstantijs hactenus, unde rationes propositionum inueniuntur. Nunc de confirmationum inuentione. Profuit autem omnis Cōfirmatio ab his locis, Ab exēplo, Minorī, Maiorī, Aequali, & contrario. Exemplum. Oportet tēpore belli, ad ciuitatis emolumētum aliquid innouare. Et maxime nobis Rhomanis id licet, qui semper ad utilitatem Rcipub. aliquid noui solemus excogitare. Maiores enim nostri ex cōmodo Rcipub. reges expullerunt, & decemuiros cōtinuare imperium, passi non sunt, & tribunos plebis sacrosanctos constituerunt, Scipionem ante tempus Consulēt creauerunt. Si paterfamilias multa ē re sua innouare nō ueretur, Senatus ob Rcipub. cōmodū quidpiā innouare nō audebit? Si tēpore pacis innouare nihil solemus, tēpore belli, quum res postulat, est innouandum. Profuit expolitio à circumstantijs, unde & rationes. Est autem Expolitio, quiddā ex Ratione Confirmationeq; conflatiū, hoc modo. Cōtinuare Scipionem imperium, uel contra leges oportet, Nam & maiores nostri ex utilitate Reis pub. decemuiros facile continuare imperium passi sunt.

Atq; illi tunc in pace, nos coacti bello quid faciemus? Et illi ad ornandam legibus Rempub. Nos ad defendēdam libertatem faciemus, Et illi decemuiros continuare imperium simul passi sint, Nos unum solummodo nō patiemur? Et illi Appium Claudiū hominem, ut res docuit, libidi-

De inuētione
cōfirmationum.

propositio
Rario à p-
sona.

Ab exēplo

A minori.

Confirma
tio à cōtra
rio.

De inuētiōc
expolitiōis
Cōfirma
tio.

Expolitio
extēpore.

A causa.

Arc.

libidine perditum atq; tyrranicum. Nos Scipionem, qui
 ea continentiae exēpla dedit Numantiae, ut omnū proba-
 tissimus uideretur. In exhortationibus uero longe aliter
 de expolitione præcipitur. Hoc monendus est studiosus,
 Sicut ad unā propositionem confirmandā, plures ratiōes
 adferri posse, ita unāquāq; rationē pluribus cōfirmatio-
 nibus posse muniri, & itē ad confirmationes singulas,
 plures expolitiones posse adhiberi. Verū quēadmodū ra-
 tiones propositionibus, breuitatis causa, nōnunquā admi-
 scētur, ita cōfirmatio rōni, Cōfirmatiō Expolitiō itexi-
 tur. Est igitur hoc loco Expolitiō, sive Enthymema, ora-
 tio q; à circumstantijs ad cōfirmationē, nō sine collatiōe fer-
 tur. Epenthymema est quādā addita Enthymemai acuta
 ex cogitatio. Exēpli causa, Coriolani factum plusquā ho-
 stilenobis uideri debet. Tyrānicum enim est patriam ex-
 pugnare. Hostes enim oppugnandi non sunt, quibus hic
 maiori odio est prosequendus, quod illi alienam, hic suā
 patriam oppugnat. Et cui plurimum debet, hanc euerte-
 re conatur. Fluit quidem Comprehensiō à circumstantijs,
 sed approbatus à quadam, aut totius in minora, uel pau-
 ciōra, incisiōne, aut similiūm enumeratione, aut fictoria
 ratione, quae oppositū rei cōfingat. Exēplū. Simulat, non
 amat puella, quae si uirū quēpī amaret, nō ego te uenefi-
 ei accusarē. Si teipsū arderet, artes tuā mihi suspecta nō
 essent. Si aliū quemdā furorē fureret, si alia ægritudine
 laboraret, nō te accusarem: pater tres semel interfecit fi-
 lios, si duos interfecisset, si unū solum, si nō filiū, tamen
 moleste

De Enthymemate et
 Epenthymemate:
 propositio
 Ratio à re.
 Cōfirmatio contrario.
 De cōpre-
 henſione.

A fictoria
 ratione.

A similiū
 enūmeratiōe
 Ab incisio
 ne totius i

DES. ERAS. ROTEROD.

pauciora.
Ab incisiōe
in plura.
Ab incisiōe
in minora

A similiū
enūcratiōe

Ab incisio
ne totius i
pauciora.

A genere

A specie.

moleste ferretis. Misit centū talenta Philippus Atheniensisibus, quibus Demosthenes sibi traderetur. Non si mille daret, non si decem milia, non si ciuitates, gentes, prouincias, regna simul omnia conferret, Demosthenē, qui Græciae libertatem, tum prudentia sua, tum eloquentia tutatus est, tradituros putare. His ego talentis, non dico His peridem, aut Eschinem, sed ne plæbeium quidem quempiam, aut opificem, aut omnino ciue infimum traderet. Alterum exemplum. Ego, si tuos filios (si modo tui dicendi sunt, quos crudelissime trucidasti) aut uerberibus affecasses, aut exilio, & abdicatione notasses, moleste tamen etiam ferrem, tot pulcherrimos iuuenes, uel charissimo patriæ solo priuari, uel indigne uerberibus cedi. Nunc uero quum non abdicatione, non exilio, non uerberibus, sed morte tres simul abstuleris, non expostulem: non accusem: nō grauiter feram: Et qui si unum interficiisses, exclamarem, nunc tribus necatis, filebo: Inueniuntur itē argumenta, & rationes à locis Topicis. Nempe à Generi, Specie, Differentia, Proprio, Diffinitione, Toto, Partibus, Causis, effectis, Vjsibus, Adiunctis, Iudicato, Simili, Maiori, Minori, Pari, Proportione, Oppositis, Transumptione, Casu, Coniugatis, Divisione. Genus est quod continet speciem. Ad generis negationē, consequitur & speciei remotio, non contra, ut uirtus non est, igitur nec iustitia. Animal nō est, igitur nec homo. Remota specie, non consequitur remotio generis, sed affirmata specie, sequitur affirmatio generis, iustitia non est, igitur uirtus non

non est, non consequitur. Iustitia est, igitur uirtus est, cōsequitur. Ad remotionē tamē totius generis, consequitur remotionē cuiuslibet speciei. Rursus ad affirmationē totius generis, cōsequitur affirmatio uniuscuiusq; speciei, ut, Omne argentum legauit, igitur & cælatum legauit. Omnibus sciētij s operā dare iubemur, igitur & Poesi. Nulla uirtus est principi negligenda, igitur nec clemētia. Remouetur tamen necessario genus, si quis formas eius omnes p enumerationem negauerit, hoc modo. Nā quod nec ratione utitur, nec brutū est, id nec animal qui dem est. Differentia est, qua genus diducitur in speciem. A differētia æqualiter ifertur, & remouetur species, quā cōstituit. Genus autē cōprobatur, nō improbatū ut supra dictū est de specie. Vt, Si sentit est animal, si ratioē caret, homo nō est. Ratioē caret, igitur & animal est. Nā si ratione caret, non statim animal non erit. Propriū est quod soli speciī accidit, ut homini risus. Id quemadmodum differentia, id cuius est propriū posītū, infert, remotū aufert, Vt, quod risibile est, id hominē esse nesciēt. Quod risibile non est, id nec homo quidem dici potest. Si tyrannicidē propriū est tyramnum occidere, hic tyramnum occidit, igitur præmio donandus. Hoc, quoniam propriū nō est, sic confutabimus. Si tyramnum occidere, tyrannicidē propriū est, Carnifex, quibus tyranos occidendos tradimus, tyramnum occidunt, Carnifex igitur præmium accipiāt. Definitio est cuiusq; rei breuiter & absolute potestate complectens oratio. Hæc A definitione

CC cum

cum re diffinita conuertatur, necesse est, ut, Si animal rationale est, igitur ē homo. Quod nec animal est, nec rationale, id homo nō erit. Si homo est, ergo ē animal rationale. Si homo nō est, igitur nec animal quidē rationale. Definitio confutatur, si aut uerum proprium, aut differentia uera, aut genus uerum positum non est, si quid in altero continetur, aut excludatur, quod non idē in altero continetur, aut excludatur, hoc modo, Monetam omnē uxori legauit, cælatum autem argentum moneta est, argentum igitur cælatum omnē negauit. Neq; enim omne cælatum argentum moneta dicitur. Nam patera, ē huiusmodi cælatum argentum est, nec tamen ista monetam uocant. Constituuntur & definitiones ex accidentibus, quæ si huiusmodi sunt, ut cū re definita conuertantur, ualeat consequentio, ut homo est animal bipes, erectū, sine pénis. Psittacus avis est uiridis, rostro adunco, collo rubro, torque insigni in senecla, quæ altero pede cibum tenens uescitur. Constituuntur & definitioes ex enumeratis absolute partibus, speciebus, siue formis, ut Respub. est q̄ unius, aut paucorū, aut populi potestate regitur, hoc genus facile cōfutatur, si qua species in enumeratione præcrita additur. Exemplum. Iniuriæ sunt, quæ aut pulsatione corpus, aut conuitio aures afficiunt. Confutatur, Quid si quis filiū tuā rapiat? Iniuria nō erit? Etymologia est noīs interpretatio, siue notatio, ut, hic Chrisogonus est appellatus, quod aurum undecunq; pariat. Nam χρυσός Græcæ aurum γόνος fœtū significat. Fingit, igitur

A descri-
ptione.Alterū ge-
nus descri-
ptionis.Ab etymo-
logia.

igitur poeta. De deo disputat, igitur Theologus, Mede
 tur, ergo medicus. A toto infirmitur, partes, nō remouētur, hoc modo. Si tota Respub. cōsilio gubernāda est, ergo & domus ē unusquisq; ciuiū. Nō tamē quoniā tota respub. fortunā cōmittenda non est, idcirco nec te casui cōmitten. Neq; enim quia tota domus redintegrāda non est, igitur nec paries unus. Verū partes si uniuersæ colligātur, totū inferūt. Si uniuersæ remouēatur, totū auferrūt. Cōsiderātur autē partes, A tempore, à quantitate, à loco, Vt, Si neq; in cœlo, neq; in terra inuenit, nūsquā igitur inueniri poterit. Causa & effectū conuertuntur, si modo eiusmodi sit causa, ut ab ea una fluat effectus, & ea sola sit idonea ad producēdū effectū. Ea quadrifariā diuiditur in Efficientē, Materialem. Formalē, & Finalē. Ab efficiente causa, Vt, nō potest nō esse dies exorto sole. Nec uirgo est, si cū uiro concubuit, Si sapientia uirū bonum facit, & ipsa bona est, Corpus in lumine est, ergo facit umbram, Voluptas infamā gignit, igitur fugienda, Virtus honorem adserit, igitur appetenda, Coloratus est, igitur fuit in sole. Pulucrulentus est, igitur in itinere fuit, nō est consequens, harum enim rerum plures pos sunt esse causæ. Sublata materia, ē effectus necessario auffertur, Vt, Lignum nullū habuit, nec naues igitur potuit fabricare, Ferrū cum desit, qui possunt gladios cudere? A forma, ut Aperte mentiuntur poetæ uolasse Dædalū, nā qđ natura negat nemo potest facere. A Fine ducūtur argumēta, ut felicitas est expectanda, igitur & uirtus.

CC 2 Non

DES. ERAS. ROTEROD.

Non malum est uiuere, igitur nec comedere, Bona est me-
dicina, nā & salus bona est. Bona est pax, igitur & bel-
lum inutile. Hec argumentatio in coniecturali statu po-
tissimum adhibetur. Ab Usibus, ut equitare oportet, igi-
tur & equi habendi, Nauigare conuenit, igitur & na-
ues parare conuenit. Tueri uitam licet, igitur & gladiū
ferre licet, Veterem Theologiam scire pulchrū, ergo
poetas didicisse pulchrum erit. A Generatione ad corru-
ptionem, ut malum est extinguere Rempub. igitur bona
est respublica, Concordia ciuium optima, cur non igitur
& ciuitas? Ab adiunctis, ut Cæsarem sapientissimum
fuisse constat, quem nullius unquam rei poenituerit, Stul-
lus Antonius, qui nihil unquam gessit, cuius non postea
poenituerit. Pallet, cogitatibus sedet, subinde animum
mutat, igitur amat: Expalluit, titubauit, igitur conscius
sibi fuit. Si tibi famam meam contaminare licuit, mibi
expurgare non licebit? Quem quis amat, non lædit, quē
hæredem facit, charū habuit, Orbæ inseruit, igitur hæ-
reditatem captat. Si poeta est, igitur lascivus, Si dialecli-
cus, igitur contentious, Si Theologus, morosus, Si me-
dicus, auarus, Si Gallus, igitur superbus. Quæ tamē fa-
cile confutari possunt, præsertim si eiusmodi sint, ut se-
penumero non consequantur. Ab iudicio, uel autoritate,
ut Optima statim discenda sunt. Sic enim Quintilianus
institutor optimus faciendum existimauit. A simili sic,
Ut in tempestate, quum maximum periculum mare uē-
tiq; minantur, tū peritus nauclerus minime à clavo de-
cedit,

Ab usibus

A genera-
tione.

Ab adiun-
ctis.

A iudicatis

A simili.

cedit, oculos, & manus ad omnia intentas habet. Ita uir sapiens, quem maxime sequit fortuna, & quū res sunt maxime dubiae, tum maximo consilio uti, & uigilare ad omnia debent. Locus autem à simili cōfutatur, si aut dissimile esse docebimus, quod alter simile dixit, aut alia cōmodiorē similitudinem adducemus, hoc modo, Ut picem nemo tractat, nisi contaminetur: Ita poetas nemo potest legere, quin ad libidinem incitetur. Negabimus si mīle quidpiam poesim, diuinā sc̄ientiam, cum pīce h̄bere, aut cōmodiorem similitudinem dabimus, hoc modo, Immō qđ apes facere uidentur, ut ex unoquoq; flosculo, quicquid est optimi, id excerpant, si quid ueneni, id araneae exugendum relinquant, Ita nos in poetis, quod est eruditio[n]is, & bonae doctrinæ, id nobis rapiemus: si quid obscenitatis occurrit, id relinquemus. Ut neq; equus indomitus, quamvis natura bonus, ad eas utilitas, quæ ab eo desyderantur, idoncusest. Ita nec homo indoctus quamvis ingeniosus, is est, à quo uirtutis fructū possis elicere. Non enim, ut qui currenti ad cursum succedit, uelocior est, Sic qui imperatori, ad regendum exercitum, melior. Nec ut nauis, ita amicitia noua fidelior. A maiori, hoc modo, Parenti nō optēperat, & audiet alium? Huius mortem tam fert familiariter, quid hic misbi faciet patri? Si adulterum occidere licet, ergo & loris cedere. A minori uero sic, Si furē cedere licet, licet & latronem, Si puer ista potuisti, uir nō poteris? A pari, Si lex parricidam dānnat, & matricidam, Si patri in filiū

Simili per negationē.

A maiori.

A minori.

A pari

CC 3 ius

DES. ERAS. ROTEROD.

ius est, igitur & in filiam, Si fratrem domi alis cur me
eicias? Porro Exemplum, aut Simile est, aut Contrarium,
aut Maius, aut Minus, Simile exemplum, Ut iure occi-
sus Saturninus, quoniam & Gracchus. Contrarium, Ut,
Brutus filios prodictionem molientes, occidit: Manlius
uirtutem filij, morte mulctauit: Marcellus ornameta Sy-
racusanis hostibus restituit, Verres Eadē socijs abstulit.
Maius, ut, Si propter matrimonii uiolatum Troia fun-
ditus excisa est, quid fieri adultero par est? Minus, ut, Ti-
bicines, quum ex urbe recessissent, publice sunt reuocati,
ciuitatis principes, qui bene de Repub. meriti sunt, quum
inuidiae cesserint, ab exilio nō sunt reuocādi? Simile ostē-
ditur, A genere, natura, ui, magnitudine, multitudine,
tempore, loco, causa, persona, opinione, modo. A Genere
sic, Extinguitur intellectus, quoniam & uisus. Confuta-
tur, Sed uisus materialis, non ita intellectus. A Vi, insit
iuuentuti saceritas quædā, quoniam & senibus. Cofuta-
tur, sed iucunditas iuuentutis propria. A magnitudine, Si
sorte, nō electio fit gubernator nauis, nec imperator clas-
sis, Confutatur, At maiori maius ratione gerendum est.
A multitudine, Nostræne, an hostiū hæ ciuitates sunt, di-
iudicemus, Sic enim & maiores de duabus fecerūt, Con-
futatur, sed in pluribus maius periculū. A tempore, Conti-
nuet Pompeius imperiū, quoniam & Marius. Confus-
tatur, Sed illæ atrocissima Reipub. tēpestate, quum nunc
urgeat nemo. A loco & causa, Quum in Italia bellū sit,
non trajcantur in Africam copiæ, ne simile quid cum

Athenæ

De cofuta-
tione argu-
mentorū ab
exemplo.

A ui.

A magni-
tudine.

A multiu-
dine.

A tēpore.

A loco &
causa.

Atheniensibus patiamur, Confutatur: Sed lōgius illi, & ignota in loca, proprius nos, & in cognita, & ea ex re alios quoq; hostes illi attraxerunt, nos hostem Hannibalem ex Italia pellemus. A Persona, Cōtinuet Marius imperium, quoniam & Scipio. Confutatur, At sanctus ille nūr, hic non æque. Ab opinione. Qui Cereris sacra stupravit obeuntem, ca poena pleclatur qua qui Vestae obeuntem corrupit. Confutatur, Sed quæ maiori conatu suscipiuntur peccata, atrocius punienda sunt. Possunt autem multa horum ad eiusdem euersionem concurrere. Locus à proportione, hoc differt à simili, quod ibi à simili simile dicitur, hic similitudinis ac proportionis fit collatio. Per simile sic effertur argumentū. Nam ut nauis gubernator non sorte, sed iuditio eligitur: ita in Rēpublīcam, magistratus sunt eligendi. Per proportionem sic, Ita se habet ad nauim gubernator, ut ad Rēpublīcam magistratus. At iuditio, non sorte gubernator eligitur. Oportet ergo & magistratus iuditio, non sorte eligere. Locus à proportione eodem modo reprehenditur, quo locus à simili. Locus ab oppositis quinq; partibus dividitur. A priuatiuc oppositis sic, Cæcus est, igitur numquam uidebit. Item, Non est solus cæcus, qui caret oculis, nam multos tametsi oculos habent, tamen cæcos apelare non dubitabimus. A Negatione, Pacem cōtempserre Carthaginenses, in Hispania enim nostros socios sollicitant. A Relatiue oppositis. Carthaginenses Rhomani subiectos esse conceditis: Constat igitur Rhomanos

A persona

Ab opinio ne.

Locus à proportio ne.

Ab opposi tis.

A priuati ue opposi tis.

Anegatioē

A relatiuc oppositis.

CC 4 Carthas

DES. ERAS. ROTEROD.

Carthagini imperasse. Si tu me præceptorē appellas, cur
ego te non appellem discipulum? Si fateris à me tibi cre-
ditam pecuniam, tu mibi debes. Si me pro filio non ha-
bes, nec tu mibi pro patre habeberis. Si nos pro tuo exer-

A cōtrarijs citu non habes, nec te pro imperatore ducemus. A Con-
trarie oppositis, Si sanus nō es, & grotare constat, Si amā-
dus, qui benemeretur, odio psequendus, qui male: Si præ-
mio dignus qui tyrannum occidit, supplicio afficiēdus,
qui tyrannum iuuat. In contrarijs, quæ mediata uocan-
tur, non consequitur necessario. Vt, Si niger non est, igi-
tur albus est, nam uiridis, aut rubens esse potest. A Dis-

A dispatis paratis, Disparata genere sunt, quæ sub eodē genere po-
sita, diuersis differentijs, uel proprijs separantur. Quan-
quam etiam quæ genera distant, disparata possint uoca-
ri. Vt, si homo est, igitur nec asinus, nec deus &c. Tu
quum decem pondo argenti deposueris, qua fronte auri
tantūdem repetis? Marmoream domum diruisti, si re-

A trāsum ptione. ponis latericiam? A Transumptione: Philosophus nō in-
uidet, quoniam nec sapiens. Distinguitur hic locus ab in-
terpretatione, quoniam hic nihil exponitur, sed à uerbo
notiori, minus notum infertur, illic nominis ratio affer-
tur, hoc modo. Sapiens non inuidet, Philosophus amator

A cōiuga- tis. est sapietiae, igitur nō inuidet. A cōiugatis, Si rhetorice uir-
tus est, rhetorē studiosum esse necesse est. A Casibus, si in-

A casibus, gratitudo turpis est, turpiter igitur facis, qui benemeris-
to gratiam non referas. A divisione, Diuisio fit, aut p-
negationem, aut partitionē. Per negationem, hoc modo,

Aut

Aut utile est bellum indicere, aut nō, sed non est utile bel-
 lum inferre, igitur quiescere utile est. Partitio autē, aut
 est generis in species. Ut, Animaliū quædam ratione par-
 ticipat, quædam sunt rationis expertia, aut totius in par-
 tes, aut uocis in significata, aut subiecti in accidentia, aut
 accidentis in subiecta, aut accidentis in accidentia. Sed de
 his hacenus iam satis. Titū, quod ad incolumitatē per-
 tinet. Iucundum, quod uoluptatem, aut animi, aut corpo-
 poris, aut utriusq; adfert. Facile, quod sine periculo, aut
 negocio fieri possit. Necessariū, quod aliter fieri nequit.
 Cetera à rhetorum præceptis petantur. Nunc nemo pu-
 tet omnibus his partibus semper in suadendo utendum
 esse, quod perlögū esset, præsertim in epistola. Sed quot
 incident, & quanta ex parte, eatenus attingere sat fuerit
 Conciliato igitur eius animo cui scribimus, deinde si in-
 ciderit, subiecta ratione, tertio loco id quod suadere, aut
 dissuadere uolumus, cum amplificatione quadā est pro-
 ponendum. Deinde post diuisionem, aut etiam omissa di-
 uisione, Ratio, aut multæ rationes sunt subdndæ, ratio-
 nibus confirmationes subiungendæ, confirmationi ipsi, nō
 nunquam altera confirmatio, firmamenti causa, apponi-
 tur. Deinde rem locupletabimus, Exemplo, Autoritate,
 Proverbio, Sententia, Simili, Dissimili, Contrario. Quæ
 ita inter se miscebimus, ut nunc à ratione ad simile, à si-
 mili ad exemplum, ab exemplo rursus ad rationem,
 uel eandem alijs uerbis uelutam, uel alias ueniamus,
 Nam ab exemplis, rationes nonnunquam nascuntur.

Item

DES. ERAS. R O T E R O D.

Item autoritati sententiae , rationem conuenit subjicere. De exemplorum uarietate iam diximus. Similia ex omni rerum genere petuntur, quare plurimorum animantium, herbarum, aliarumq; rerū species & naturas cognitas, & perspectas habere conductet, autoritates quoq; alias philosophorum, alias oratorum, Theologorum, historicorum. Quæ si scite intermisceamus, nunquam de erit quod dicamus, & facietatem uarietate facile uitabimus: In hac uarietate, expolitione, & collectione rhetorica diligenter utemur.

CExemplū huius suaforiæ locupletissime tractatū.
H Vius præceptiuncula hoc erit exēplum. Quāquā pro tua singulari sapientia ipse abüde per te sapis, affinis iucundissime, nec alienis eges consilijs, tamen hoc uel ueteri nostræ amicitiæ, quæ ab ipsis prope cunbulis una cum ætate nobis accreuit, uel tuis sūmis in me officijs, uel arctissimæ deniq; affinitati debere me putau, si is esse uellem quem tu me semper existimasti uirū & amicum, & gratū, ut id quod ad tuam, tuorumq; salutem, ac dignitatē plurimum interessesse iudicassem, te libenter, ac libere admonerē. Aliena nonnunquā reēlius, quā nostra perspicimus. Tuū consiliū meis in rebus persæpe sum fecutus, neq; minus foelix mihi cōperi, quam erat amicum. Nunc si uicissim in tuis meum sequi uoles, futurum arbitror, ut neq; me suassc , neq; te pœnitent paruisse. Cœnauit apud me sexto Idus Aprilis, eum in villa montana essem, Antonius Baldus, homo , ut scis, tuarum

Narrat.

tuarum rerum studiofissimus, generiq; tuo iam inde ab
 initio coniunctissimus. Triste plenumq; lachrymarū cō-
 uiuium. Nunciabat mibi magno utriusq; dolore, matrē
 tuam, foeminam integerrimā, cū iuvis cōcessisse, sororem
 tuā luctū, ac desyderio uicellā, sterilitati dicatarum uirgi-
 num choro ascriptam esse, ad te unum spē stirpis tuæ re-
 diisse, amicos summo cō sensu tibi puellam summo gene-
 re natam, forma p̄fēctā, optime moratā, postremo tui
 amantissimam, summa cum dote obtulisse. Te uero nc- Scmina ar-
 scio qua seu doloris impotentia, seu religione, ita cœli- gumento-
 batum decreuisse, ut nec generis studio, nec sobolis amo- rum.
 re nec amicorum ullis, aut monitis, aut precibus, aut lac-
 chrymis abduci possis à sententia. Tu tamen uel me au- propositio-
 tore, mentem istam mutabis, & cœlibatu relicto, scriili,
 ac parum humano uitæ instituto, sanctissimo coniugio
 indulgebis. Qua in re neq; tuorum charitatè, quæ tamen Diuīsio.
 alioqui animum tuū uincere debebat, neq; autoritatem
 quicquā mili prodesse cupio, nisi clarissimis rationibus
 ostendero, id fore tibi lōge, tum honestius, tum utilius,
 tum iucūdius, quid quod etiam hoc tempore necessariū?
 Nam primum hac in re, si te honesti ratio mouet, quæ Ab hone-
 apud probos uiros plurimum ualere debet, Quid matri sto primū
 monio honestius, qđ ipse C H R I S T V S honestauit? ratiocina-
 Qui nuptijs una cū matre, nō solū interesse dignatus est tur.
 uerumctiam nuptiale coniuuium miraculorū suorū pri-
 mitijs consecrauit. Quid sanctius, quod ipse rerum pa-
 tens instituit, sanctificauit, quo ipsa sanxit natura?

Quid

DES. ERAS. ROTEROD.

A laudabi-
li.

Ab æquo
Rationes
per contra
rium.

Confirmati-
ones cū
laude ma-
trimoniij.
Hō primū
conditus:
mox uxo-
ri iunctus.

Quod na-
turæ lege
fuerit pro

Quid eo laudabilius, quod qui reprehendit, hæreſeos dā-
netur? Quid æquius, quām id reddere posteris, quod ipsi
à maioribus accepimus, Quid inconsideratus, quām id
sanctimonie studio, perinde ut prophani fugere, quod
decus ipse totius sanctimonie fons ac parēs sanctissimū
haberi uoluit? Quid inhumanius, quām hominē ab hu-
mane conditionis legibus abhorrcere? Quid ingratius,
quām id negare minoribus, quod ipse nisi à maioribus
accepisses, nec esſes quidem qui negare posſes? Quod si
matrimoniū quærimus autorem, non à Lycurgo, non à
Mose, non à Solone, sed ab ipso summo rerum omnium
opifice conditum, & institutum eſt, ab eodem & lau-
datum, ab eodem honestatum consecratumq;: Siquidem
initio cum hominem è limo fixisset, miseram prorsus,
& inançenam eius uitam fore intellexit, niſi sociā Euā
adiungeret. Quare uxorem non è luto illo quo uirū, sed
ex Adæ cratibus eduxit, quo prorsus intelligeremus ni-
hil nobis uxore charius eſſe debere, nihil coniunctius, ni-
hil tenacius ad glutinatum. Idem ille post diluuium mor-
talium generi reconciliatus, hanc primā legem promul-
gasse legitur, non uti cœlibatum amplectarentur, sed ut
crescerent, ut multiplicarentur, ut terram implerent. At
quo pacto niſi coniugio darent opera? Et ne hic uel Mo-
saicæ legis libertatem, uel tempeſtatis illius necessitatem
cauſemur: Quid illud in euangelicis quoq; literis repeti-
tum, cōprobatumq; C H R I S T I suffragiū? propter
hoc, inquit, relinquet homo patrem & matrem, & ad-
hærebit

hunc erit uxori suæ. Quid parentum pietate sanctius? At huic tamen coniugalis præfertur fides. Quo autore? nempe deo, Quo tempore? non iudaismi tantum, sed Christianismi quoq;. Iam si cætera sacramenta, quibus Ecclesia

ditum: euā
gelica cō-
probauit
autoritas.

C H R I S T I xotissimum ntitur, religiosa quadam ueneratione coluntur, quis non uidet huic plurimum religionis deberi, quod & à deo, & primum omnium est institutum? Et cætera quidem in terris, hoc inparadiso, cætera ad remedium, hoc ad consortium fœlicitatis, cætera naturæ collapse sunt exhibita, unum illud conditæ datum est. Si leges à mortalibus institutas sanctas habebemus, non crit coiugij lex sanctissima, quam ab eodem accepimus, à quo & uitam, quæ una prope cum ipso hominum genere nata est? Deniq; ut legem exemplo confirmaret, adolescens, ut dictum est, ad nuptiale coniunctum vocatus, una cum matre libens adfuit, nec adfuit modo, uerum etiam prodigioso munere cohonestauit, haud alibi miraculorum suorum initium auspicatus. Cur igitur inquires **C H R I S T V S** ipse à coniugio abstinuit?

Quasi uero non plurima sunt in **C H R I S T O**, quæ mirari potius, quam imitari debeamus, sine patre natus, sine parentis dolore processit, clauso monumeñto prodixit. Quid eo non supra naturam? Sint hæc illi propria, nos intra naturæ legem uiuentes, suspiciamus illa, quæ supra naturam sunt. Sed ex uirgine nasci uoluit, Ex uirgine quidem, sed coniugata. Virgo mater deum decebat coniugata. Nobis quid esset agendum significauit. Virginis

Ratiocina-
tiones.

tas cam decebat, quæ cœlestis afflatu numinis, illibata pæ
 reret illibatū. Sed Ioseph sponsus, nobis casti cōiugij le-
 ges cōmedat. Qui magis coniugalem societatem potuit
 cōmendare, quām quod arcanā illā, & angelicis quoq;
 mentibus stupendam, diuinæ naturæ cū humano corpo-
 re, animaq; coniunctionē atq; ineffabilem illum & aeter-
 num in ecclesiam suam amore declarare uolens, se spon-
 sum illius, illam sponsam suā appellat: Magnū (inquit
 Paulus) matrimonij sacramentū est in C H R I S T O ,
 & in ecclesia. Si qua fuisset in rerū natura sanctorior copi-
 la, si quod foedus religiosus, quām cōiugiū, profecto ab
 eo sumpta fuisset imago. Quid simile usquam de cœliba-
 tu legis in arcanis literis? Honorandū cōmibiū, & tho-
 rus immaculatus p̄dicatur, cœlibatus ne nominatur qui-
 dem. Iam uero Mosaica lex sterile coniugiū execratur,
 atq; ob id à cōmuni bus aris quosdā submotos legimus.
 Quāobrem tandem? Nempe ideo, quod tanquā inutile, &
 sibi dū taxat uiuētes, populū nulla sobole auget. Quod
 si lex dānat sterile matrimonij, cœlibes multo amplius
 Damnabit. Si natura pœnā non effugit, nec uolūtas qui-
 dem effugiet. Si damnantur quorū uoluntati natura de-
 fuit, quid cōmerentur ij, qui ne operā quidem dederunt,
 ne steriles essent? Hebræorum leges hoc honoris habebat
 matrimonio, ut qui sponsam duxisset, eodē anno non co-
 geretur in bellum exire. Periclitatur ciuitas, nisi sint qui
 coniugij beneficio iuuentussem, semper mortalitate defi-
 cientem

Laus cōiuj
 gij à pres-
 mijs.

cientem sufficient. Quin & Rhomanæ leges eos qui cœlibes essent, damno etiam mulcabant, à Republicæ muneribus secludebant. At qui liberis Rempublicam auxissent, eis tanquam benemeritis præmium è publico statuebant. Argumento est ius trium liberorum, nec cetera per sequar. Lycurgus leges tulit, ut qui uxores non duceret, hi & æstate arcerentur à ludis ac spectaculis, hyeme vero nudi forum circuirent, scj; execrati iusta pati dicebant, quod legibus non paruissent, Iam uis scire quantum matrimonio tribuerit antiquitas, uiolati matrimonij pœnam perpende. Græci quondam uiolatum matrimonij ius, decenni bello vindicandum censuerūt. Ad hæc non Rhomanis modo, uerum etiā & Hebreis, & Barbaricis legibus, adulteris pœna capitalis statuebatur. Fure quadrupli pœna absolvebat, adulterij scelus, securis expiat. Apud Hebreos autem populi manibus lapidabatur, qui id uiolasset, sine quo populus non esset. Nec hoc contenta legum seueritas, illud etiam permisit, deprehensum adulterij sine iudicio, sine legibus confodere, nimurum id donans dolori maritali, quod grauate concedit uim à capite propellenti, quasi lœdat atrocius, qui coingenit adimat, quam qui uitam. Profecto sanctissimam quandam rem coniugium uideri necesse est, quod uiolatū humano sanguine sit expianda, cuius pœna nec leges, nec iudicē expectare cogitur, quod ius nec in parricidio est. Sed quid de scriptis legibus agimus? Naturæ hæc lex est, non in tabulis æreis exarata, sed animis nostris

penitus

DES. ERAS. ROTEROD.

Stoici res
Et iuuere.

Bruta ani-
mæla.

Occupat-
io.

Occupat-
io.

penitus insita, cui qui non paret, nec homo quidem sit ex stimadus, nedum bonus ciuis. Nam si, ut Stoici homines acutissimi disputant recte iuuere, est naturæ duclum sequi, quid tam naturæ consentaneum, quam matrimonium? Nihil enim tam à natura, non hominibus modo, uerū etiam reliquo animantium generi insitum est, quam ut suam quodq; speciem ab interitu uindicet, & propagatione posteritatis, tanquam immortalem efficiat. Quod si ne coniugali coniunctione fieri non posse, quis ignoret? Turpissimum autem uidetur, muta pecora naturæ pare re legibus, homines, gigantium more, naturæ bellum indicere. Cuius opus, si oculis haud cæcipientibus inspicimus, intelligamus in omni rerum genere coiuigijs, specie quādam inesse uoluisse. O mitto enim iam de arboribus in quibus Plinio autore certissimo, adeo manifesto sexus discrimine coiuigium inuenitur, ut nisi marita arbor in foeminas circumstantes ramis incumbat, tāquam concubitu, hæ plane steriles mansuræ sint. Taceo de geminis, in quibus sexū inueniri scripsit idem autor, at nō solum. Nonne ita res cunctas, uinculis quibusdā, natura cōnexuit, ut aliæ alijs egere uideantur? Quid cælum perpetuo motu uerabile, nonne dum tellurem omnium parētem subiectam, uario rerum genere fecundat, uelut infuso semine, mariti fungitur officio? Sed singula percur- rere nimis longum arbitror. Quorsum autem hec spe- Elant? eo uidelicet, ut intelligamus coniugali societate, & constare, & cōtineri omnia, sine ea dissolui, interire, collabi

DE EXEMPLO SVASORIAE.

Fol. 2II.

collabi cunela. Fingūt ueteres illi ac sapientissimi poctæ, quibus studium fuit philosophie præcepta fabularū in uolucris tegere, Gigantes anguipedes terræ filios, extruis in cœlum montibus bellum superis intulisse. Quid hac sibi uult fabula? Nimirum immanes quosdam ac ferros homines & obscuros à coniugali cōcordia uehemē ter abhoruisse, coq; fulmine præcipitatos, hoc est, funditus interiisse, cum id uitarent, quo solo constat humani generis incolimitas. At iudicem Orpheum Poetā, ac citharœdum saxa durissima cantu mouisse cōmemorant, Quid significantes? Nempe uirū & sapientem, & factum, homines saxeos, & ferarum ritu uiuentes à uago concubitu prohibuisse, atq; ad matrimonij sanctissimas leges adduxisse. Apparet igitur q; connubij amore nō tāgitur, eum non hominem, sed saxum uideri, hostē naturæ, numini rebellem, suapte stultitia sibi perniciē accersere. Agc uero quandoquidem in fabulas minime fabulosas incidimus, idē Orpheus, cum apud inferos Plutonem ipsum, manesq; permouit, ut Euridicē suam liceret abducere: Quid aliud poetas cogitasse putamus, quā ut nobis coniugalem amorem cōmendarent, qui apud inferos quoq; sanctus, ac religiosus haberetur? Eodē pertinet, quod antiquitas coniugio Iouem Gameliū præfērit, Iunionem pronubam, Lucinam quæ parturientibus adesset. Supersticiose quidem errās in deorū nominibus, at non errans in hoc quod matrimonium rem sacrā, ac dignam, quæ dijs curae sit, indicarit. Diuersi quidē apud
 D D diuersos

diversos populos, ac nationes, ritus, legesq; fuere. Nulla unquam gens tam fuit barbara, tam ab humanitate omni aliena, apud quam coniugij nomen non sanctum, non uenerandum sit habitum. Hoc Thrax, hoc Sarmata, hoc Indus, hoc Græcus, hoc Latinus, hoc uel extremus orbis Anglus, aut si qui sint his quoq; semotiores, religiosum habuit. Quid ita? quia necesse est oībus esse cōmūne, qd cōmūnis hominum parens iesseit. & adeo penitus inse uit, ut huius rei sensus non solum ad turtures & colubbos, uerum etiam ad immanissimas feras pertingat. Si qui dem leones in uxore mites sunt. Pro catulis dimicant tigrides. Asinos per obstantes ignes agit prolixi tuendae pie tas. Atq; hoc sane ius naturae uocant, ut efficacissimum, ita latissime patens. Ut igitur diligens cultor noī est, qui præsentibus rebus contentus, arbores adultas satis quidem accurate tractat, cæterum neq; propagandi, neq; inservendi curam agit, propterea quod necesse est, paucis annis eos hortos quantumuis diligenter excultos interire. Ita parum diligēs in republica ciuīs censendus, qui præsenti turba contentus, de propaganda ciuīum multitudine non cogitat. Nemo igitur unquam egregius ciuīs habitus est, qui non liberis dignendis, recteque instituendis operam dederit. Apud Hebræos & Persas laudi in primis erat, quā plurimas habere uxores tamquam ei patria plurimum deberet, qui eam numerosissima sobole locupletasset. Num tu Abraham ipso sanctior uideris studesti Is pater multarum gentium non esset appellatus, idq; deo

Simile.

Hebræi.
Persæ.

deo auspice , si uxoris contubernium refugisset. Num tu Jacob religiosior haberi quæris ? Is Rachelis amplexus tam diuturna seruitute redimere non dubitauit. Num Solomon sapientior ? At quantum ille uxorum gregem domi aluit ? Num Socrate castior ? qui Xantippen fœmi nam etiam morosam domi pertulisse legitur , non tam (ut ille suo more iocabatur) quo domi disceret tolerantiam , sed ne in naturæ officio claudicasse uideretur. Intellexit enim vir unus Apollinis oraculo sapiens iudicatus , hac lege se genitum , ad hanc natum , hoc se debere naturæ . Nam si recte à ueteribus philosophis dictum est , si non temere à nostris Theologis comprobatum , si me nito , uelut adagionis uice , ubiq; decantatum , Neque deum , neq; naturam quicquam frustra facere , cur hæc membra tribuit ? cur hos stimulos ? hanc gignendi uim addidit ? si cœlibatus laudi ducitur ? Si quis te magnifico munere donaret , arcu , ueste aut gladio , indigenus accepto uideberis , si uti eo aut noles , aut nescies . Cum cætera omnia tanta ratione sint constituta , haud uerisimile uideri debet , hac una in re naturam dormitasse . Nec audio , qui mihi dicat foedam illam pruriginem Veneris stimulos non à natura , sed peccato profectam . Quid tam dissimile ueri ? Quasi uero matrimonium , cuius munus sine his stimulis peragi nequit , non culpam præcesserit . Iam in cæteris animatibus unde illi stimuli ? an à natura , an peccato ? Mirum mi à natura . Postremo nos imaginatione fœdum reddimus ,

DD 2 quod

Cofutatio

Cofutatio

quod suapte natura pulchrum ac sanctum est. Alioqui si res non opinione nulgi, sed ipsa natura uelius expēdere, qui minus foedum brutorum animatum more edere, mandere, concoquere, excernere, dormire, quam licita permissaq; Venere uti? At uirtuti potius quam nature pa rendum, perinde quasi uirtus sit illa dicenda, quae cum natura pugnet, unde nisi proficiscatur, ne esse quidem poterit, quae cultu & disciplina perficiatur. Sed Apostolo rum te institutum delectat, qui et ipsi cœlibatum sunt secuti, et alios ad id uite genus sunt cohortati. Imiten tur sane Apostolos uiri apostolici, quorum cum sit muneris et docere, et instituere plebe, non queunt simul et gregi, et uxori satisfacere. Quāquā et Apostolis uxores fuisse constat. Episcopis cœlibatum cōcedamus. Quid tu apostolicum institutum sequeris, ab apostolico mune re lōge alienissimus, homo nimirum et prophanus fit priuatus? Illis hoc ueniae datum est, ut uacent, à coniugij munere, quo magis uacet copiosiore prole CHRISTO gignere. Sit istud sacerdotum ac monachorum privilegium, quos apparet in Essenorū institutū successisse. Tui status alia ratio est. At ipse CHRISTVS inquies, beatos pronūcianuit, qui sese castrarūt ob regnum dei. Non reiūcio autoritatem, sed sententiam interpretor. Primum arbitror hoc CHRISTI dogma ad ea tempora potissimum pertinere, quibus oportebat ab omnibus mundi negotijs quam maxime expeditum esse. Cursitādum erat per omnes terras, imminebat undiq; persequitor.

tor. Nunc is est rerum, ac temporum status, ut nusquam reperias minus inquinatam morum integritatem, quam apud coniugatos, Exaggerent quantumlibet suum institutum monachorum, ac uirginum examina, iactet quantum uolent ceremonias, cultusq; suos, quibus potissimum inter ceteros eminent, sanctissimum uitæ genus est pure casteq; seruatum coniugium. Præterea nō is sese castrat, qui uiuit cœlebs, sed qui caste sancteq; colit coniugij munus. Atq; utinā uere castrati sint, quicūq; suis uitijs magnificum castrationis prætexunt titulum, sub umbra cœstatis turpius libidinantes, Neq; enim mei pudoris esse puto, cōmemorare, in quæ dedecora sēpe prolabatur, qui naturæ repugnat. Postremo ne præcipit quidē C H R I S T V S ulli cœlibatum, at idem diuortium palam interdicit. Mihi sane uidetur, non pessime consulturus res bus ac moribus hominū, qui sacerdotibus quoq; ac monachis si res ita ferat ius indulgeat coniugij. Sed diuina quædam res est, angelica res est uirginitas, at humana quædam res est coniugium. Ego nunc homo loquor homini. Laudanda quidē res est uirginitas, at ita si nō hæc laus ad quam plurimos transferatur. Quā si uulgo usurpare homines incipiāt, quid uirginitate dici, cogitariue possit existalius? Tum si in ceteris maxime laudem mereatur uirginitas, in te certe reprehensione carcere non potest, per quem stabit, quo minus optimum illud genus, & immortalitate cum primis dignum, obliteretur. Postremo minimum abest à uirginitatis laude, qui ius illiz

Confuta-
tio.

DD. 3 batum

Ex lege
Mosaica.

Hierony.

Epilogus
superiorū
argumēta
tionum.

batum coniugij seruat, qui uxorem gignendæ proli, nō libidini habet. Si frater fratris sine liberis defuncti semen excitare iubetur, tu uniuersi tui generis spē interire fines p̄ssertim cum ad te unū reciderit? Neq; uero me clam est, magnis uoluminibus prisorum patrum decantatas uirginitatis laudes, quorum Hieronymus adeo miratur eam, ut non multum absit à contumelia matrimonij, ab Episcopis orthodoxis ad Palinodiam initaretur. Verum donetur hic ardor illis temporibus. Nunc optarim, ut isti qui passim sine delectu ad cœlibatum ac uirginitatem adhortantur ætatem, quæ sibi nondum est nota, hoc operæ collocarent, in describēda imagine casti puri q; matrimonij. Atq; his ipsis quibus tantopere placet uirginitas, non displicer bellum aduersus Turcarum gentē, qui numero tot partibus nos superat, quorum si rectum est iudicium, consequetur, ut in primis rectum & honestū habeatur, pro uirili liberis gignendis operam dare, & iuuentutem in belli usum sufficere. Nisi forte bombardas, tela, naues, ad hoc bellum apparandas putant, uiris opus esse non putant. Idem probant, ut Ethnicorum parentes ferro trucidemus, quo liceat filios etiam inscientes baptizare, id si uerum est, quanto mitius est idem efficere coniugiorum officio. Quare si quid honestum, si pietas, si religio, si officium, si uirtus te mouet, cur ab eo abhorres, quod deus instituit, natura sanxit, ratio suadet, diuinæ pariter & humanæ literæ laudant, leges iubent, omnium gentiū cōsensus approbat, ad quod optimi cuiusq; exēma

exemplum adhortatur? Quod si pleræq; res etiam acerbæ uiro bono sunt expetendæ, non alio nomine, quām quod honestæ sunt, matrimonium profecto multo maxime expetendum, de quo quis dubitare possit plūsne habeat honestatis, an uoluptatis. Quid enim dulcius, quām cum ea uiuere, cum qua sis non beneuolētiæ modo, uerū etiam corporum mutua quadam cōmunione arclissime copulatus? Si magnam quandam animi delectationē, ex reliquorum necessariorum benevolentia capimus, quām dulce in primis sit habere, qui cum animi tui secretos affectus communices, qui cum perinde ut tecum loquaris, cuius fidei te tuto cōmittas, q; tuas fortunas suas esse ducat? Quid tu credis habere felicitatis mariti uxorisq; cōiunctionē, qua nulla possit in rerum natura inueniri neq; maior neq; firmior? Cum cæteris enim amicis, animorum duntaxat benevolentia, coniungimur, cum uxore

Confirmations.

& summa charitate, & corporum permutatione, & sacramenti födere, & fortunarū omnium societate copulamur. Præterea in cæteris amicitijs quāta simulatio quanta perfidia? Sæpe ij quos nostri amantissimos existimauimus, sicut hirundines exacta æstate devolant, ita fortuna reflate deficiunt: Noninquam recentior amicus ueterem ejcit. Paucos audiuitus, quorum fides usq; ad uitæ finem constiterit. Vxoriam charitas non pfidia corrūpitur, nulla simulatione obscuratur, nulla rcrū mutatio ne cōuelitur, deniq; sola morte, immò ne morte quidem distractabitur. Illa parentū, illa sororū, illa fratrū pietatē,

DD 4 tui

tui amore contemnit, te unum respicit, ex te pendet, tecum emori cupit. Res est: habes quae tucatur, habes quae augeat. Non est: habes quae querat. Si res secundæ sint, duplicitur fœlicitas, si aduersæ, erit quæ te cōsoletur, quæ assideat, quæ inseruiat, quæ tuum malum suum esse cūpiat. An tu uoluptatem ullam cum hac tanta coniunctio ne conferendam censes? Si domi agis, adest quæ solitudinis tedium depellat. Si foris, est quæ discedentem osculo prosequatur, absentem desideret, redeuntem lœta excipiat. Dulcis iuuentæ tuae sodalis, gratum seneclutis solatium. Natura homini quidem dulcis est uel quævis societas, quippe quem ad benevolentiam, atq; amicitiam genuit. Hæc igitur quomodo non erit dulcissima, in qua nihil non cōmune est: Contra autē si feras quoq; solitudinem horrere, societate deleclari uidentus, mea sentētia ne homo quidē sit existimandus, qui ab hac societate omnī honestissima & iucundissima abhorreat. Quid enim eo homine odiosius, qui tanquam sibi uni natus, sibi uiuat, sibi querat, sibi parcat, sibi sumptum faciat, neminem amet, ametur à nemine? An non ciusmodi portetum dignum censebitur, quod cum Timone illo ex unicurso hominum contubernio, in medium mare prouinciatur? Neq; hic auſim illas tibi uoluptates proponere, qui bus quum natura nihil uoluerit esse homini dulcius, neſcio tamen quo pacto à magnis ingenij dissimulantur potius quam contemnuntur. Quanquam quis adeo securus, ne dicam stupido sit natus ingenio, qui ciusmodi uoluptati

luptatum genere non capiatur, præsertim si citra numi
 nis aut hominis offendam, citra famæ detrimentū possit
 contingere? Evidem eum non hominem, sed plane saxū
 dixerim, etiam si minima bonorū, quæ habet coniugii
 pars est, ea corporum uoluptas. Sed fac te iſlam ut uiro
 indignam contemnere, quanquam nec uiri quidem uoca
 bulū sine his meremur. Ponatur si uis inter extrema con
 iugij cōmoda. Iam quid casto amore esse potest amabis
 lius? Immò quid sanctius atq; honestius? Accrescit inten
 rim dulcis affinum turba, Duplicatur parētum, fratrū,
 sororum, nepotum numerus. Natura enim unam dunta
 xat, matrem unum patrē tribucre potest. Coniugio pa
 ter alter, altera mater accedit, qui te, ut cui sua uiscera cō
 miserint, singulari pietate non prosequi non possunt. Iā
 uero quāti illud æstimabis, ubi pulcherrima cōiuncta pul
 chra faciet te prole parentē? ubi quis tibi parvulus aula
 luserit Aeneas? qui tuos tuæq; coniugis uultus referat,
 qui te blanda balbutie patrē appellitet. Iam acceserit cō
 iugali charitati uinculum adamantium, quod ne mors
 quidem ipsa queat abrumpere. Fœlices (inquit Flaccus
 noster) ter & amplius, quos irrupta tenet copula, Nec
 malis diuulso querimonis, Suprema citius solet amor
 die. Habes qui senectutē tuam oblectent, qui oculos claus
 dent, qui iusta persoluāt, in quibus renatus uidearis, qui
 bus superstibis tu ne occidisse quidem puteris. Nō abe
 unt ad alienos hæredes, quæ tibi parasti. Ita tanquā om
 nibus pfuncto, ne mors quidē ipsa acerba uideri poterit.

Omni-

Omnibus uelimus nolimus senectus imminet. Hac ratione natura prospexit, ut in liberis ac nepotibus repubescamus. Quis enim graviter ferat senectutem, ubi suos uultus, quos adolescens gessit, in filio conspexerit? Mors omnibus parata est. At hac una uia uelut immortalitatem quādam meditatur naturae prouidentia, dū sic aliud ex alio propagat, ut ueluti cum planta arbore excisa repul lulat, nec interisse uideatur, qui prole relicta moritur.

Refutatio
in cōmodo
rum ma-
trimoniij.

At minime me fugit quid inter hæc ob murmures. Beatares est coniugium, si omnia secunda eueniant, sed quid si morosa contingat uxor? Quid si impudica? Quid si liberi impij proueniant? Occurrent animo tuo exempla eorum, quibus coniugium exitium attulerit. Exaggera quantum potest, sed tamen hominum ista uitia fuerint, non coniugij. Crede mihi, non solet nisi malis maritis mala uxor contingere. Adde quod tibi in manu est, ut bonam eligas. Quid si corrumpatur? A malo quidem marito uxor bona corrūpi potest, à bono mala corrigi consuevit. Falso uxores accusamus. Nemo, si quid mihi credis, unquam nisi suo uitio improbam uxorem habuit. Iā ex bonis parentibus ferme similes nascuntur liberi. Quād quam & hi utcunq; nati, fere tales euadunt, quales illos fixeris institutione. Iam uero non est quod zelotypiam metuas. Iste, stulte amantium, morbus est. Castus ac legitimus amor, zelotypiā nescit. Quid tibi tragœdiæ in mē tem ueniunt? Hæc maritū adultera securi percussit, hæc ueneno sustulit, illa morum odio ad mortem adegit.

Cur

Cur nō potius Tiberij Gracchi Cornelia succurrit? Cur
 non Alcestis non optimi mariti coniūx optima? Cur nō
 occurrit uel Iulia Pompej? uel Catonis Portia? Cur nō
 æterno nomine digna Arthemisia? Cur non Hypsicra-
 tea Mithridatis Pontici regis uxor? Cur non Tertiae
 Aemiliae comitas in mentem uenit? Cur non Turiæ fis-
 des? Cur nō Lucretia Lentulaq; succurrit? Cur non Ar-
 ria illa à Plinio celebrata? Cur nō innumeræ aliæ qua-
 rum & pudicitia, & fides in maritos, ne morte quidē
 potuit immutari. Rara inquis, auis in terris mulier pro-
 ba. Et tu rara uxore dignum te finge, Mulier inquit sa-
 piensille, bona, pars bona. Aude tuis moribus dignam
 sperare. Plurimum in hoc situm est, quam diligas, quo-
 modo fingas, qualem ipse te illi præbeas. Sed dulcissus
 est, inquies libertas. Quisquis uxorem accipit, compedes
 accipit, quas sola mors possit excutere. Quid autem dul-
 ce esse homini soli possit? Si dulcis est libertas sociâ a scis-
 cendam censeo, qua cum bonum istud tibi commune esse
 uelis. Quanquam quid ista seruitute liberius, ubi ita uterq;
 alteri obnoxius est, ut neuter manumitti uelit? A strictus
 es ei, quem in amicitiam recipis. At hic nemo liber
 tam ademptam clamitet. At ueroris ne liberis morte
 absumptis, orbus in lucum incidas. Si orbitatem ti-
 mes, ob id ipsum ducenda uxor est, quæ sola hoc præ-
 stare potest, ne simus orbi. Sed quid tu tam diligenter,
 immò anxie, omnia matrimoniū incommoda dis-
 quiris? quasi cœlibatus nihil habeat incommodi.

Quasi

Ab utili et
necessario.

Quasi uero uilla sit uita mortalium, quæ nō sit omnibus
fortunæ subiecta casibus. E uita migret oportet, qui ni-
hil incommodi ferre uelit. Quod si ad cœlestem illam ui-
tam respicias, mors hæc hominū uita est, haud uita di-
cenda. Sin intra humanam conditionem animum conti-
neas, nihil est coniugali uita neq; tutius, neq; trāquillius,
neq; iucundius, neq; amabilius, neq; fœlicius. Sed quid
nos de honesto, ac iucundo disputamus, cum non utili-
tas modo suadeat, uerum etiam necessitas ad coniugium
impellat. Tolle matrimonium, per paucis annis uniuersum
hominum genus funditus intreat necesse est. Xerxem il-
lum Persarum regem cum ex ædito loco ingentem illā
hominum multitudinem intueretur, lachrymas non tenuis-
se dicunt, quod ex tantis hominum milibus, post annos
sexaginta nullus omnino supersuturus esset. Cur qđ ille
de suis Copijs intellexit, non etiam de uniuerso hominū
genere perspicimus? Sublato coniugio, quotusquisq; ex
tot regionibus, prouincijs, regnis, urbibus, coetibus, post
centum annos supererit? Eamus nunc & cœlibatu mis-
remur, qui æternam sit generi nostro cladem allaturus:
Quæ pestis, aut à superis, aut inferis immitti possit no-
cētor? Quid ab ullo diluuio timeri possit acerbius? Quid
tristius expetetur, etiam si Phaetonem redeat incēdiū?
At ex huiusmodi quidem tempestatibus multa relinqui
solent in columia, ex cœlibatu nihil reliqui fieri potest. Vi-
demus quātum morborum agmen, quot casuum discri-
mina, noctes diesq; hominum paucisati insidiétur. Quot
pestis

pestis absunit, quot absorbet mare, quot Mauors abri-
 pit? Taceo enim de quotidianis mortibus. Circumuolat
 undiq; mors, ruit, rapit, properat quantum potest genus
 nost. um extinguere, & nos coelibatum miramur, coniu-
 gium fugimus? Nisi forte placet Eſſenorum institutū,
 aut Dulopolitarum, quorum gentem facinorosorū nū
 quā deficiens numerositas propagat. Num exspectamus,
 ut Iupiter aliquis nos eodem munere donet, quod apibus
 tribuisse dicitur, ut sine concubitu fecifimus, & poste
 ritatis semina ē flosculis ore legamus? An uero postula-
 mus, ut ſicut ē Iouis cerebro Mineruam prognatam poe-
 tæ fabulatur, ita nobis ē capite liberi exiliant? An deniq;
 ut iuxta ueterum fabulas, ē terra, ē ſaxis proieclis, ē du-
 ris arborum truncis homines producantur? E terræ gre-
 mio permulta ſine noſtro culu enaſcuntur. Plātulæ ſub
 umbra matris ſæpe pullulascunt, at homini hanc unam
 propagandi uiam natura eſſe uoluit, ut mutua mariti-
 uorijq; opera, mortalium genus ab interitu uindicare-
 tur, quod ſi fugiant tuo exemplo mortales, ne iſla quidē,
 que tu miraris, eſſe poterunt. Coelibatum miraris, ſuſ-
 picis uirginitatem? At nec coelibes erunt, nec uirgines, ſi
 coniugij uifum ſuſtuleris. Cur igitur prælata eſt uirgi-
 nitas? cur honorata, ſi exitium adſert mortalibus? Lau-
 data eſt, ſed pro tempore, ſed in paucis. Voluit enim deus
 hominibus coeleſtis illius uitæ tanquam imaginem quan-
 dam & ſimulacrum oſtendi, ubi neq; nubet ille, neq;
 nuptum dabunt illi. Sed ad exemplum paucitas idonea
 eſt,

R. populi
 in
 am
 Cofutatio

DES. ERAS. ROTEROD.

Rhetorum
argumentum.

est, multitudo inutilis. Ut enim nō omnes agri, quanquā feraces, ad usum uitæ serūtur, sed pars negligitur, pars oculis pascendis colitur. At patitur hoc ipsa rerū Copia, in tanta aruorū amplitudine exigua partē sterile relinqui. Verum si nulli serantur, quis nō uideat nobis ad glā des fore redeundū? Ita cœlibatus in tanta hominū multitudine, in paucis quidē laudem habet, in omnibus sum mam reprehēsionem habitura. Iam si maxime in alijs sit uirtutis nomē habitura uirginitas, in te certe uitiosa fuit. Cæteri enim puritati studuisse uidebuntur, tu generis parricida iudicaberis, quod cū honesto coniugio propagare potueris, turpi cœlibatu passus sis interire. Licet ē numerosa sobole uirginem deo consecrare. Rustici frugum primitias superis immolant, non uniuersum prouentum, at te unum stirpis tuæ reliquias esse memineris oportet. Nihil autē refert utrum occidas, an seruare recuses, qui à te uno seruari & poterat, & facile poterat. At sororis exemplum te ad cœlibatum adhortatur. At ista uel una re potissimum debebas à cœlibatu deterreri, Generis enim spem, quæ prius utriusq; erat cōmuniſ, nunc totam ad te unum reuolutam intelligis. Detur hæc uenia sexui, detur ætati, puella dolore uiēta peccauit, stultarū muliercularū aut stultorū monachorū impulsu, sese præcipite dedit. Tu maior natu uirum te esse memineris necesse est. Illa maioribus suis cōmori uoluit, tu ne moriantur, operam dabis. Soror subduxit sese officio, tu duorum tibi partes obeundas esse cogita. Non dubitarūt filie

lie Lot, cum patre temulēto rem habere, satius esse iudi-
cantes, nefario etiam incestu generi cōsulere, quām pati
interire. Tu matrimonio honesto, sancto, pudico, sine of-
fensa, summa cum uoluptate, non consules? Quare fina-
mus eos Hippolyti institutum imitari, seclentur cœliba-
tum, uel qui mariti fieri possunt, patres non possunt, uel
quorum tenuitas liberis educandis non suppetit, uel quo-
rum genus aliorū opera possit propagari, aut certe cuius
modi est, ut magis reipublicæ conducat intermori quam
propagari. Tu uero cum teste Medico, uiro neq; imperio-
to, & minime mendaci, magnam posteritatem promit-
tere uidearis, Patrimonium habeas amplissimū, Genus
autem tum optimum, tum clarissimum, ita ut oblitetari
sine nephario scelere, magnoq; Reipub. detimento non
possit, Tum adsit ætas integræ, nec defit forma, Offer-
tur uero coniunctu puella, qua neq; integriorem, neq; illu-
striorem ullam uiderunt ciues tui, pudica, modesta, pia,
facie diuina, cum dote amplissima, Cum rogent amici,
lachrymentur propinqui, instent affines, patria flagi-
tet, ipsi maiorum tuorum cineres è tumulis idipsum
te obtestentur, tu tamen adhuc contaris, adhuc cœliba-
tum cogitas? Si qua res parum honesta abste petere-
tur, si qua difficilis, tamen uel tuorum uota, uel gene-
ris charitas animum tuum expugnare debuerat. Quan-
to æquius est id amicorum lachrymas, patriæ pietatem,
maiorū charitatē abs te obtinere, quod te diuinæ pariter
humanæ leges hortatur, natura instigat, ratio dicit.

honest

honestas allicit, tot commoda inuitat, necessitas etiam ipsa cogit? Sed iam argumentorum plus satis. Confido te iamdudum me monitore sententiam mutasse, animuq; ad salubriora consilia appulisse. Bene Vale. ¶ In summa plurimū conduceat in hoc suasori genere longe omnium utilissimo diligenter exerceri. Dominatur enim fere in omnibus generibus. Primum igitur cuiusmodi sit, quod persuadere cupis, attente est considerandum. Dein de quae sunt in eo cōmoda omnia diligenter colligemus, & amplificabimus cōtra uero si quae insunt incōmoda, quaeq; illius animum posse deterrere uidetur, ea aut extenuabimus, aut remouebimus, exco gitatis quam pluri mis rationibus, & rationum confirmationibus. Postremo uero uidendum quibus argumentationum formis, aut quibus exhortationibus ea, quae exco gitata sunt, quā commodissime possint explicari.

¶ De genere dissuasorio.

IN dissuasione omnia incomoda colligemus. Hec quemadmodum inueniri possint, suo loco paucis demonstrabimus, quae quidem meditata, & tanquam ad manum habere oportebit. Proponat autē didascalus ali quod argumentum scite exco gitatum, capita rationum, exempla, similitudines, & si uollet dispositionem paucis ostendat, reliqua puerorum ingenij relinquit, deinde illorum inuicta castiget, mox Palinodiam scribere iubeat, Nonnunquam etiam acuēdi ingenij gratia, infames materias proponat. Nihil enim est ita natura bonū, quin ab ingenioso

genioso oratore deprauari possit, Hac exercitatione tū copia, tum promptitudo quædā quavis de re dicendi patratur. A me modo suāsum est matrimonium, ubi omnia eius uitæ cōmoda collegi, contra autem cœlibatus incōmoda exaggraui. Incommoda uero matrimonij, quæ illic partim extenuai, partim refelli, ea i Palinodia erūt exaggranda, contra cōmoda aut uellementer deprimenda, aut cōmoda esse neganda. Quonam igitur modo erit hec Palinodia instituenda? Fingemus amicum secū hæsitantem utram uitā uelit amplecti, aut iam nuptias animo destinasse. Et ut à circumstantijs discamus inuenire argumenta, thema certis personis confectum proponemus, hoc pacto, Petrus adolescens, minimus fratrū suorum, summo ingenio, & iam literis iniciatus, matris opera à schola reuocatus, ab eadem adducēdam uxorem solicitatur, puellam & diuitem, & egregia forma: pater neq; uxori, neq; filio refragatur, sed liberum illi permittit, ut eligat. Scribit nunc illi sodalis, & equalis, & socius studiorum: cōaturq; illum à matrimonio deterrere. Hic, ut coniugium quām miserrimum ostendat, omnes eius uitæ ærumnas cōtrahet, primum ab ipsius coniugij natura. Adducit enim seruitutem, & eam quidem, quā effugere nullo modo possis. Nulla enim seruitus non misera esse potest, quum hominem natura libertatis audiū fixat. Tum quum omnis seruitus misera est, illa minime uiro conuenit, qua cogimur mulieri inscruire. Præterea quod mutua est seruitus, accedit etiam alterum incō-

EE modum

modum, quod eam ipsam sustinere cogeris, cui inservis.
 Nam reliquis in servitutibus servi ex dominis pendent,
 et illa ex te. Prius ibas quo uolebas, coenabas ubi uolebas,
 uiuebas qui cum uolebas, uagabaris, nvgabaris, conui-
 uabaris, lusitabas, cōfabulabaris. Nunc domi desidēdū,
 coenandum domi, cubandum domi, uitendum more il-
 lius. Quae si facis, ubi dulcis illa libertas? Sin minus, lites
 domi parate, audienda iurgiosæ uxoris conuitia. At for-
 mosa est, non potest non esse uoluptati, Immò si formo-
 sa est, certam miseriam effugere non potes. Nam si defor-
 mis esset, minus quidem animum uoluptate oblectaret.
Cōfutatio At rursum metu minus angeret, minus procax esset. Nūc
 quum formam suam non ignoret, multo erit insolētior,
 tum si parum pudica sit, qui tibi iucunda poterit esse ui-
 ta? sin pudica, quod haud scio an fieri possit, perpetuo
 metu cruciaberis, ne te non satis amet, ne corumpatur, ne
 mutet animum. Nam si nō ames, miserum est uiuere cū
 ea, quam non ames: sin ames, hæc omnia secū incōmoda
 adfert amor, suspitiones, iniurias, iurgia, rixas, & cete-
 ra. Præterea stulti est cōpedes suas quamuis aureas ama-
 re. Quid refert lineo an serico fune stranguleris. Deinde
 extenuabis eam uoluptatem, qua negabis tantos dolores
 esse emendos. Est enim pecorina prorsus plena fastidij,
 plus aloes quam mellis habens, indigna magnis ingenij.
 An hæc una tāti est, ut multo dulciores uoluptates relin-
 quas, & tot miserias adeas? Hic colligat incōmoda con-
 iugij, curā rei domesticæ, mores uxoris, peccata filiorū,
 morbos,

morbos mortē, luclum, orbitatē, Contra quae uoluptas
sit in literis. Non posse simul ēt uxori ēt musis uacare.
Hic per contentiones enumerabit, quae relinquat, quae su
beat. Sed sine matrimonio genus humānum sustineri nō
potest, quasi uero desint qui isto munere fungātur, Istuc
alijs relinque, qui humanis rebus sunt nati, tu ad diuina,
ad cœlestia factus es. Sunt tibi fratres, quorum opera ge
mus tuum possit propagari, tuum est, illud non liberis,
sed literis illustare, Tum exemplis agendum, & item
de cæteris argumentis, Sed hæc alias latius.

Cōfutatio

¶ De consolatoria epistola.

Officiū quidem est, amicos in rebus afflictis, ubi
re mederi non licet, uerbis saltem consolari, Ve
rum scite id ipsum faciamus oportet, ne uelut impreciti
medici, uulnus crudum adhuc, & recens exulcremus,
potius quā mitigemus. Ita ad cōsolandum accedamus, ut
nostrum potius ipsi dolorē offendere, quā eius mitigare
uideamur, hoc est ferrū abscondere secari noleti. Negabi
mus illi uel nostra, uel cuiuspiā consolatione opus esse,
quod non ignoremus eum pro summa sua sapientia ani
miq; magnitudine casum suum fortiter ferrē. Nos ipsoſ
ad consolandum parum esse idoneos, qui non minus ami
mo angamur, quā is ipſe, quē confirmare debemus. De
inde doloris causam etiam exaggerabimus, tamq; exag
gerationē nō à re ipsa, sed ab eius qui patitur idignita
te sumemus, nō sine laude quadā, eius iniuriā quā pluri
mis bouis uiris dolere dicemus. Quod ubi erit factū,

EE 2 tum

tum medicamentum adhibebimus, hic omnia, quæ dolorem lenire possint, diligenter colligemus. Id fieri, si ipsum malum in quod incidit uerisimiliter extenuabimus, & bonum unde excidit, quantum queamus alleuemus. Malum extenuabimus, si minime diuturnum fore ostendimus. Solent enim patientius ferri incomoda, quæ breuifinem habitura putentur, præsertim si eam incommoditatem magna aliqua spes sequitura monstretur. Hic omnes rerum cœcturas diligentissime despiciemus, quibus eam spem quam maxime probabilem efficiemus. Vnde autem coniecluræ sumantur, rhetorum de statu cœcturali præceptione, sibaud obscure demonstrant, & Cicero nis cū multæ, tum illa imprimis ad Cecimam epistola, exemplo esse potest, ubi idem facere suo more, tanquam augrandi disciplinâ quandam tradere uidetur. his omnibus assentationem quandam admiscebimus. Quod si eiusmodi sit incomodum, ut diuturnum uideri necesse sit, alijs extenuandi rationibus utemur, aut enim non esse incomodum, aut nō esse adeo graue ut appareat, nitemur ostendere. Id faciemus, si quicquid erit in eo commodi id accurate cum amplificatiōe quadam indicemus. Nullum enim tam graue malum homini potest accidere, ex quo non aliquid commodi decerpī queat. Si negabimus ullū esse malum existimandū, quod citra culpam homini obtigerit, hic philosophorum rationes, & præter cæteros Stoicorum, nos plurimum adiuuabunt. Si eiusmodi calamitatē, uel famæ eius profuturā, uel gradum quendam

+ +

dam, ad maxima cōmoda iactūm esse ostendemus. Solet enim summa uirtus, summaq; fœlicitas à durissimis iniūijs plērumq; profici sci. Idq; exemplis approbabimus. Si theologicō more eiusmodi tempestatem à superis propicijs immissam dicemus corpori quidem molestam, sed animæ salutarem. Nihil autem æque dolorem leuat, teste Cicerone, ut communis tanquam legis, humanæ conditionis recordatio, quare id mali, illi cum uniuerso mortalium genere, uel certe cum clarissimis optimisq; uiris quam plurimis cōmune esse declarabimus. Hic illustriū uirorum exempla, qui in eisdem luctus inciderunt, aut certe similes, quiq; eos fortissimo animo, maxima cum laude tulerunt, accumulabimus. Postremo ad exhortationem ueniemus, ad pristinam animi tolerantiam, magnitudinem sapientiam, eruditio nem uocabimus. In conclusione omnem operam, studium diligentiam, & ipsi & eius filijs, ac necessarijs deferemus. In consolando iocus erit uehementer fugiendus, nisi leue sit incomodum, ut ioco possit exhibilari, dūmodo is erit, qui eiusmodi rebus capiatur, quam blandissime iocandū erit, ita tamē ut ueras consolationes cum iocis permisceamus. Præterea cauendum, ne non tā amice consolari, quam præcipere uidemur, ne tanquam sani ægrotantibus imperemus, ne quid de nostra aliorumūc fœlicitate commemoremus, ne Tytirum illum Vergilianum rustice imitemur. Ut enim societas miseriā leuat, ita alienæ immunitatis recordatio ægritudinem exasperat. Quæcum satis diligēter præcepta

Argumē-
tū sive the-
ma epistō-
le.

Epistola
consolato-
ria exiliij.

cepta putem, Exemplum adiiciemus. Canidius uir in re-
publica sua præclarus, per inuidiam factionum aduersa-
riorum eieclis, in longinquis regionibus exulat, relicta
domi uxore, paruisq; liberis, eū amicus consolatur. Offi-
cium meū (ut à quo persepe meo in luctu fucrim amā-
tissime confirmatus) uicissim in tuo tristissimo casu de-
beri quidem tibi agnosco, sed te nihil egere gaudeo. Ita
enim fortiter, sapienterq; exilium ferre audio, ut nos qui
tui desiderio angimur, tua potius, quam tu nostra conso-
latione simus sublucandi. Nec tu quidem uir fortissime
quicquam nouū aut à tuis studijs alienū facis. Ita enim
à puero & optimis institutis, & philosophiae rationi-
bus animum præparasti, ut nullus te fortunæ flatus, nec
secundus erigere, nec aduersus quidē possit deuicere. Non
quod te tā acerbi uulneris sensu omnino carere putem,
id enim stupētis magis quā magni animi uidetur. Quis
enim tam saxeo pectore sit, qui, quod tibi cuenit, quum
pro summis in rem publicam meritis, summā contumeliam
acceperit, tanta ingratitudine nō mouebitur? Quis
tātum obliuionis ex illo Letho flumine bibt unquā, ut
nullo natalis terræ, amicorum, uxoris liberorum deside-
rio teneretur? Nec tibi soli dolet quo d uulnus acceperis,
quum multis non tuis modo uerum alienis, bonis tamē,
doleat. Quare si te dolere uetem, inhumanissimus plane
uidcar, tametsi affirmare ausim p multas esse causas, cur
tu malū moderatius ferre debeas, quod si etiam diutur-
num force uideretur, tamen erat quo te sustentares. Nema-
pe in

pe in primis tua uirtute, literis, conscientia recle factorum, qua quidem nulla est in rebus aduersis, uel uerior, uel præsentior consolatio. Nunc certissimo augurio breui futurum spero, ut tibi de honestissimo reditu gratule mur, omnesq; existimant æmulos tuos, qui tuā salutem extinguere credebantur, dignitatē tuam uehementer illu strasse. Id quod ego auguriū neuanū putas, certissimis signis, partim quidem à tua uirtute, & maximis in Ré pub. officijs, partim à temporum natura colligo. Eam enim in te sapientiam, integritatem, industriam nostra Respub. domi bellū; experja est, ut et si tu pro animi tui magnitudine, patria carere facile posses, illa certe tali ciue diutius carere omnino non queat. Cur igitur sic meritum ciecit inquietus? Rerū pub. tempestates nosti, nec uulgi animos ignoras, quibus nihil instabilius, qui procellarū in morem sursum ac deorsum fluctuant, nec quenquam constanter aut odiisse solent, aut amare. Ita est humanum in genium, uirtutis nec præsentis fulgorem, nec absentis siderium ferre possimus. Præsentem ut, ut Flaccus ait, odimus, sublatam ex oculis querimus inuidi. Camillū uirum clarissimum, cuius in pace splendorem Rhomana Respub. ferre non potuit, ut affliccis in rebus coacta est retroucare? nec prius quam expulisset, qualem ciue habuisse, ciuitas alioq; sapiens, intelligere potuit. Itaq; qui absenti patriam reddidissent, & dictaturam tribuisserint, imperium quod à ciuibus deserebatur, ab exule defensum est. Socratem uirum omnium quos terra

A persona:

Cofutatio.

Exempla.

*Facit ueris
simile.*

produxit optimum, concitatū temere uul gus ueneno dā
nauit, quem ubi desiderare cœpit ciuitas Atheniensis, re
pente omnium conuersis animis in ipsius accusatores pu
blicus est impetus factus, Socrati statuē crecēt, Serius
quidem illi, quām Socrati cōmodum erat, resipuerūt, tu
nondum ita cecidisti, quin facile restitui possis. Iam mul
tos, quos tuus in Repub. splendor urebat, desiderium cru
ciat, factionis aduersæ qui sunt, partim amicorum preci
bus uiēti, partim absētia tua, partim ipsa die mutati, po
suerunt odium, nōnulli ad amicorum tuorū partes trās
fugerunt. Nemo certe est, qui nō mollius oderit. Per opo
tune uero bellum oritur & magnum, & periculoseum,
& quidem cū ijs ipsis, quos aliquando tua uirtute coer
citos meminerunt. In quo cum uehementer respublika
tuam operam sit desideratura, in certam spem ducor fo
re, ut qui ab ingratis ciuibus fueris electus, à supplicibus
reuoceris, ut non tam acerbū fuerit electum fuisse, quā
gloriosum sit fuisse reuocatum. Habes augurium meū,
quod ita meum est, ut idem amicorū tuorum nemo non
speret, inimicorum nemo non metuat. Quo, siquid addu
bitarem, non uterer, potius quām illis rationibus, quibus
te uirum fortē facile sustentari video, quibusq; ipse utor
quotidie, & te uti facile suspicor. Optima consolatrix
philosophia, quæ non unum aliquod malum inanibus
fomentis lenire, sed ad omnes fortunæ incursus animum
armare solet, huius, ut ita dicā, laclē, quum ab ipsis sis in
cumabulis equititus, quid ego susMinerviam, aut ululas

Athenas

Athenas : sed tamen pro tua modestia memorem te moneri patieris, uide ut hominis fœlicitatem nō in fortunæ temeritate, sed in animo esse sitam memineris. Patriam, opes, honores, ceteraque munera sua, fortuna potest eripere, animum sapientem neque dare, neque eripere potest. In te ipso omne præsidium tuum constitutum esse cogites, sapienti uiro præter turpitudinem, nihil accrbi posse accidere. Virtutem scipsa contentam, non è casuum mutabilitate pendere. Non cruciari, sed cruciatu dignum admittere in malis est numerandum. Tua te uirtute inuoluas oportet. Exilium dolet, non tu miser qui immeritus pataris, sed uero longe miserrimi, qui immerentem eiecerunt. Infelicius enim longe est facere iniuriā, quam accipere. Patriam ingratissimi ciues eripuerunt, animi magnitudinem, uirtutem, integritatem, eruditionem, eripere non potuerunt, nec poterunt. At hoc ipsum dolet, quod optime meritus, ab ea Repub. quam sēpe numero tua uirtute seruaris, exulas. At isthuc maximā cœgritudinis partem leuare deberet. Phocion ille Atheniensis uir integritate laudatissimus quum bibitur us uenenum uxorem euillantem, deplorantemque, quod innocens esset moriturus, obiurgans, stulta (inquit) nocentem me mori manis. At, quod uenit ex merito leuiter lenteque ferendum, quae uenit indigne poena dolenda uenit. Vulgi ista sententia est, & stultitiae plena, sapiēti uero quae maior esse possit consolatio, quam ex reccle factorum conscientia, quae quum aderit, etiam si fractus illabatur orbis, impavidum feriet ruine.

Cofutatio.

Cofutatio:

ruinæ. Omne solum fortis patria est, egestas, exilium, bellum, non mala, sed materia uirtutis sunt. Crescit enim, se alitur aduersis rebus industria, proinde ut illex, quem quo diligenterius duris bipennibus totetur, eo latius ramos difundit. Darius se rebus aduersis prudenter fieri dicebat. Ego uero ita existimo multos egregios viros non prudentiores modo, ueructam clariores euafisse. Num Herculis gloria tam late per orbem emanare potuisset. nisi illi Iuno tot modis stram tamquam uirtutis material obicisset. Vlysses equidem non tam bellicis rebus, quam tolerantia malorum, quibus decenium est iactatus, immo tale nomen adsecutum puto. Cedunt ipsa interdum feliciter mala, & a superis propitijs immittuntur. Multos tibi recensere possem, quibus ita cessit exilium, ut optandum fuisse uideretur, qui quum in patria obscuri inuidiosus uixissent, apud exterros, & rem amplissimam, & summos honores sunt adsecuti. Claudiu[m] uirum nobilissimum a ciuibus in exilium acclum Gallia exceptit. Iam exul, adeo locuples clarusque est, ut non modo patriam non desyderet, uerum etiam quod non ante reliquerat, poeniteat. Petrum Aliacensem Cameratum Episcopum cecidit Rhoma, ex exule fecit Cardinalem, Multa apud nostros ad gloriam uirtutis uia grassantibus obstant, emulatio, inuidia, postremo uirtutis & splendoris societas quedam. Quare ex his rebus quas tu semper es admiratus, & in quibus felicitatem constituendam indicauisti, nihil est, quod te de his casibus uehemeter afficles, quibus natura uniuersum hominem

minū genus subiectum esse uoluit. Hac enim lege nascimur, ut omnibus fortunae casibus subiaceamus. Sic libertum est fortunae in rebus humanis ludenti indignos at tollere, optimum quēq; deuicere, lāta miscere tristibus. Quid autem acerbū uideri potest, cuius conditio cū omnibus est cōmuni? Repete cogitatione & ueteres & recentes annales, quem tu regem? quem ducem? quē claram uirū ab hoc sēuo fortunae ludo immunem fuisse cōperies? Quoties illa à domino seruum, è rege captiuum, è consule rhetorem, è triumphante exulcem, ex patriæ cōseruatore, hostem patriæ fecit? Quid unquā habuit Græcia Alcibiade uel genrosius, uel fortius? at hic ubi splendore suo inuidiam suscitasset, ex ea Repub. quam multis uictorijs illustrasset, in exilium cieclus est. Quid Phocione iustius? at hunc etiam uenenum bibere coegit. Quid Socrate castius? at huic sua uirtus exitium attulit. Quid de Scipione dicam? quid de Bruto? quid de Catō? quid de Cicerone? qui ea Repub. carere cōpulsi sunt, quā magno suo periculo ipsi seruassent. At quanto animo sapiētissimi uiri ciuiū iniurias tulcrunt? Nimirum intelligebant uirtutem suam, & gloriā bene gestis partam nō ingratia patria residere, sed una in exilium comitari. At frustra suam operam in ingratissimos ciues contulerant, Minime. Quid ita? Quia nō ut in patria senesceret, ea pericula suscepserant, sed ut eternam sibi famam compararent. Exules tamen erant, Minime. Quam obrem? Eam enim pro patria habere desierant, in qua talibus uiris

uiris locus non esset. Vbicunq; bene sumus, in patria su^m
mus. Quare nō magno eius desyderio tenebantur, ubi mi
nus tute, quām in exilio uiuendum intellexerant. Numi
dico Metello qui ob suam animi constantiā cieclus erat,
quum in spectaculo sedenti, literae reuocationis redderent
tur, ne aperiēdas quidē putauit, antequā ludi finiretūr. Et
Metellus quidē Rhoma negligēter plane carebat, sed Me
tello Rhoma carere nō potuit, Quā obrē nō poterat. Quia
cuius p̄sentis animi magnitudine ciues inuidi cruciabā-
tur, eius absentis industrias requirebāt. Ille uero exulē se
esse nō meminit, nec afflictū quidē, nec miserū putabat.
Cur ita? Nimirū p̄suasum habebat eos, qui rē exilio di
gnam admitterent, miseros esse, eos uero, qui ob uirtutis
inuidiam exularent, non supplicium, sed gloriæ materiā
accepisse. Secundis enim in rebus animum magnum ob
tinere nō magni negocij est. At s̄euiente fortuna animo
non frangi, equabilem mentis statum tenere, id uero lō-
ge pulcherrimum putatur. Tu uero quum sis istis ui-
ris, neq; rerum usu, neq; animi magnitudine inferior, li-
terarum peritia etiā superior, strenuos gubernatores de-
bes imitari, qui quum maxime aduersa tempestas incum-
bit, tū memini à clavo discedunt. Neq; enim magni arti-
ficij est, tranquillo mari uentisq; ferenibus rectum tene-
re cursum, sed egregium nauclerū tempestas arguit ad-
uersa. Et quoniam mare ingressis uenti in manu non
sunt, ijs qui contigerunt, equo animo utendum erit, Ad
de fieri nōn unquam, ut uenti nimium secundi, plus peri-
culi

yywmu.

Collectio .

Trāslatio-
nes.

culi adferant, quam aduersi, cogunturq; plus aequo tur-
 gentia uela contrahere. Rebus enim plus satis ex senten-
 tia procedentibus, facile præcipites in exitium ferimur,
 aduersis uero, ut cautiores diligentioresq;, ita tutiores no-
 nunquam sumus. Quapropter cordatis uiris fortunæ fa-
 uorem semper suspectum fuisse video, quæ tu maxime
 insidiatur, quum blanditur maxime. His ergo te rationi-
 bus facile confirmassem, quanquā quale est Hercule uel-
 le consolari? nisi iam certa de reditu tuo spes omnium
 tuorum animos obtincret. Tu fac ut uirtutem tuam dos-
 mi, belliq; spectata, in ista interim palestra, parem obti-
 neas. Mihi liberorum tuorum negotia tantæ sunt curæ,
 ut ne tibi quidē ipsi maiori esse possint. Vale. ¶ Qua-
 propter caue, ne contrahas, aut demittas animum, neue
 obrui, tanquam fluctu, sic magnitudine negotij finas, co-
 traq; erigas, ac resistas, siue etiā ultro occurras negotijs,
 Nullus dolor est, quem non temporis longinquitas mi-
 nuat, atq; molliat, & cui non callum obducat. Homines
 nos esse meminerimus, ea lege natos, ut sub telis fortu-
 ne proposita sit uita nostra. Neq; esse recusandum, quo
 minus ea, qua nati sumus conditione, uiuamus, Neue tā
 grauiter eos casus feramus, quos nullo consilio uitare
 possumus, Euētisq; aliorum memoria repetitis, nihil ac-
 cidiisse nobis noui cogitemus. Homines sapientes turpi-
 tudine, non casu, & delicto suo, non aliorum iniuria, co-
 moueri debent. Conscientiam rectæ uoluntatis, maximā
 consolationem esse rerum incommodarum, nec esse ullū

Fragmen-
tum.

magnum

magnum malum præter culpam memineris. Te ne sic
 angi? sic animo iaccre? Quorsum tandem attinet, ut te
 afflictes? ut te lachrymis conficias? an ista malum leni-
 ent? an non potius augebunt? Quorsum spectat tant mi-
 sere deplorare, quod mutari non potest? Vbi nunc est illa
 animi tui constantia? ubi literæ, quibus aliorum dolorē
 leuare consueras? Alijs mederi potuisti, tibi nihil pro-
 des? Cur frustra & te ipsum lachrymis fecisti amicos que-
 rillis exanimas? Quæ est ista animi impotētia? Quæ mol-
 licies? Num te uirum esse oblitus es? Ita grauiter fers?
 Quasi uero ista tibi uni cōtigerint, aut tanta sint, ut alijs
 non multo etiam acerbiora euenerint? Quid uel tuo ani-
 mo, uel doctrina indignius, quam sic angi, sic frāgi, sic
 te ipsum abūcere, quo modo nec mulier quidem ulla pos-
 set? Neq; enim uideo, quem fructum adferre possint ina-
 nes lachrymæ, & querimoniæ. Nam si eiusmodi malū
 iudicas, ut ad salutem reflecti nequeat, cur luētu dupli-
 cas incommodum? Si spes est, cur non ea potius te suste-
 tas? atq; id agis, qua ratione quam primum ex ipsis ma-
 lis queas emergere? Si desperas, memineris Plautinum
 illud, in istiusmodi conditione animum bonum dimidiū
 esse mali, Sin speras, cur perinde tanquam in re despera-
 tissima te maceras? Audio te tā grauiter angi, ut ex lu-
 ētu, mentis etiam errore afficiaris, deum immortalē
 quid tibi uis? Quin tu potius obduras, ac seruas te re-
 bus secundis? Cur tu & amicis luētum auges? & ini-
 micis uoluptatem præbes? & te ipsum indigne conficis?

Tu con-

Tu contra audientior ito , quo tua te fortuna finet. Duz
eunt fata uolentem , nolentem trahunt. Tu dum ista te
conscientia , iste animus , ista uirtus , istae literae , ista re-
rum gestarum memoria te comitabitur , caue te putes exu-
lem ubicunq; locorum , quocunq; sub cœlo erit uiuendū.
Sed quid ego sus Mineruam ? Facit sane non loquacitas
mea , sed benevolentia longiores epistolas. Vale.

C Compotorem suum , qui ex nocturna potiuncula , &
puellæ congressu in languorem incidit , suus congerro
consolatur hoc pacto . O te Herculem , Iaccs uir tantus
exiguo uillo superatus ? Nam de puella tam molli (ita
dij me ament) pndet tuo nomiue , Succubuisti superior .
Me solebas contemnere , & semiuirum ferox appellare ,
quem ego te uicissim uocabo ? Herculem ? Sed ab Om-
phale prostratum , Desine mihi post hac tua iactare
facinora , aut te pugnæ quam primum restituas , Vbi
nisi acceptū pudorem summa uirtute resartias , pro Her-
cule Sardanapalus appellaberis , Ita decreuit senatus ,
quem nosti , nō ante solis occasum solui , ut Rhomanum
illum olim , sed post conditum solem incipi solere . Iam
acies instrucla est , iam rauco sonuerunt cornua cantu .
Omnes compotores te expectant , ducem requirunt , Illa
uixtrix animosa te prouocat , tu fac ut pristinæ uirtutis
memineris . Si mature redis , nec uictus quidem uidetur
ris , ut qui uulnus dederis , acceperis nullum . Hi ioci si
morbo tuo mederi non poterunt , nec pharmacum qui-
dem illum poterit . Valc.

Thema io
cos&c conso
lationis.

Iocosa con
solatio.

de petitoria

¶ De petitioria epistola.

Si rem magni momenti petere constituimur, omnes rationes quas in suasorio genere ostendimus, oportebit adhibere. Ut eius à quo petimus benevolentiam cōciliemus, Ut rem facilem, honestam, necessariam ostendamus, Erit autem tum prudens, tum simplex omnis petatio nostra. Si qua in illum sunt merita, ea summa cū disimulatione significabimus, dicemusq; cui sumus deuinēssimi, ei nos uelle fieri deuinēiores. Fiduciam quoq; summam ostendere profuerit. Narratio erit artificiosa, & ad persuadendū accōmodata. In fine magnifice pollicebimur gratiam nos habituros, & relatuos, Omnia nostra illi dedicabimus, ac deseremus. Obsecratio quoq; si res tanti uidebitur, nō erit omittenda. Si quid obstat, id diligenter diluemus. Exemplum, Improbum fortasse alijs uidebitur, pater amplissime, cum à quo tantum beneficiorum accepērim, quantū ne sperare quidem unquā sum ausus, rursum nobis precibus solicitare, At ego ingenui, minimeq; ingratī animi existimo, cui multū des beas, ei multum uelle debere. Cui enim extremas fortunārū mearū partes acceptas referre cupiam, nisi ei ipsi cui primas, cui medias debedo? Quid enim Erasmus esset, nisi te tāquam numen quoddam propitium nactus esset? Tu me puerum, ob nescio quam in me uirtutis indolem: Præterea fortasse, quod putabas meas literas tibi aliquā do uisi futuras (utinam tu am de me uel existimationē, uel expectationē non omni ex parte uideat se fessellisse) adoptasti.

Exemplū
epistolæ pe-
titoriæ.

adoptasti. Nec semel cōplexus unquā fouere, iuuare, ornare desististi. Itaq; si quid hodie in me uel uirtutis, uel bonarum literarum, uel dignitatis esse putatur, id omne tuæ paternitati debeo. Sed duo mibi restare uidentur. Ut ~~et~~ tu opus tuum pulcherrime cæptum perficias, ~~et~~ ego efficiam, ne nullū tantorū in me beneficiorū fructum cœpisse uidearis. Quod utrumq; ut fiat, ~~et~~ ego maximope re cupio, ~~et~~ tibi in manu est. Eadē opera ~~et~~ tu me alii vñ beaueris, ~~et~~ eo in loco collocaris, quo multis in rebus tibi usui esse possim. Post diuturnos, ut scis, in literis Theologicis exhaustos labores, ad Calendas Maias, doctroratus insigni sum donādus, quā quidē professionem paulo splēdidius uite genus decere non ignoras. Præterea hactenus amplitudini tuae sumptui fui, æquum est ut aliquando sim ~~et~~ usui ~~et~~ dignitati. Iā uero hoc ipso tempore uacat Episcopatus Senensis, non maximus quidē ille, sed meo cōfilio cōmodissimus, tū quod ~~et~~ in tua sit patria, ~~et~~ à mea nō ita multū absit. Habebis, qui tuo rū tuaq; illic negocia perīde curae sit habiturus, ac si sua esset. Nec me latet quā potētes sim cōpetidores habiturus, nil me terret, modo tu uelis qui unus plus cæteris omnibus potes mihi patrocinari. Quid enim tu audeas à summo pontifice petere, quod ille cunctetur præstare? Quare si me non temere adoptasti, si qua unquam ex parte, tuo de me iudicio respondi, si me uirum gratum existimas, fac ut hic Episcopatus mihi tribuatur. Id ego abs te ~~et~~ diligentius ~~et~~ pluribus uerbis contendere, nisi uererer,

Narratio.

FF ne de

DES. ERAS. ROTEROD.

ne de tua humanitate , quam ego semper in me propen-
sissimā sū expertus,diffidere niderer. Ego uicissim mo-
dis omnibus enitar, ita me eo honore dignū præstare, ut
neq; te noui huius in me muneris pœnitentia, & uete-
rum tuorum erga me beneficiorum fructū aliquem
percipias. Vale.

¶ De cōmendatitiae epistola.

Annostrā p-
sona.
Hic finitimum est cōmendatitium genus . Quād
enim cōmendamus aliquem, nouū quidpiā peti-
mus. Quare eisdem fere rationibus erit tractandum. Hic
tres erunt considerandæ personæ, Nostra, cuius cui scribi-
mus, & eius quem cōmendamus, Postremo loco res ipsa
cuiusmodi sit, erit inspicienda. A nostrarā persona persua-
debimus, si causas, à quibus ad hunc cōmendandum fue-
rimus cōmoti, iustas, magnas, plurimās ostendemus,
uel quod de nostris , aut nobis ipsis sit benemeritus , vel
quod nobis cum ipso, aut nostris cū illius maioribus ue-
rus, & coniunctissima familiaritas intercesserit, aut hos
pitiū , vel quod sanguine propinquus, patria, studijs ue-
cominēlus, affinis, aut alioqui charus, & cōmendatus,
uel ita deniq; hominem describemus , ut ob modestiam,
probitatem, eruditionem, integratatem, humanitatē, no-
bilitatem, dignus sit, qui cum omnibus bonis , tum illi
imprimis debeat esse quād commendatissimus. Si qua-
uero uel nostra, uel illius quem commendamus , maio-
rūm eius in alterum merita præcesserunt , ea summa
cum modestia significabimus , extenuantes quidem ipsa
benefacta

benefacta, benefaciendi autem animum amplificantes.

Vbementer commendationem iuuabit, si eum quem com
mendamus, de eo cui commendamus quam optime &
sentire & prædicare dicemus. Non possumus enim non
benevolentia quadam commoueri erga eos, quibus nos ci-
tra assentationem intelligimus esse admirationi. Quare
scite Isocrates præcipuum amicitiae conciliandæ initium
demonstravit, ut absentem laudemus, apud eos quos nū
ciaturos suspicemur. Si utriusq; nostrū summam de eo
fiduciam uerisimiliter aperiemus, solicitudinē uidelicet
quandam iniçiamus oportet, ubi eiusmodi hominē om-
nem spem suam in eius unius humanitate reposuisse in-
telliget, nullius præter suam unius opem implorare uo-
luisse. Et à Personis quidem hoc modo commendationem
traçtabimus. A Re commendabimus, si am facilem illi
duntaxat, cui commendamus, monstramus, si honestam,
si utilem probabimus. Tum si eiusmodi erit, ut ex ea ad
patronū aliquid laudis, gratiae, autoritatis, aut emolu-
menti uenitetur uideatur, id accurate admonebimus, si
eodem beneficio quam plurimos deuinclurum dicemus.
Deinde obsecratione uti licebit. Postremo loco ē nostro,
& commendati nomine pollicebimur illū gratum &
memorem futurum. Nos eodem beneficio perinde ac si
in nos esset collatū, perpetuo deuinclōs fore. In calce mu-
tuam operam & studiū deferemus. Constat igitur
epistolam commendatitiam ex duobus misceri generie-
bus, Suasorio & demonstratio. Quum enim quē come-

Are

Breuishu-
ius generis
cōprehēsio.

FF 2 menda

DES. ERAS. ROTEROD.

mēdāmūs, cū laudes describimus, in Demonstratiō gē
nere uersamur, quum rem ipsam aut honestā, aut facile
ostendimus. in Deliberatiō. Sed breuis debet esse cōmens-
datiō, neq; nimis accurata. Presertim si ad eū scribimus,
cui sumus uehcmēter cōmendati: Testimonij enim poii-
dus habere debet, potius quā disputationis speciē. huius
generis exempla, quum apud Ciceronē sint plurima, ta-
men illa epistola, cuius initū est, Nondum erat auditū,
uniuersum commendandi artificium una complectitur.

Exēplū epi-
stolæ com-
mēdatitiæ

C Hermānius Theologus Andronio Bolano antīstiti.
S. D: Quanquā mihi Dionysij mei fortune maiori pro-
pemodū, quām meæ ipsius curæ essent, Præful humanis
sime, idq; non modo propter uetusissimā, arclissimāq;
quæ cum eius familia fuit, necessitudinē, uerum etiā pro-
pter admirabile hominis & modestiā & probitatem:
Tamen eum tibi pluribus uerbis cōmendandum non pu-
taui, ne uel de nostra amicitia, uel de hominis uirtute pa-
rum sis uiderer. Id enim nostra necessitudo, qua nihil
arbitror inueniri coniunctius postulare uidetur, ut quē-
cunq; benevolentia cōplectendū statuisse, idē quoq; &
charissimus & quā cōmendatissimus debeat haberi. Tā
ta rursum est hominis, tum probitas, tum modestia, tū
eruditio, ut uel citra meas literas eum optimo cuiq;, tū
tibi eiusmodi uirorū amantissimo, nō possit nō esse quā
cōmendatissimus. Et si nō parum utrumq; noui, præser-
tim quod tibi ipsi cū patre eius uiro ut scis, omniū q; fue-
runt grauissimo, uetus hospitiū fuerit, non eguit quidē
ille

ille nostra cōmendatione, quanquā cōmendari plane uoluit, & uni adeo tibi uoluit. Mirum enim dictu fuerit, quātū fiduciae in tua unius humanitate reposuerit, quā amanter de te & loquatur, & sentiat. Neq; enim quae menti cōsent diuersa loqui consueuit. Nec errat mea quidē sententia. Cui enim obscurum est, quantū pro tua autoritate, & apud illustrissimum principē & populū ualeas? Tum quantū studiosis uiris semper fauerit tua paternitas, sēpe maiorū suorum, nunc mea prædicatio didicit. Res est autē eiusmodi, ut tibi non multū nēgocij, huic plurimū sit cōmoditatis allatura. Debet huic abbas Syrus, ex agris nescio quibus, iā multorū annorū fructus, homo ut, scis & pecuniosus, & calūniosus, Cuius quidē prædecessores, sine ulla controuersia constāter soluerunt. Hic simulatq; insatiabilem habendi sitim, una cum mitra est asecutus, debitū inficiatur, in ius, immō potius in iniuriā uocat. Pudet dicere quas Protheus ille, optimo adolesceti calūnias neclat, quam astutas elabendi uias querat, hominē nosti. Quid quidem cū semper molestum esse debeat, quod iniquum, tum hoc tempore, Dionysio meo incōmodissime sane obijcitur, tum negari pecuniā quī ea demū esset opus. Ad pascha enim erat doctoratus insigni decorādus, est autē utriusq; iuris consultissimus, Vide autem quam iniquum sit huius Crœsi calumnia studiosissimū iuuencē in mediostudiorū suorū cursu, ad iniustas lites uocari, & iam multis fudoribus promeritum honorem, penē manibus extorqueri.

Narratio.

FF 3 Rem

DES. ERAS. ROTEROD.

Obsecra-
tio,

Rem iam partim ex me cognosti, reliqua ex ipso coram
agente disces, in te uno utriusq; nostrū spes sita est. Qua-
re te per nostram benevolentiam, & paterni hospicij me
moriā, & per ipsam iuuēis tui obseruantissimi con-
ditionem, maiorem in modum oro, ut ei in causa æquis-
sima præsidio uelis esse: Abbatē istum hodie uel autori-
tate, uel metu ad soluendum cōpellas, alitibus quibus ma-
xime pascitur, deterreas. Et tametsi magna ē multa sint
tua in me officia, hoc tamen ita mihi crit, ut pro omnī
summo sim habiturus, Apud iuuenem ita beneficium
collocaris, ut nunquam antehac apud quenquam reclius.
Bene Vale:

¶ De monitoria epistola.

Monitoriae epistolæ duplex est officium, Et ui-
tium, si quod mutari uolemus, doceare indicare
& quæ sint agenda, ea nescienti, tanquam scienti ostendere. Et quoniam uix quisquam æquo animo sua discit
uitia, ideo reprehensionis acerbitatē laude mitigabimus. Multa in eo esse egregia dicemus. Non passuros
nos, ut tot uirtutes unius uitij ueneno obscurentur, Deinde ipsum uitium uel ab estate, uel ab imprudentia exte-
nuabimus, uel maximis quoq; uiris id fuisse ostendemus
aut certe ipsum quidem esse mutandum, sed tamen ab
animi liberalitate, aliāue uirtute proficiisci, haud magno
negocio mutari posse. Nos hæc præcipuo in illum amo-
re scribere dicemus, alijs non idem facturos. Orabitur
ut pari libertate in nos utatur, nisi minus amet. Id enim
propriū

propriū amicitiae munus, & similia, quae ad hanc sententiam pertinebunt. Quod si tyranno, regi, aut alioqui potenti scribimus, cuius aures nullam omnino sint reprehensionem admissuræ, eum falso laudantes reprehēdemus, quum enim multas in co*n*virtutes prædicamus, à quibus est alienissimus, quum itē in alijs quædam abominanda excratur uitia, à quibus illū immunē esse dicimus, tacite admonemus agnoscētē quid mutare, quid sequi debeat: Hoc equidem consilio laudationes illas principiū repertas fuisse aurgor, ut sub laudis specie, suorum uirtutum sine offensa, sine pudore admoneretur, alioquin quid ea assentatione fœdius? Vbi uero sine reprehensiōe quid agendum sit, ostendemus, autoritatem quandam nobis constituamus oportet, sine eius quem monemus iniuria. Idq; uel ab ætate, qua illum longe præcedimus, uel à multarum rerum usu, qui in eo tatus per etatē nōdū esse potuit, uel à diurno studio, in quo nos sumus plurimis annis uersati. Illuc nūc ingrediendū, Pollicebimur nos amantissime simūlq; fidelissime cōsulturos: demum grauitate quadā sermōis, quid quo modo fieri cōueniet, ostendemus, Crebras sentētias adferemus, Autorū dicta citabimus, laudē admiscebimus, Brcuibus clausulis utesur, Rationes nōnunquā apponemus. Huius præceptiū culæ accuratissimū exēplū qui quærerit, legat eā Cicerōis ad Q. Fratrē epistolā, cuius hoc caput est, Etsi nō dubita bā, quin hāc epistolā. Præterea & Hieronymi de honestate clericorum, & Senecæ epistolæ, & eorum libri

FF 4 qui

Exemplū epi
stolæ moni
toriæ.

qui de reçle uiuendo scripserunt, facile nobis hoc in gene
re omnia suppeditabunt. Nos demonstrandi gratia exem
plū qualemq; subiçiemus. ¶ Quoniā ex Italia reuer
sus inter tuos uiuere decreuisti, eritq; tibi fē pro tua cru
ditione, & natalium splendore, & uitæ dignitate, in

omnium oculis summa cū expectatione uiuēdum, oras,
ut senex iuueni optimā quandam iuuendi formā cōmon
strem, quo posses & maleuolorum reprehensionem effi
gere, & optimi cuiusq; iudicio probari, deniq; & ani
mi tranquillitati, & corporis ualeitudini cōsulere. Incre
dibile diēlu est, quantum iam nunc ista animi tui matu
ritate deleēter, qui iuuenis adhuc ea, quæ senes pleriq;
negligimus, mediteris. Optima, inquit Cicero, est uitæ
eligenda ratio, quam iucundam reddet consuetudo. Qua
re quanquā singularis tua & eruditio, & præmatura
quædam animi magnitudo, monitore non egeat, Tamē
quantum ætate qua solate uincimus, quantum longo rez
rum usu, qui prudentes efficere solet, quantū multorum
annorum studio consequi potuimus, institutū quā opti
mum præscribemus. Quod & ueterum pleriq; tenuis
se uideo, me quoq; quantū potui, securū esse gaudeo, nec
te quidē securum fuisse pœnitabit. Principio quod sem
per fecisti, eum animum indue, qui nihil acerbum, nihil
purum existimet, quod sit honestum. Qui nullo uel metu
deterritus, uel spe captus, ab officio desflectatur. Quam
optimos tibi adiūgito. Malos ne laceſſito, Tua ne iaclēs,
Aliena ne carpas. Fac quim omnibus sis anteferēdus, ipſe
te pre-

Docet agē
da.

te p̄t̄feras nemini. Amicum ita ames, tāquam aliquādo
osurus. Inimicum ita oderis, tanquā olim amatus, Cū
bonis, officijs certa. Nemini aduerseris. Omnibus te affa-
bilē pr̄ebeas, Domi hilaris, foris cōpositus, Nemini tua
arcana cōmittas, memor quā fallax sit multorum amici-
tia, Beneficium adfer libenter, iniuitus suscipe. Morosita-
tē imprimis fuge. Officiorū diutissime meminisse opor-
tet, iniuriarū facile obliuisci. Gloriā si contēnes, ultro te
sequetur, si sequeris, fugiet sequentē. Nibil sit tibi tēpo-
re sumptuosius, Diē in operas partire, Ieiunus stude, aut
scribe, pr̄āsus hilariora quædā agito, cessa nunquā. His
rationibus si diligēter uteris, & animi tranquilitati cō-
sules, & charus quā plurimis, nemini odiosus esse poteris.
Corpus uero moderatis agitationibus exerce, ne uel
ignavia torpescat, neue immodicis laboribus frangatur,
Cibus sit temperatus, & tempestiuus, prāde liberalius,
cœna parcus, potus non quantū libidini, sed quantum
naturæ satis est, sume. Vale.

De Amatoria epistola.

AMATORIÆ epistolæ nō omnes eodē in genere uer-
santur, Aliæ enīm petunt, Aliæ expostulāt, Aliæ
queruntur, Aliæ blandiuntur, Aliæ purgant. Quare cō-
mode de his antea p̄cipi non poterat. Huius generis
duas species nōnullos fecisse uideo, Honestam, & Tur-
pem. Nos honestam, conciliatoriam appellamus, alteram
amatoriam. Conciliatoria est, qua nos in benevolentiam
antea ignoti insinuamus. Eam sic instituemus. Principio
causas,

DES. ERAS. ROTEROD.

causas, quibus ad eum conciliandū sumus accensi proba
biliter exponemus, Id quanquā citra assentationem fieri
nequit, tamen assentationis suspicionem accurate amoue
bimus: Deinde si quid in nobis erit, qđ illud ad nos mu-
tuo amandum prouocabit, id sine arrogantia significabi-
mus, hoc modo. Sauteranus Fausto S.D.P. Tua car-
mina quæ passim apud nos incredibili omnium admira-
tione leguntur, iampridem me accēderunt, ut in amico-
rum tuorum numerum adscribi uelementer arderem.
Ncq; enim diuinam modo ingenij quandam uim, uerū-
etia probitatem modestiamq; præ se ferunt. Incitauit me
currentē Erasmus, qui persæpe mccū, fī amātissime, fī
facundissime de tuis moribus collocutus, ultro etiā hor-
tatus est ut ad te scriberē, te cū esse, qui nō solum oblatas
amicitias diligēter colcres, uerū etiā spōte tua soleas alios
prouocare. In te quidē quū oīa sūma, ac diuina suspiciā,
de me nihil adfirmare possū, nisi hoc iū: Nēpe traditu-
rū me tibi hoīem tui obseruantissimū, parū quidē crudi-
tū, eruditōrū tamen candidissimū admiratorē & præ-
dicatore, simplicē, simulādi, ac disimulādi iuxta ignarū
ptinacissimū amicorū cultore, re quidē parū fortunatū,
sed animo beatissimū, liberū, apertū, facile, deniq; tui cu-
pidissimū. Hunc si tu uicissim amplecti potes, uel ob hoc
ipsum, qđ te tam perdite amat, fac eum in tuū gregem
recipias. Quod si feceris, rem palmariā me hodie arbitra-
bor adsecutū. Tu porrò, ut cæteris rebus oībus superes,
non cōmittam, ut amoris magnitudine tibi cōcedā. Vale

ae 1105

ac nos ama. **C**Quod si pueræ animum ad mutuū amo-
rem sollicitabimus, duobus potissimū arietibus utemur, De amato
Laude, & Misericordia: Laude enim cū omnes hoies,
tū pueræ in primis gaudēt, potissimū autē à forma, in
qua suumū bonū cōstituunt. Tū ab ætate, moribus, ge-
nere, cultu, & rebus cōsimilibus: Deinde qđ molli sit ani-
mo id genus, & facile ad misericordiam commouetur,
quā maxime supplices uideri studebimus. quæ illius sūt
uehemēter amplificabimus, nostra extenuabimus. Suma-
mū amorē, cū summa desperatione ostendemus. Nūc la-
metabimus, nūc blādiemur, nūc desperabimus, nūc rur-
sum nos ipsoſ callide laudabimus, pollicebimus, exēplis
uitemur illustriū, & honestarū mulicrū, qđ ingenuo amo-
ri indulserunt, Et suis qđē fortunis lōge inferiorē amorē
nīm conabimus ostendere, Deinde quā uerecūdissime ora-
bitus, ut ſic amantē redamare neutiquā indignetur, Sal-
te amari ſe citra incōmodū aequo aio ferat, qđ niſi impe-
tremus, decretū apd̄ nos quouifmodo crudelē abrūpere
uitā. Exēplū huius p̄ceptiōis ab Ouidio, ceterisq; poctis
petemus. **C**De demonstratiui generis epistolis.

Genus demonstratiuum raro quidem per ſe adhi-
betur frequenter autem in alijs generibus incidit.
Exēpli cauſa, Si quē cōmendare nitimur, in personæ de-
moſtranda laude uersari neceſſe eſt, præterea in crima-
tione, defenſione, inuectiua, & cōsimilibus generibus.
Quod ſi cui ſuademus ut in aliā urbē, aut uillam cōmi-
gret, demōstratione eius loci faciē ante oculos ponemus.

Quoties

DES.ERAS. ROTEROD.

Quoties autem per se adhibetur, totū est ad delelationē
accōmodatū. Quare ut in pictura, ita in demōstratione cō
ueniet adhibere sermonis uarietatem, uerborum appara
tum, exornationum festiuitatem, ammonitiones, mem
bra, comparia, contraria, uerba poetica. Si personam
describimus, ut Regis, Reginæ, Principis, alteriusue, ei
cui ea sit ignota, rhetorum super hac re, notissimas præ
ceptiones ignorare nō oportebit. In epistola satis erit uil
ius totiusq; corporis habitum, figuram, gestum, motūq;
tāquā pictura exprimere, deinde ad animi, fortunæq; cō
moda ueniemus. Quod satis luculēter à rhetoribus præce
ptum, neq; cognitu difficile, prudēs prætero. Si locū quē
piam describimus, perinde ac si hominem manu in cum
duceremus, Primum tanquā procul intuenti uniuersam
loci faciem cogitationi subiiciemus. Situm tanquam deo
pingentes, describemus: num in ædito, an declini. In pla
no, aut mōte, nemoroſo, an secus, quo flumine, mari aut
lacu, alluatur, aut cingatur, quātum passiū in longū,
in latum, in ambitū confineat. Hic consideratis cœli pla
gis, quē prospēctum, quas urbes, quos agros, quos mon
tes, quæ nemora in unamquaq; habeat partem, quo fo
le illustretur, quibus uentis trudatur, cui cœli portioni
subiaceat, cuiusmodi cœlum habeat, salubre an pestilens,
amœnum an secus. Deinde tanquā proprius accedentes
singula accuratius ostēdemus: Et ut quidq; aduenienti
bus sese consueuit offerre, ita primum exponemus. Si uil
lam, aut amplum ædificium demonstrabimus, à primo
ingressu

Descriptio
personæ.

Loci descri
tio.

Villæ aut
dificij des
criptio.

ingressu exordiemur, Cuiusmodi atrium, quantū, quo
lapide, quot habet cubicula, & in quam partem uergē-
tia, quem in unamquāq; partē habeat prospeclum. Dein-
de aream, uestibulum, penetralia, conclavia, triclinia, bre-
uiter totum ædificium lustrabimus, situm uniuscuiusq;
rei sine confusione exprimentes, ut is qui legit, eum locū
uidere se oculis putet. Si flumē, aut lacus erit, quām am-
plū, quām rapidū, quo colore, unde nascatur, unde au-
geatur, qua præterfluat, quo influat, diligenter expone-
mus, quos sinus faciat, quas insulas, quos agros, quæ ne-
mora irriget, quod piscium genus, quæ piscandi, ac na-
uigiorum forma. Si ager erit, quid ferat, quantū, quo ri-
tu colatur, cuiusmodi cultores, quot arborum genus, eu-
iusmodi uinum proferat. Si mons, à radicibus usq; ad ca-
cumen omnia diligenter perlustrabimus, Vocabulorum
idoneorum uim, ex eorum libris, qui de situ orbis latine
scripserunt, quiq; de architeclura facile comparabimus.
Et incidit hoc genus persæpe, quum peregrinantes ex iti-
nere de nouis rebus trāscribimus, si quem locū insigne,
principem, nobilem, si quod animal inusitatum uidimus,
id his rationibus summa cum legentis uoluptate descri-
bemus. Loci describendi exemplum erit, ut Tusculorum
ac Laurētis apud Plinium, & aliæ descriptiones crebræ
apud poetas, historicos &c. Si genus hominum descri-
bemus, à corporum descriptione exordiemur, deinde ad
uestimentum genus, ad animorum habitus uenientius, Postre-
mo uiuendi ritum omnem ante oculos ponemus. In hoc
demū

Fluminis
aut lacus
descri-
ptio.

Agrorū de
scriptio.
Montis de
scriptio.

Hominū
generis de
scriptio,

demum genere, siue laudemus, siue uituperemus, Exor-
nationem, quam Notationem appellat Cicero, scite adhi-
bebitus. Itaq; de hoc genere hæc præcepisse sat erit.

De Iudicialis generis Epistolis,

& primum de criminatoria.

Si quē accusare uolemus, & causæ statum, & cōfir-
mationes, cōfutationesq; argumētādi rationes, &
quibus rē uerisimilē, & dissimilē facimus, quibus exag-
geremus, quibus extenuemus, ea omnia ex rhetorū præ-
ceptis pcepta habere cōuenit. Neq; enim alio artificio epि-
stola scribitur, quā oratio. Tamē quoniā in epistola bre-
uitas esse debet, & singulos locos prosequi non licet, ea
quæ potissimum ad rem spectant, excerptemus, multa in
suspitione relinquemus. In Criminatoria igitur epistola
ab abrupto principio conueniet exordiri, quo statim &
nostrum dolorem, & rei atrocitatē indicemus. Id erit,
si uel à quæstione, aut dubitatione, aut alioqui figurata
oratione, initū capiemus, Deinde rem uerisimiliter nar-
tabimus, argumentationes, & amplificationes eidem
breuitatis causa admiscentes, Deinde epilogum, aut ali-
quid epilogi loco subiiciemus. Exemplum, Pudet me, ita

Exemplū. me dcus amet, princeps iuflissime, de mei hospitis, tui
ciuis insigni contumelia queri, Quid autem dixi contu-
meliam? Non occurrit uocabulum, quo rem atrocissi-
mam satis digne explicem, neq; ulla tragedia nepha-
rio sceleri par inueniri poterit. Quod ubi acceperis,
quæ tua est æquitas, innocentiaq;, & mee conditionis
miseresces,

misereceret, & ciuis tui uehementer pudebit, si tamen eiusmodi nebulones pro ciibus tuis sint habendi. Et te
 pestis illa, omnium quas uel uidimus, uel audiimus,
 sc̄enissima, quae pridie Id. Octob. sexaginta onerarias na
 ues, omnium merciū genere resertissimas, in sinu Adria
 tico oppressit, Varus Saxonius inter multa hominū mi
 lia, quae naufragio perire, solus, aut certe cum perpa
 cis emersit, homo omnium, quos terra sustinet, imp̄iūsi
 mus. Credo uel in meam perniciem à laribus iratis ser
 natum, uel certe quod maris elementum pestem tale, sub
 tartara potius præcipitandum, exhorruerit: Excepi homi
 nem nudum, egentem, squallidum, confectum, semine
 cem, Cur, inquies, tale portentum in domum tuam uoca
 bas? Irato genio, dijs iratis, mēte leua, Mouebat me ho
 minis miseranda conditio, & eo magis, quod ipse eius
 modi calamitatis rudit non essem, Perpulit multorum
 commēdatio, hortabatur patria, quam ego non secus ac
 meam semper sum amplexus, Vincebar simulātissimi ne
 bulonis probitatis specie quadam, oratione, lachrymis,
 ipsa canicie deniq;. Quid ego hic cōmemorem, quae mea
 in illum comitas, liberalitas, hospitalitas? In interiorem
 familiaritatē admisi demens. Omnes fortunas cōunes
 feci, familiam, & rem domesticam eius manibus concre
 didi. Ita duos ferme menses apud me est humanissime ha
 bitus. Hic ego Plautinū illud nimium uerū esse sum ex
 pertus, nō minus esse periculum malis benefacere, quam
 bonis male. Nam ille bonus uir repete ex hospite prædo,

ex sene

Narratio.

Verisimile
facit.

DES. ERAS. R. OTERO D.

ex sene factus est stuprator, Cum famula domestica clārem habuit, ac grauidam mihi reliquit. Indignū facimus clamabis, scio, sed mane, nondum tragœdie audisti argumentum. Quum iam foedissimā fugam constituisset, sacratissima ea nocte, quæ C H R I S T O est natalis (uide, ut scite sceleris artifex tempus elegerit) quum iam uxor cum reliqua familia ecclesiasticis uigilijs operam daret, me p̄ter morē, & illo insperante domi relicto, eo quod exilibus subito dolore correptus essem. Iā in tē pesta nocte in proximo filiæ cubiculo strepitū audio, nescio quē, deinde stridorem, tanquam ferro affringentis, Miror quid sit, puerum excitū, iubeo uisere, offendit hominē, mentitur se ab uxore missum, ut preculas, quas familia reliquerat, adserat, Paulo post clariori etiam strepitū exit. Post horā fere uxor anhela domum accurrit, percontor, ait filiam inter frequentem turbam ē suo comitatu dilapsam nusquam apparere. O boritur utriq; certa suspicio, mili quidē ē strepitū, uxori uero multo amplius, quod cū aliquoties antea furtim cū ea confabulantē comperisset, tum ea nocte, nescio quid consusurrātes animaduerterat, mili quoq; quot res conieciuram mouere poterant, nisi talpa cecior fuisset? Pallebat mili canus amator, macies uultum obduxerat, At ego illum aqua maris non igne senili pallere putabam. Cubiculū ingressi, scripnum effraetū offēdimus, arma relicta, Sublata, & quid uestium, & pecuniae, & anulorum, ut quidq; occurrat furto, fugaq; cōmodissimum. Quid facerem & spoliatus,

spoliatus, & hospes, & plusquam orbis pater? Et nox,
 & hyemns, & solitudo urbis, deniq; & ipsa diei reli-
 gio p̄doni fauebat. Hic animi mei curas facilius fuerit ti-
 bi existimare quam mibi narrare, Ciues aliquot ægre ue-
 stigo, cōtraho, p̄ercontor, audio, unacū puella cōspectū,
 uia quam obliquam uulgo nominat, suffarinatum, &
 admodum properatē. intelligo infœlix. Itum est ad por-
 tum, quo ea ducit uia, Nihil inuenio præter scalmū ulte-
 riori in ripa, in citeriori zonam, quæ tumultuanti filiæ
 exciderat. Sedeo exanimatus, Orta luce, quæ mibi tristis-
 sima longe omniūq; funestissima eluxit, ubi res in uul-
 gum emanauit, passim querellæ feruēt. Ab alijs mutuū
 acceperat, alijs imposuerat, alijs ex illius cōiectu aliquid
 desiderabat, nemini non aliquid adfuerat mali. Sed quid
 me consoletur cōmuniſ cum multis iniuria? Audio, sed
 hui sero audio, huiusmodi flagitia apud illum noua nō
 esse: His artibus ita à puero fuisse exercitatum, his rudē-
 mentis cœpisse, ut seipsum ne senex quidem unquam uin-
 cere potuerit: Nulla unquam honesta uenere deleclatum,
 nec à cognatis quidem solitum abstinere: Nihil unquam
 sacratum illi fuisse, alieni appetentissimum, suorum pro-
 fusore, simulandi, ac dissimulandi mirum artifice. Quid
 enim ego hic optime princeps, uel meam calamitatē, uel
 illius scelus uerbis exaggerem? Ré uides qua quid unquā
 auditum est atrocius? hospitium polluit, fidem perfide
 uiolauit, pro summis beneficijs summum maleficū red-
 dit, familiam perdidit, uernaculam per nephas eleclam

Epilogus.

GG con

constupravit, scripia compilauit, filiam puellam, & unum
cam rapuit, me nudum, orbum, senem reliquit, à quo fue-
rat nudus egésq; receptus. quid illi post hac sceleratum ui-
deri poterit, quem neq; hospitiū religio, neq; tanta in illū
mea benignitas, neq; legum metus, neq; numinis ullius
reuerentia, neq; ætatis pudor, aut canities, neq; tam sacræ
noctis pietas à tam nephario flagitio potuit debortari?
qd portentū si quādo in manus tuas incidet, nō orandus
es, ut meo noīe pœnas sumas, sed ut optimā patriā teter-
rima peste liberes, quā fūditus extingui et deorū intersit
& hominū. Vale. ¶ De defensoria epistola.

CRIMINATIONI DEFENSORIA RESPONDEMUS, QUAE CŪ PLURIMA
ETIAM HABEAT ARTIFICIJ, QUAM ACCUSATIO, TAMEN HIC
OMITTEMUS, TUM QUOD MULTIS UERBIS OPUS ERIT, TŪ QUOD
À RHETORIBUS HAC DE RE FIT DILIGENTISSIME PRÆCEPTUM.

¶ De expostulatoria epistola.

EXPOSTULATIO INTER AMICOS PERSÆPE FIERI SOLET, QUOC-
IES OFFICIORUM OPERA REQUIRIMUS. EA NE QUID AMI-
CITIAM EXASPERET, MITIGANDA EST UEL LAUDE, UEL IOCO, UEL DIS-
SIMULATIOE. IPSAM QUIDĒ REM DĀNABIMUS, SED UOLUNTATĒ
QUANTŪ LICEBIT EXCUSABIMUS. MIRARI NOS DICEMUS, QUID IN
CAUSA FUERIT, QUIDUIS SUSPICARI MALLE, QUAM ILLUM AB OF-
FICIO CESSIONE. EXEMPLUM. CENTENAS IAM AD TE LITERAS DE-
DI, TU NEE UNAS QUIDEM REDDIDI, QUID CONIECTĒ? QUID DI-
VINEM? NIUERE TE? AN SEPULTŪ ESSE? SED NIUERE ATQ; ETIAM
UALCRE NUPER MIHI GENER TUUS NŪCIANIT. QUONĀ UETUS ILLE
TUUS IN ME ANIMUS EUANUIT? ITA NE POTUIT OB NŌ DIUTURA-
NAM

nam absentiam Guilielmo Erasmus excidere. Potuit ne il-
la tam uehemens flâma langescere? Potuit extingui tâ-
tum amoris incendium? Et quo nostri tibi cura recessit?
Ego, mirum est dictu, quanto tui desiderio macerer,
tu fortassis nostri securus nouis amoribus te oblectas.
Ne mihi ueteres illas excusationes pertuleris, non fuit
ocium, non erat tabellarij copia: quænam ista tam im-
portuna negocia, ut ne semihoram amico operam dare
non sinant? At qui hoc saltem scribe, distineor occupa-
tione non licet scribere, Vale. An me plane uacuum
credis? Quot noctes iucundis suspirijs consumpsimus
Et nunc aliquid somni fraudari, dum unum aut al-
terum uersiculum scribas, piget? An uero tot iam men-
sibus nemo unquam oblatus est, cui literas commiteres,
præsertim familiares? Nemo cui aliquid mandares, per
quem ne saluere quidem iuberet? O mnes istuc abeunt, istinc
nemo emerget? Sed audio te nuper noua dignitate auclu
fortassis superbior nobis es factus, postquam esse cœpisti
pecuniosior. Quod si cōmodo tuo sit, modestius silētiū fe-
rā tuum, si uel obliuionenostri, uel aliquo incōmodo de-
tentus, taces, grauiter ut par est patiar. At ego qduis sus-
picari malo, quā te officio tuo funclū nō esse. Vtcung; ta-
mē res est, fac me hoc scrupulo quam plurimū leues, Et
me, si te, temere reprehendi, audacter recrimineris. Vale.

¶ De expurgatione.

Expostulationē purgatione diluimus, ita ut nos ea
expostulatiō nō modo nihil offēsos, ueruetiā ne-

GG 2 hemepis

DES. ERĀS. R O T E R O D.

hemēter delectatos ostēdamus. Deinde suspitionē obiectā
grauiter abominabimur, Postremo ratiōes quā maxime
probabiles, quibus ea purgēmus, proferendae sunt. Exē-
plū. Non tam molestum fuit me abs te immerente accu-
sari, quām iucundum officium requiri. Est enim immo-
dici amoris argumentū temere de amico suspicari. Quā
quā tu meum tam diuturnum silentium non sine causa
miraris, Hic enim mensis est prope decimus, ex quo nihil
ad te literarum dedi. Sed dij prohibeant, quæ tu scribis,
ut Erasmi Guilielmus obliuisci unquā possit, unquam
ne Guilielmus posset Erasmi non meminisse? Ego ne no-
uis me obiectem amoribus? ego ne successibus elatus te
minoris faciam? quasi uero ulla mīhi fortuna sine te dul-
cis aut fuerit unquā, aut esse possit. Caue uero credas ul-
la negocia tanti apud me esse, quæ nō facile post habeā, si
aliquando ad te scribendum erit. Cur igitur, inquies, ni-
bil adfertur scriptorum? audies, scripseram, bis, primū
per Stilbonem affinem tuū Idibus Maijs: deinde per so-
cerum meum Petronium Calendis Iulij. Piores quidē
tibi non esse redditas scio, Ait enim reuersus Stilbon, sibi
cas in itinere excidisse, ideoq; ueritū te conuenire. Socer
quum isthuc iter instituisse, consiliū in profec̄tione mu-
tauit. Post hos nemo mihi contigit, cui recte commit-
terem, Nec tuas quidem omnes accepi: Cæterum hoc
tibi etiam atq; etiām persuadeas uelim, neminem uiue-
re, aut tui amantiorē, aut eque memorem Vale.

¶ De exprobratione.

Vt cū

VT cum amicis expostulamus, ita inimicis exprobramus. Quare illā mitigari debere docuimus, hanc exaggratiam, monemus. Et quoniā omnis exprobatio ab humanitate uidetur procedere, coactos nos id facere dicemus, uel ob nulli tolerandam illius ingratitudinem, uel ob insignē stoliditatem hominis, uel quod nos maledictis quotidianis ad id compulerit, uel quod cum impudentissimis nebulonibus impudentius sit agendum; & stulto iuxta stultiam respondendum, & id ab optimis uiris saepe facilitatum admonebimus. Et reliqua que ad hanc sententiam faciunt, proferemus. Aut certe per dissimulationem ad exprobationem ueniemus. Conscientiam ipsius subinde testabimur. Re ipsam artificiosa narracione ante oculos ponemus, In qua perpetuo, & nostrā illum beneficentiam, & illius in nos ingratitudinem amplificabimus. Exemplum Non tandem pudebit te tui, se-
nex omnium qui uiuit, ingratissime! Cupiebam, ita me deus amet, & meorum in te meritorum obliuisci, & tuā ingratitudinem silentio dissimulare, si quoquo modo patareris. Sed uincit meam modestiam tua improbitas. Audes hominis monstrum tantam meam in te beneficentiam expertus, ultro etiā te iactare impudens, tanquam aliquid de nobis sis meritus? Audes me ultro ingratum uocare, quem tu pro summis officijs, quantū potuisti maleficiorum re penderis? Hic ego tuam ipsius conscientiam compello, tuam inquā illam conscientiam, quā tu tot sceleribus polluta intra te gestare cogeris, cādē ingratitudinis tuae &

Exemplū.

GG 3 testem

DES. ERAS. ROTEROD.

testem & carnificē. Dic mihi scelestissime senex, nūnqā
ne tibi succurrīt, quām suplex apud me ambieris, ut uel
aliqua ex parte apud me hæreres? ut aliquid tibi mearū
literarum impartirem? Peream ni in eipsum tui pudeat
quoties oris tui speciem illam arte sceleratissima compo-
sitam, cogitationis oculis intuear, te hominem canum,
rugosum, tantum blandiciarum, lachrymas etiam effu-
disse, me quidē referre pudet. At Quorsum attinet nar-
rare memori? Narret tibi conscientia quæ feceris, quæ di-
xeris, quæ promiseris, quæ iuraueris. Vltro benignus ob-
tulit, quod homo alioqui impudētissimus nec petere qui,
dem audebas. Scis ipse quam fraterno sum te animo com-
plexus, quantum laborum, uigiliarū, tua causa suscep-
rim. Ego meis posthabitīs rebus, astūm ad Lyram duxi.
In eo docendo (si dīs placet) tantū mēsiū triui demens.
Dic mihi omnium Scotorum Scotissime, quis istos mo-
res, uel unum diem pati posset? Quis istud os, uel quan-
tauis mercede uidere suslinuisse? Iam nunc animo meo
ingens oboritur nausea, & tibi oborietur, si faciem illā
monstruosissimam meis oculis uidere posses. Sedebas pu-
to pulchellus bos ad palæstram exercendus, & me præ-
ceptorem oculis illis refugis, & ferinis per hirta cauāq;
supercilia intuebare, defluente interim in canescētem bar-
bam salina. Adde intrāctabile spinosumq; ingenium, ca-
put plusquam marmorū, sensum stupidum. Ego ista,
quæ ne ipse quidem interdum ferre poteras, scis quām pa-
tienter tulerim. Quid à me præteritum est, quo tarditatē
tuam

tuam uincerem? Audes inficiari homo frōtis perfrictæ?
 Testabuntur laborum meorum apud te monumenta, nō
 rubore perfunderis, quoties librum à me multis sudori-
 bus euigilatum intueris? Non exhorrescis? non teipsum
 refugis, si quando ad te redis, id est, si quando ab ista
 phrenesi paululum resipiscis? Tu hominem sic de te me-
 ritum non amare, non uenerari potes? Tu putida ista lin-
 gua inseclaris, cuius tu linguam tam officiose es exper-
 tus? Quid ego hic te tibi ostendā? Scis quod uirus, quā
 fœditatem ex ista contaminatissimi pectoris tui cloaca
 euomueris, Et audes istis cum factis solem intueri? Au-
 des in hominum uenire coetus? Audes in templis ad aras
 sacras istas manus, istos oculos ostendere? Audes ista ui-
 perea lingua quam in hominem beneficētissimum toties
 uibrasti superos precari? Num tu superos, aut inferos ul-
 los esse credis? Sed ego exprobrandi finem faciam, quum
 tu lacesendi finem facias nullum. Male pereas. Huius
 etiam generis exemplū erit illa Ciceronis ad Octaviū,
 cuius initium est, Si per tuas legiones, &c. Et illa Hiero-
 ronymi ad Iulianum. Apud Ouidium item Medeæ epis-
 tula ad Iasonem.

De epistola Inuectiua.

INUECTIARUM scribendarum artificiū partim ex De-
 monstratiō genere sumitur, partim Iudicali, Nā
 in hominis uituperio uersari necesse est. In quo notatio-
 nibus frequentibus utemur. Præterea & obiecta di-
 luemus, & fortiter rei amplificabimus crimina, quod

GG 4 ad

DES. ERAS. ROTEROD.

ad Iudiciale genus pertinet, Ea à rhetoribus didicisse des-
bemus. Nos solum hic admonendū putauimus, ut in In-
uectiuae exordio statim intolerandam stoliditatem, super-
biā, importunitatem, maledicentiam aduersarij demō
stremus. Nos à nostra modestia paulisper abducōs, inui-
tos admodū id facere dicemus. Id uereri ne si tacuerimus
silentium nostrū nō modestiæ sed culpæ conscientiæ im-
putetur. Nos illum non imitaturos, ut confiēlis criminis-
bus agamus, sed à conuictis tēperantes, obiecta tantum
diluemus. Deinde ex hominis descriptione uerisimile effi-
ciemus, eum uel odio, uel innata maledicendi libidine, ea
comentum esse, Vnum ex obiectis, quod quām rectissime
dilui possit, proponemus. Id ubi diligenter refellerimus
cum recriminatione dicemus, hominis impudentiam, ua-
nitatē ex eo uno spectari oportere. Tum ea ipsa, quæ no-
bis conatus est ingerere, in ipsū retorquebimus, & aut
eadē, aut grauiora admisſe ostendemus. Multa in suspi-
tiōe relinquemus, uel quod tā sint obſcena, ut nec aduer-
sario lacesſenti debeat obijci, uel quod ob multitudinem
flagitiorū è plurimis pauca dūtaxat dicere uoluerimus,
ex uno aut duobus facinoribus reliquam eius uitam fa-
cile posse æstimari. Deinde ubi incanduerimus orationis
processu, omnium scōmatum, salū, dictorum genere in-
ſectabimur, Et non odiosum modo, sed & ridiculū ostē-
demus. Multā ironiam adhibebimus. In fine tanquā ipſi
nos met reprimamus, hortabimur, ut aliquando resipiscat,
ne cogamur fū nos, aliquādo modestiam relinquere.

Exeme

Exemplū qui quærit, legat mutuas illas Inueclinas Demosthenis, & Eschinis. Ciceronis & Salustij. Hieronymi & Ruffini. Poggij & Vallæ. Nos quoniam hoc in genere minime sumus exercitati, ueremur ne huius scripti artificio parum possimus satissimacere.

De Deprecatoria epistola.

Nunc ad Deprecationem trâseamus. Deprecamur, quum culpam manifestam fatemur, & tamen ignosci uel nobis, uel alijs oramus: Hic supplices erimus. Culpam ingenue fatebimur. Extenuabimus postea uel ab imprudentia, uel ætate, uel culpæ partem in alios transferemus. Eius clementiam laudabimus, & implorabimus. Spem melioris uitæ ostendemus. Exemplū. La chrymas mihi excussit filius adolescens, non tam desperatus, quam instituendus. Venit ad me inacie & squalore confectus. Rogo quid haberet, Statim lachrymæ obortæ, singultatim uix narrat perijisse se, quod patrē amiserit sua stultitia. Rogo quid flagity, Fatetur se sortem, quam ad negotiū acceperat, in amicā insumpsiisse. Te offēsum, animum paternū abiēcisse, Aduolutus est genibus meis, fleuit, promisit emendam. Quid multa? Fecit mihi pœnitentiæ fidem, Confido hoc malo edocētum, posthac diligētiorem futurū. Quare quum ille ad se rediit, te quoq; in patrē redire conuenit. Satis iam flagity pœnas luit. Ita grauiter fert iram tuam, ut prorsus hanc lucem cupiat effugere, nisi in gratiam recipiatur. Ego quoq; illum obligauī acerrime, Quid multa? Ipse si uidisses, nec iratus quidem

quidem lachrymas tenere potuisses. Quod reliquum est,
 est clēmēter corrigi potest, Immodica scueritate ne fran-
 gatur animus imbecillis, cauendum est: Ignosce uel æta-
 ti, puer est, rerum imperitus, ab improbis conuictoribus
 impulsus est, lapsus est nunc quidem primum, culpā fa-
 tetur, orat, pollicetur, dedit sese. Quid quæris amplius pa-
 ter à filio? cogita & illū puerum esse, & te fuisse, atq;
 ita, quod pater es, ut memineris te hominē esse, &
 hominis patrem. Nunquā tu ista ætate lapsus es? Nun-
 quam fecisti, quod à patre tuo corripi posset? Adolescen-
 tem igitur tibi in manus restituo, totam causam ad me
 recipio, pro illo fide iussorem me constituo, quod si noxā
 addiderit utcunq; abdicare licebit. Vale. ¶ Alterum
 exemplum ex Cicerone. Si quid in te peccavi, ac potius
 quoniam peccavi, ignosce. In me enim ipsum peccavi
 uehementius. Nunquam putavi fore, ut supplex ad te ue-
 nirem, sed me hercule facile patior, Datum tēpus in quo
 amore experirer tuum. Amabo te, Da mihi & hoc obli-
 uiscere mea causa illum aliquando suo familiari, aduer-
 sario tuo uoluisse consultū, Hoc ignoscere est humanita-
 tis tuae. Volo te quum fortissimus sis uir cognitus, etiam
 clēmētissimum existimari: Magno erit tibi ornamento
 nobilissimum adolescentem tuo beneficio esse saluum,
 Orat, confitetur, propria purgat, pœnitet, Quid quæris?
 Quia quod factum est, infecatum fieri non potest. Non
 tam tibi hoc factum displicet, quam ipsi qui fecit, de re-
 liquo futurum illum emendatum, ego in me recipio,
 meo

Alterū exē-
plum.

meo periculo pro illo fide iubeo. Si rursum peccauerit,
me ipsum ad supplicium deposce. Ut iure peccanti succen-
sebas, ita poenitenti æquum est ignoroscere, præsertim pue-
ro, & aliena malicia ad delictum impulso. Non quid
huius malitia, sed quid tua clæmētia postulet, tibi consy-
derandum puto. Eia ne nimium durus sis pater nihil ne
tu peccas uel senex? Et puero nihil uis condonare? Vin-
tu tuos, senes continuo nasci? Adeo nc excidit, qualis tu
in ista ætate fueris.

De extraordinarijs generibus epistola-

rum, & primum de Nunciatione.

Quæ sub aliquo triū generum, Suasorio, demō-
stratio, judiciali cotineri uidebātur, satis absol-
uimus. Nunc ad reliquas epistolarum species ueniemus,
Quæ quanquam rhetorum artificiū non ita multū de-
syderent, tamen frequentius fere incident, quam illæ su-
periores. Nunciatio igitur simplex & dilucida esse des-
bet, breuis præterea, & distingua. Interdum gratulatio-
nem, aut consolationem habet admixtam. Narratiōe cō-
stat, de qua paulo inferius præcipiemus. Exemplum. Exemplū.
Quoniam iam annū fere à nobis habes, quicquid hic inte-
rim nouorum est ortū puto & me tibi debere scribere,
& te scire uehementer cupere. Audies igitur ex me noua
quidem permulta, haud omnia lēta tamen. Nō ignoras
rerum mortalium conditionē: Nihil tam beatū in huma-
nis negocijs, quod non aliqua incommoditate tempere-
tur. Patrius tuus incredibile est, quantum te amet.
quantū

DES.ERAS. ROTEROD.

quantum tua gloria delegetur. Vetus inquies, est istud,
Audi igitur quod nouum dices. antiquus ille compotor
tuus, ille inquam, quem nosti Ebridius, tantus amator,
tam elegas, tam nitidus homo, tam mulierosus, quid fe
cit inquies, an uxore duxit? immo repente mutatus om
nibus nugis uale fecit, cordigerorum institutum profes
sus est. locari me dices scio, sed ita rem esse copieres. quid
hoc? An tibi uetus uidetur: Accipe quod magis mirere,
Varus ille tuus carnifex Varus esse desijt. Iā te amat qđ
nunquam ante hac, te laudat, tuos colit, tuum aduetum
exoptat. benedicere dicit homo maledicentissimus, Verū
dicere incipit homo uanissimus, Eadem seruat, nebulō p
fidissimus. Eamus nūc, & poeticas transformationes ri
deamus, quum tantam rerum mutationem breui factā
uideamus. Auunculus tuus episcopatum Idi, Ianuarijs
obtinuit, non sine maxima quidem contentionē, Nostri cō
petitoris & improbitatem & factiones. Obtinuit ta
men. Id te quām primum scire uolui, ut illi per literas di
ligenter gratuleris. Hæreditas ea, quæ tibi ē manibus pe
nè erat extorta, mea tibi est opera restituta, ne mihi pro
hoc officio gratias egeris. Facio enim tuis in rebus, quod
tu in meis solebas. Voluptatem tibi ingentem nunciabo.
Postridie No. Mar. Soror tua peperit marito filium, pa
tri tibiq; nepotulum. Iam quid muneris abstēsi rē
tibi aperiam multo festiuorem? Dij te omnes diligunt:
absenti tibi, nec expectanti quidem beneficium accessit &
amp; imprimis honestum, Ad V. Idus Feb. Cor
nelius

nelius uir integerrimus è uiuis migravit, Hic ægrotas,
 quum petitores non placerent, te successorem nominauit.
 Mensem superuixit. Tu uigila ne præda tam bona eri-
 piatur. Habes de rebus priuatis, de publicis credo istuc
 rumorem nostras literas preuertisse. Calendis Iuly. res-
 gis uictio incredibili cum apparatu est celebrata. Ad
 quintum No. Se. nuptiæ regia popa peracclæ, Legati mul-
 torum regum nomine auditæ. Nemo non magnifice do-
 natus discessit. Britanni nescio quid tumultus ostederat.
 sed res æquis conditionibus composita est. Audisti de sta-
 tu publico. quod reliquum est non indicarem, nisi te scire
 tua magnopere interesset. Peccatis menses iam aliquot apud
 nos sicut, Ea cum permultos ex amicis, tū matrē tuam
 foeminā omniū quas in uita uiderim optimā, absūpsit.
 Frater eodem morbo correptus, recreatus est, sic uisum
 est superis, æquo animo feras oportet. Quid hac in re te
 facere conueniat, tu tecum statues, Habes ferè quæ te sci-
 re uolebam, si quid inferea noui emerserit, faciā te quām
 primum certiorem. Vale

¶ De Commissiva epistola.

Epistola Commissiva nihil habet artificij, præter
 sermonis elegantiam, & breuitatem. Exemplum
 N. Liberto suo S.D.P. Ut præsens multum, diuq; te ad-
 manui, caue quicquā meo iniussu tentaueris, Si quid exi-
 stet noui, me per literas consules, Agrum, de quo scribis
 emendi tibi ius permitto, modo non pluris trecentis schu-
 tatis ueneat, Petronium impudentissimū debitore, semel
 atq;

atq; iterum monitum, in ius uocabis. Si inficiabitur, chir-
rographum tibi mitto, dies iam pridem p̄terijt, Ab-
Asino creditam pecuniam meo nomine repetes, eamq; si
reddet, recipies. De permuto beneficio fac Stibonitem
uirum, ut scis, & consultissimum, & nostri amantissi-
mum in consilium adhibeas. Is quod c̄sabit factō opus,
id perinde ac si ego autor essem, exequitor. Antequā dor-
num edificandā c̄mētarijs locaueris, prius cum Phy-
dim communicato, Deinde eius hac de re sententiā ad me
scribito. Hos libros una cum epistolis Guilielmi mei ma-
nibus reddendas curabis & diligenter, & quam pri-
mum, Strobonio uerbis meis gratias ages quam maxi-
mas, Gencro meo nomine gratulaberis. Lucium contu-
bernalem meum plurimū saluere iubebis, Sed heus tu,
pene preterieram, quod minime p̄teritū oportuit. Ne-
potem meum fac quam primum ab isto p̄ceptore tam
incepto abducito, ac eruditiori committito, Cauē te pecu-
niæ ratio offendat, si modo idoneum doctorem nancisci
poteris. Si qua unquam in re sedulo tuo functus es offi-
cio, in lite Verulanina fac omnem fidem, industria, di-
ligentiam, ingenium ostendas. De villa instauranda
quiesce, donec meam sententiam acceperis, Vester meas
omnes una cum anulis ad X I. Calendas Iulij trāsmitti
to, Non pluribus te monebo, Tu fac ut & soles, &
equum est, tuo officio fungere, Erit apud me diligen-
tia tue p̄mium. Vale.

¶ De narratoria epistola.

Narratio

Narratio si rite tractetur, & plurimū adfert uoluptatis, & ad persuadendum plurimum adfert momenti. Ea cuiusmodi esse debeat, à Cicerone monstratum est: Quae siue ficta, siue uera erit, hæc tria habere debet Claritatem, Breuitatem, Verisimilitudinem. Obscuritatem in narrando effugiemus, si ut quicque primum gestum erit, ita primum, exponemus, & rerum ac temporum ordinem obscrubamus. Hic caudum, ne quid perturbate, ne quid contorte, ne quid ambigue, ne quid noue dicamus, neue ad aliam rem transeamus, ne ab ultimo repetamus, Breuitatem obscrubamus, si unde oportebit, rem exponere incipiemos, si non è longius quo repetamus, si nō singillatim, si summatim dicemus, si cauebimus, ne idem bis dicamus, neue quod intelligi poterat, superuacua oratione narremus. Verisimilis erit narratio, si ut natura, ut opinio postulat, dicemus. Si spatio temporum, personarum dignitates, consiliorum rationes, locorum opportunitates constabunt. Si cuiusque etati, profesiōni, ingenio, moribus decorum & indicendo, & in agendo tribuemus. Si uultum, gestū quoque uniuscuiusque ante oculos ponemus. Exemplum. Quærēs qui tandem hæc aulica uita procedat? Dicam, sed caue rideas. Ego ille serus, fī scucus cum Demea illo Terentiano, nouis assētator, p̄ceptorem ad eā rem naclus sum ipso Gnatone non paulo peritiorem. Sed nunc demum mihi iuxta Græcum prouerbiū, Asellus ad Lyram Lupique illius, qui in apologis, mibi simillimus uideor.

Is enim

Exemplū.

Is enim quum triduana inedia maceratus, famelicus cir-
 cumiret, uulpem forte obuiam habuit, quam ubi pin-
 guiculam, ac nitidam uideret, mirari coepit, unde in tam
 densa niue uictum sibi pararet. At illa simiae latebras quas
 dam cōmonstrat, ubi se opipara cōena comiter exceptam
 aiebat. At etiam assē carnis reliquias profert, quas ubi
 lupus subito deuorasset, irritatur iam fame, uulpeculam
 obnixe roget, uiam sibi aliquā aperiat, qua seipse quoq;
 posset in simiae familiaritatem insinuare. Illa nulla noua
 arte ad eam rem opus esse respondit, tantum mentiri ne
 puderet. Ille facilimū existimās falsum dicere, ad antrū
 confessim pergit. Ingredienti, quum grauissimus nidor
 nares offenderet, clare expuēs, malū inquit, quid hic tam
 grauiter obolet? Introspectit, fœdissimam bestiā defor-
 mes catulos cōplexantem uidit. Hic ille uulpinorum mo-
 nitorū oblitus, exclamās, Papē, inquit, turpiores ego be-
 stias haud uidi unquam. Continuo prosilientes simiae, in
 lupum impetū faciunt. Alia in oculos inuolat, alia nati-
 bus infidit, Ille miser uix effugit. Rediens uulpe offendit,
 expositulat, narrat, ut dixerit, ut eiecitus sit. Tum uulpes,
 Non miror, inquit, qui statim in limine uerū dicere coe-
 peris, At ego te metiri iusserā. An tu credis mihi nāsum
 aut oculos non esse? Ego quum primum ingredener, me
 tiebar perinde me nouo quodā odore recreari, ac si in un-
 guentaria taberna consedisse. Tum illā reginā reginarū
 omniū pulcherrimā, formosae sobolis formosiorem ma-
 trē prædicare nō desisti. Præterea inter coenandū caui ne
 quid

quid unquam ueri dicerem imprudēs, Hoc si tu calleres,
non fame perires. Me prorsus h̄ec descripsit fabula. Inter
aulicos enim nihil uero odiosius, mibi nihil quā mentiri
difficilius. Quare reducem me propediem expēcta. Vale.

De regia morte uarios istic, ac plane diuersos rumo-
res ferri uulgo scribis, de uulgo quidem nihil est quod
mireris, morem antiquum obtinet. Quae à uero sunt alie-
nissima, ea credit lubentissime. Quare ne quid dubites, ré-
à me, quemadmodū ab autoribus certissimis didici, acci-
pc, Nam quod repentina mors acciderit, ea res ueneni sus-
pitionem plerisq; attulit. Quod autem ea quadragesima,
quæ illi fatalis, & nouissima fuit, præter more, & ua-
letudinem abstemius uixerit, inde necis subitæ quidā can-
sam duxerunt, Sunt & qui immodica Venere defecisse
credant, Erat omnino id in eo uicij dum uiueret, Ad qd
tum ætas, tum regalis luxus, tū æqualiū assentatio co-
hortabatur. Verū ubi Neapoli rediisset, siue muta tamē-
te, siue tam præsentibus territus, diuersum uitæ genus
ingredi cœpit. Accessit eodem cordigerorū quorundam
exhortatio, qui regis animum eo perpulerunt, ut uiuer-
sis huius uitæ illecebris/ se penitus abdicaret, nihil sibi po-
mitteret, nihil indulgeret, Monachum, non regem dixi-
ses. Quod institutum quum paulo ante cœpisset, tum in-
proxima quadragesima ita sese inclementer macerauit,
ut pristinæ licetiae poenas à se ipse exigere uideretur. Erat
autem corpore admodum imbecillo, superne corpulen-
tior, ac cruribus mirum in modum exilibus. Itaq; cum

Exemplū
narratiois
uerisimilis

HH Idibus

Idibus Aprilibus ex more pransus, una cum regina in ambularet, sinistra uxoris dextram cōplexus, altera manu bacillum, ut solet, per oculū iactitabat. Per id tempus turris quædā ædificabatur, opus sane & munitissimū, & preciosum. Id ubi intentius lustraret, ac suspiceret, repente in ter gum collapsus est. Exanimata regina pene cōcidit. Trepidatur toto palatio, accurunt principes, Regē moribundum in cubiculum referunt. Ibi uix pauca locutus, animam efflavit. Habet rem, ita ut gesta est. Cæterū de mortis autore, aliorū sit conieclura. Ego Italos huius sceleris artifices esse puto. Nec regem quidem ipsum medicorum iudicio certam mortem latuisse reor. Valk.

¶ De Collaudatoria epistola.

Exemplū.

Epistola co
laudatoria
patris ad
filium.

Epistola co
miniad ser
num.

Collaudatio est, qua filium, filiam ue, militem, seruum, officio suo functum laudamus. Exemplum Nihil ex omni rerum genere potuit mibi nunciari sœlicius, quam te ijs moribus agere, qui & teipso, & tuo genere sunt digni. Nunc ego demum te filium agnosco meum, quum te audio toto animo literis incumbere, fugitare consuetudinem cessatorum, parcere rei paternæ, si modo non falso est mibi nunciatum. Tu perge in officio mi fili, hocq; persuasum tibi habe, si te qualem uolo, præstiteris filium, me benigniore etiam quam uoles, habebis patrem, Vale. Alterum exemplum. Facis ut meritate & amem & collaudem, qui non ut uulgus seruorum solet, absentis domini negotia impediās, sed omni cura, uigilantia, opera coneris expedire. Eum ego demū frugi

frugi ministrum, & bene spectatum iudico, qui absente domino quādo impune cessare possit, in officio se continet. Audiui qua fide, qua industria mādata peregeris, tu fac cætera eodem animo persequaris, ut qui nunc merito te amo, perpetuo possim amare. Officio bene coepio strenue perfungere, domini negocia, tua ipsius ut sunt, esse credito. Tu si frugi ministri officio functus eris, ego domini liberalis partes haud præteriero. Vale, ac uigila.

C De gratiarum actione.

Q Vod in negocio meo rogari te passus nō es, sed ultro studium tuum, operam, diligentiam & obtulisti, & præstisti, ueterem tuam in me, meosq; hu- manitatem libens agnosco, Et facis tu quidem non meis meritis, quæ hacenus in te nulla extiterunt, sed tua uirtute dignum, qui nullis à me prouocatus officijs, tam prompto in me sis animo, ut beneficium accepisse uidea- ris, quū prestiteris, Quare cū tuo officio, plurimū meis rebus adiumenti attulisti, tum isto animo ita delector, ut dictu sit incredibile. Neq; enim referre dicunt, quantum beneficium, sed quanto animo præstiteris. Ex eius modo potius quām rei officium est metiendum: meum erit, qd referre nequeo, perpetuo meminisse, nam quid ego tibi multis uerbis gratias agā? An hoc passurus es, qui nec moneri te quidem passus es? Utinam cam mihi facultatem aliquando concedant superi, ut possim hunc animū tuī ardentissimū re potius quā uerbis declarare, Interim si qd erit, quo mea opera utendū putabis, caue ro gaueris.

H H 2 sed

Exemplū:
gratiarū
actionis.

Aliud exē-
 plum. sed ut tuo mancipio præcipito. Inuenies ad quiduis eſt
 promptum & alacrem. Vale. Aliud exemplum. Acce-
 pi munus tuū, re quidem magnificū, sed te autore lōge
 mihi tū p̄ciosissimū tū iucūdissimū. Recle enim à Nasone
 tuo scriptū eſt. Sic acceptissima semp Munera sūt, autor
 quae preciosa facit. Quo quidem quid me tibi deuin. ēlum
 esse fatear, quum sim iam olim deuinclissimus. totus in
 āere tuo sum, arctioribus uiculis me tibi adstringere nō
 potes. Quod referam uel isto munere, uel potius tuo isto
 in me animo, qui mihi munere ipso longe eſt suauior, di-
 gnum nihil habeo, nisi meipsum, quē si cuius esse precij
 putas, peculio tuo adscribito. crede mihi nihil babes in
 omni genere possessionum tuarum, quo tu tam proprie-
 possis & uti & abuti quam Edoardo tuo. Vale Aliud
 exemplum. Multa sunt tua erga me officia, at nullū om-
 niū mihi fuit aut opportunius aut iucundius, quā quod
 fratrem meum in causa difficillima, tuo patrocinio iuue-
 ris. Qui ut eſt mili propemodū meipso charior, ita quic-
 quid in illum contulisti. id mihi gratius etiam uideri de-
 debet, quām si in meipsum eſset collatum. Sed ne diligen-
 tius tibi gratias agam, nostra familiaritas flagitare ui-
 detur. Neq; enim tu noui quidquam fecisti, neq; ego uero-
 bis, quam re beneficium rependere malim. Vale.

¶ De Lamentatoria epistola.

Exéplū la
 métationis **N**on possum tibi, quales uterq; uolumus, episto-
 las mittere, cum mihi nihil rerum omniū ex sen-
 tentia procedat. Sed quid mi Edoarde, me meis querelis
 exanie

exanimo? Sed iuuat apd familiarissimū auctulū graues
animi mei curas deponere. Credo omnes & superos ē
inferos in meam perniciem coniurasse, ita ubi aliud ma-
lum uix effugi, succedit aliud multo acerbius. In morbū
iam iterum atq; iterū incidi, Multo uix sumptu recrea-
tus, en se nescit ille Scotus, pestis omnium quas unquā irati
dij mortalibus immisere, lōge tētrima, se mibi erudiē-
dum dedit. Quid ibi miseriārum non uidi? quantum lu-
cīus, quantū lachrymarum summis meis laboribus mi-
hi consciui? Id monstrum iam biennium me exercet. Eu-
gio, quando uinci non potest. Iam deorum aliquem mi-
bi propitium faēlum arbitrabar, quod Henricum homi-
nem cādidissimum essem naclus, cuius humanitas illius
seritatē leniebat. Inuidit milbi rursum nescio quod nu-
men iucundissimi iuuenis conuictum, distractabitur iuu-
tus ab iniuto. Inde solus & destitutus, dum omnia ten-
to, nihil nō experior, decum immortalem in quos fluētūse
in quæ monstra incidi? His tantis, tam perpetuis malis,
uel Hercules ipse, aut si quid Hercule fortius, uinci pote-
rat. O bdurui tamen, sic mecum cogitans, Aduersam for-
tunā et si infesta esset, aliquādo malis meis satiatā & equio-
rem futuram. Nemini perpetuo acerbā, aut fuisse unquā,
aut esse posse. Et ecce de integro morbo capitali corripior
miser, quiqd erat diuturnus & corpus & loculos peni-
tus exhausit, nec erat cui meus doleret dolor, quos iuuat-
ret, permulti. Scotū autē illum præter cæteros delebat
malum meū, cui molestissimum ut esset, eram meritus.

HH 3 Nec

Nec tū quidem animū deieci, nō quod sperarem quicquā sed ne tētrīmo illi seni uoluptatē augerem. Seruatus sum, sed superis, opinor, iratis, si miserijs ferēdis seruatū esse uoluerūt. Quid enim postea uel maximis, uel minimis in rebus à me tentatum est? Quid tā dextero consilio institutū, qđ non infelicissime cuenerit? O me omnium qui sunt, quiq; fuerunt, infortunatissimū: Ego ne unus ex uniuerso hominum numero extiti, cui omnia ad uersarentur? cui nihil unquā obtigerit optatū? Hic tu me, scio, literis, & ingenio consolari incipies. Tolle mihi inanes istas cōsolationes, quæ ægritudinē mēa exasperant etiā, tantū abest, ut leniant. O di iā ego meum hoc ingeniū. O di literas, quibus si carerē, minus misser essem minus, sentirē, minus angerer, Sed querellarū plus satis, Tu cura ut recte ualeas, quando nos dij noluerūt.

De gratulatoria epistola.

Exemplū. **I**n gratulatione animi nostri summā uoluptatē declarabimus. Rem de qua gratulamur, extollemus. Eū unū eiusmodi honore dignū per assentationē dicemus. Deinde illi, ut bne uertat, præcabimur. Ex̄plum. Incredibile animo cœpi lētitiā, quum te summo principū, populi cōsensu Episcopū creatum esse intelligo, Gaudio aliquando eū honorē tibi ultro delatū esse, quo tu te semper dignissimū exhibusti. Nec tibi tātū gratulor, qui honore isto (quanquā tuis moribus, tuæ cruditioni debito) nō multū delectaris, sed multo magis patriæ gratulor, quæ talem sit antiflitem habitura, qualē antehac habuit nunquā

nunquā. Gratulor tuis omnibus, quos quī semper morum innocentia decoraris, nūc etiā uitae claritate illustrabis. Gratulor mihi ipsi te amplissimis honoribus esse aetatum, cuius omnes fortunas meas esse duxi. Episcopatu quidē isto in uniuersa Britānia, neq; honestior alius, neq; ditione, neq; tuis rebus commodior cotingere poterat. Tibi, qua es modestia, onus hanc honorem obieclum dices. At ego si existimo, superos & patriæ per te consultum esse uoluisse, & tibi uirtutis materiam illustrandæ paratam. quæ res præcor, ut tuæ paternitati, gregiq; tuo uertat bene. Me totum quātus sum ad tuum obsequium offero. Vale.

¶ De Iocosa epistola.

IN unoquoq; epistolarum genere, quoties res patitur iocum admiscere debemus. Quo in genere, & Cicero nem plurimū ualuisse, & Campanū fere immodicū, ac solutū esse uidemus. Cuiusmodi uero debeat esse locus, Cicero de O ratore monstrauit. Exemplum salue cessator omnium cessatorum maxime, bellum tibi denunciatus eram, quod tu iam sexcentos annos nihil scribis, multa abeunti pollicitus. Iam parati faciales, paterq; patratus. Iam hasta coniuncta, ni Sertorius tuam causam dociliissime egisset, homo Cicerōe ipso patronus non inferior. Habebat causam sane difficillimā, & iudicē minime aequum, Quid excusauit inquires? Non negocia tua, non tabellariorum penuriam, non perfidiam. Ista enim antiqua sunt mendacia, & te noui. Placauit uero me,

HH 4 quod

DES. ERAS. R O T E R O D.

quod chiragra te laborare diceret. Ridere me putas? Sed
Esculapio gallum uocreas oportet Vale.

DES. Erasmi de componen-
dis Epistolis libelli.
F I N I S,

ERASMVS G V I L I E L M O
Montioio adolescenti patricio, S.D.



VODLOCVPLETIOREM
quandam obsoletioremq; de conscri-
bendis epistolis ratione à nobis efflagi-
tasti. Guilielme adolescens ornatissi-
me, pudentius tu quidē pro tua mode-
stia, sed tamen ut facile intelligerem,
quantopere eius rei studio arderes: tum animus iste tuus
nos haud mediocriter deleclavit, tū iudicium etiam non
uehementer probare non potui. nam & agnosco in te
perlibenter, quod repente tot priuatis publicisq; negocij
implicitus, tū nouis nuptijs, ut par est, occupatissimus,
ueterem tamen illum tuum erga bonas literas animum
non mutaueris: Siue ut his de rebus conscriberemus, tua
ipsius interesse putabas, uidelicet ut ueterum principum
exēplo, si quid uel absolutis negocij, aut etiā inter ipsa
contigisset ocij, id totū, non nugis, quod uulgo faciunt,
sed honestis studijs impartires: Siue hoc nostro labore, q
tibi totus desudat, Angliae tuae studia pro tua uirili iu-

uares:

uares: i qua uideres latinas literas indies magis magisq;
 efflorescere. Mentem istam tuam mi Guilielme & te di
 gnam, & omnibus bonarum literarum studiosis cum
 uoluptati, tum præsidio futurâ & laudo, ut debeo, &
 agnosco ut dixi libenter. Nec minus iudicio tuo prudeti
 sanè & acri gratulor, qui utrūq; recte perspexeris, &
 nondum antehac ex multis, qui de scribēdis epistolis pre
 ceperunt, huic tantæ rei fuisse satisfactum, & nullâ esse
 ex omni studiorū genere partē, hac una, uel quæ latius
 pateat, uel quæ tātundē habeat aut usus, aut uoluptatis,
 quo magis sunt reprehēdēdi, qui de re fā ubere, fāq; neces
 saria, tam ieiune indiligenterq;, ut ne dicam inerudite,
 conscripserunt. Ut enim interim de his taceā libellis, qui
 iādiu in ludis literarijs soliti circumferri, nuper politio
 re literatura reflorescente, tanquā nebulæ sole emer gēte,
 propemodū euauerūt: quo tandem consilio legitur à pue
 ris Franciscus Niger: cuius nō modo præceptiones triuia
 les sunt, neq; ex intimis (ut oportebat) rhetorum fonti
 bus petitæ, sed nulla etiā extat epistola, non dicā elegans
 & uenusta, sed ne latina quidē. Tum illud, quod Marij
 Philelphi nomine circū fertur opus, cōfusancū mihi pla
 nē perturbatumq; uidetur: & si dicendū liberius est, pa
 rum tū eruditum, tum ad id quod promittit accōmoda
 tum: Nam præterquā quod synonyma habet nimiū pue
 rilia, dicendi genera in singulis epistolarū generibus, fe
 rendū erat quod odiose iuculcat, nisi id etiā imperite fa
 ceret qui ea grauissimā epistolā iudicarit, quæ uerbosissi
ma

DES. ERAS. ROTEROD.

ma esset, et quam maxime alieno repetita principio. Tu in ipso operis limine quorsum attinuit rhetorices praepata toties perscripta repeterem. An ut rieclis Ciceronis et Fabij libris, huius nugas pueri lectitareret? De reliquis taceo, quos si aliquando legere contingat, facile indicabis, quid utilitatis in hac re ipsi attulerint. Nolo enim cuiusquam beneficijs aut gloriæ per me fraudem fieri. Bene Vale.

EX EPISTOLIS ERASMI
quomodo studendum sit.



VM TE INCREDIBILI QVO
dā literarū ardore flagrare minime dubi-
tarē. N. nō uulgaris amice, hortatiōe nihil
opus esse putauī, sed eius quā ingressus es-
ses, uiae duce modo, ac tāquā indice, Id mei officij esse in-
dicauī, uidelicet ut tibi homini nō modo multis modis co-
pulatiſſimo, uerū etiā iucundissimo, uestigia quibus ipſe
a puero eſſe ingressus cōmonstrarē. Quae si tu pari cura
accipies, atq; ego diclurus sum, futurū cōſido, ut neq; me
monuiffe, neq; te paruisse, ppenituerit. Prima igitur cura
ſit ut præceptorē tibi deligas quā eruditissimū, Neq; enī
fieri potest, ut is recte quenquā erudiat, qui ſit ipſe ineru-
ditus quē ſimulatq; naclus eris, fac oībus modis eficias,
ut ille patris in te, tu filij in illū uicifim induas affectū.
Ad qđ quidem cum ipsa honesti ratio nos debet ad horta-
ri, qđ non mihius debeamus ijs à quibus recte uiuēdi ra-
tionē

rationē, quā à quibus uiuēdi initia sumpsimus, tū mutua
 ista benevolētia tantū ad discēdū habet momēti, ut fru
 stra literarū p̄ceptorē sis habiturus, nisi habueris fē ami
 cū. Deinde ut te illi, & attētū fē assidū p̄beas. Cōtētio
 ne enim īmodica nōnunquā obruū tur ingenia discētū.
 Assiduitas uero & mediocritate sua pdurat, & quoti
 dianis exercitatiōibus maiore opiniōe aceruū acūulat. Sa
 tietae cū oībus in rebus, tū p̄cipue in literis nihil p̄nicio
 sius. Laxāda est iigitur aliquoties illa studiorū cōtētio, in
 termiscēdi lusus, sed liberales, sed literis digni, fē ab his
 nō nimis abhorrētes. Immò medij s̄ ipsi studij p̄petua q̄
 dā uoluptas admiscēda est, ut ludū potius discēdi, quā la
 borē existimemus. Nihil enim perdiu fieri potest, qđ non
 agentē aliqua uoluptate remoretur. Optima quaeq; sta-
 tim ac primū disce. Extremae est demētiae discere dediscē-
 da. Qđ in curādo stomacho solēt p̄cipere medici, idē tī
 bi in ingenij scruandū puta. Cane aut noxio, aut īmodi
 co cibo ingenium obruas, utroq; enim iuxta offenditur.
 Ebrardū Catholicō, cæterosq; id genus, quos percenscre
 neq; possū, neq; operēpreciū est, ijs relinquito, quos bar
 bariē īmēso labore discere iuuat. Initio nō quā multa,
 sed quā bona percipias, refert. Sed iā rationem accipe, qua
 possis non solum rectius, sed etiam facilius discere, hoc
 enim in homine artifice p̄stare solet artis ratio, ut tā-
 tundē operis, quū rectius expeditiusq; tū leuius etiā effi-
 cit. Diē tanquā in operas partire, id quod fē à Plinio se
 cūdo, & à Pio p̄tificc Maximo, uiris omnīū memoria
 p̄stā

DES. ERAS. R O T E R O D.

præstantissimis, facilitatum legimus. Principio, quod caput est, præceptorē interpretantē, non attentus modo, sed et auditus auscultato. Non cōtentus impigre sequi disserentē, aliquoties præuolare cōtende. Omnia illius dicta memoriae, præcipua etiam literis mandabitis, fidelissimis uocū custodibus. Quibus rursus ita confidas caue, ut diues ille ridiculus apud Senecā. q̄ sic animū induxerat, ut se tenere crederet, quicquid seruorū quisquā meminisset. Noli cōmittere ut codices eruditos habeas, ipse ineruditus. Audita ne effluant, aut apud te, aut cū alijs retracta. Ne his quidē contentus, aliquā tēporis partē tacitē cogitationi trbuere memento. Quam unā diuinus Aurelius, tū ingenio, cū memoriae imprimis cōducere scripsit. Cōfiliatio, et tāquā palæstra ingeniorū, ncruos animi præcipue tū ostendit, tū excitat, tum adauget. Ne sciscitari si quid dubitas, nec castigari, si quid errabis, sit pudor. Nocturnas lucubrations atq; intēpestiuā studia fugito. Nā et ingenii extinguunt, et ualitudinē uehementer offendunt. Aurora Musis amica est, apta studijs. Pransus aut lude, aut dcābula, aut hilarius confabulare. Quid quod inter ista quoq; studijs locus esse potest? Cibi nō quātū libidini sed quātū ualitudini satis ē sumito, Sub cœnā paupisper inābula, cœnatus idē facito. Sub somnū exquisiti qd pīa ac dignū memoria legito, de eo cogitatē sopor opprimat, id experreclus à teipso reposcas. Plinianū illd semp animo insidiat tuo, O mne perire tēpus, qd studio nō impertias. Cogita iuuēta nihil esse fugacius, quæ ubi semel auolarit,

auolarit, redit nūquam. Sed iā hortator esse incipio, indicē pollicitus. Tu suauissime N. hanc formam, aut si quam poteris meliorem sequere ac bene Vale.

EX ERASMO , QVOMO
do lectio repetenda sit.

VIBVS DAM PRIMA AC VNI



ca fere cura est, statim ad uerbū ediscere,
quod equidē no probo. Est enim tū magni-
laboris, tū fructus propè nullius. Quorsū
enim attinet, p̄sitaci more, uerba nō intelle-
cta reddere? Cōmodiorē igitur N. uiā accipe. Lectionem
quidē auditam cōtinuo relege, ita ut uniuersam sententiā
paulo altius animo infigas. Deinde à calce rursus ad ca-
put redibis, & singula herba excutere incipias, ea dūta-
xat inquires, q̄ ad Grāmaticā curam attinēt. Videlicet, si
quod uerbū obscurae aut ancipitis derivationis, si hetero-
clitæ cōiugationis, qđ supinū, qđ præteritū faciat, quos
habeat maiores, quos nepotes, quā cōstrūctionē, qđ signi-
ficet, & huiusmodi nōnulla Hoc ubi egeris, rursū dein
tegro p̄currito, ea iā potissimū inquires quæ ad artifi-
ciū rhetoriciū spectat. Si quid uenustius, si qđ elegātius, si
quid cōcinnius dictū uidebitur, ānotabis indice aut aſteri-
ſco apposito. Verborū cōpositionē inspicias, ōtonis decora-
ſciscitabere. Autoris consiliū indagabis, qua quicq; rōne
dixerit. Vbi quid te deleclauerit uchemētius, caue præter
casam (qđ aiūt) fugias Fige pedē, ac abs teipſo rationē
exige,

DES. ERAS. ROTEROD.

exige, q̄re tātope sis ea ōrōne delectatus, cur nō ex ceteris
quoq; parē cōperis uoluptatē. Inuenies te acumine, aut ex
ornatiōe aliqua oratoria, aut cōpositiōis harmonia, aut
(ne oīa psequar) simili quadā causa cōmotū fuisse. Qd si
aliquod adagiū, si q̄ sentētia, si qd prouerbii uetus, si q̄
historia si q̄ fabula, si q̄ similitudo nō inepta, si qd breui-
ter, acute, aut alioq̄ ingeniose dīctū esse uidetur, id tāquā
thesaurū quēdā aio diligēter reponēdū ducito ad usū et
ad imitationē. His diligēter curatis, ne pigeat q̄rto itera-
re. Nā hoc habēteruditorū uirorū, sūmo īgenio, sūmis
uigilij selucubrata scripta, ut milies relecta, magis ma-
gisq; placeāt, sempq; admiratori suo nouū miraculum
ostēdat. Id qd tibi in tabula tua sepcnūero, nec sine cau-
sa laudata, euenire solet, qd antea nō aiauertisces. Idē ti-
bi multo amplius in bonis autoribus eueniet, Releges i-
gitur quarto, ac quae ad philosophiā, maxime uero Ethicē
referri posse uideātur, circū spicies, si qd exēplū, qd mori-
bus accōmodari possit. Quid aut est, de quo nō, uel exē-
plū uiuēdi, uel imago quēdā, uel occasio sumi q̄at? Nā
in aliorū pulchre ac turpiter factis, qd deceat, qd nō, iux-
ta uidemus. Hæc si facies, iā ucl edidiceris, quanquā aliq̄
egisti. Tū demū, si libet, ad ediscēdi labore accedito, q̄ tū
aut nullus erit, aut certe p̄ quā exiguis. Quid deinde? Re-
stat, ut cū studiosis cōgrediaris, tuas ānotatiōes ī mediū
proferas, uicisimq; illorū audias, alia laudabis, alia re-
bēdes, tua parti defēdes, parti castigari p̄mittes. Postrēo
qd in alijs laudasti, tuis ī scriptis mutare cōaberis. Vale,

Index

INDEX CA=

PITVM SEV TITVLORVM PRAE-

cedentiū cōmentariorū, & primo libri

primi de uerborum Copia

PEriculosam esse Copiae affectationē. Ca. I. f. 4.

A qbus innēta, & à qbus exercitata Copia. cap. 2. fol. eo.

Autores quēadmodū luserint ostētatiōe Copie. ca. 3. fol. 5.

Quibus uitio data Copia immodica. cap. 4. eodem.

Eiusdē artificis esse, breuiter et copiose dicere. cap. 5. fo. 6.

De stulte affectatib⁹ uel breuitate, uel Copiam. ca. 6. fo. 6.

Duplicē esse copiā. ca. 7. f. eo.

Quas ad res cōferat hæc exercitatio. cap. 8. fol. 7,

Quibus exercēdi ratiōibus hæc facultas paretur. ca. 9. fol. eo.

Prima præceptio de Copia Cap. 10. fol. 8

Prima uariādi ratio per Synonymam. cap. II. fol. 9.

Vocabula sordida Inusitata

Poetica, Prisca, Obsoleta, Dura, Peregrina, Nouata. fo. 10.

Aetaū propria uoca. c. 12. f. II.

Ratio uariandi per Enalagen, siue ἐπέρωσις. cap. 13. fo. 12.

Variatur Numerus, Persona, Genus. fol. 13.

Casus, Species, Figura, Tempus, Modus, Declinatio, Coniugatio fol. 14.

Variādi ratio per Antonomasiā. cap. 14. fol. 15.

Variandi ratio per Periphrasim. cap. 15. fol. eodem

Etymologia, Notatione, Finitioneq; facta uariatio. fo. eo.

Variandi ratio per Metaphorā. cap. 16. fol. 16.

Deflexio. fol. eodē. Ab irrationali ad rōnale. f. eo.

Ab ani-

LIBRI PRIMI INDEX.

- Ab animali ad nō animal, aut Variandi ratio per hyperboē
contra. fol.eodem. lem.caپ.29. fol.eo.
Ab animali ad animal. fo.eo. Variandi ratio per μειωσιν.
Ab animato ad inanimatum, caپ.29. fol.21.
aut contra. fol.eodem. Variādi ratio per compositio
Metaphora reciproca.caپ.17. nem caپ.30. fo.eodē.
fol.eodem. Variādi ratio p σύνταξι. i.co
Variandi ratio per Allegoriā. structionem. caپ. 31. fo.eo
caپ.18. fol.co. Variādi rō p mutationē figū
Variandi ratio per Catachresis uarijs modis. caپ.32.f.22.
sim.caپ.19. fol.18. Experientiae mirae in uariādo
Variandi ratio per Onomato cap.33. fol.eodem.
pœian. caپ.20. fo.co. Variātūr hæc uerba. Tuæ elite
Variādi ratio p Metalepsim, re me magnopere delicta
caپ.21. fol.eodem. runt. fol.codem.
Variandi ratio per Metonymiam, caپ.22. fol.19. Variatio facta modis quiqua
Variādi ratio p Synecdochē. cap.23. fol.eodem. gintaquatuor. Itē cētū qua
dragintasex modis. fo.23. Séper dū uiuā tui meminero,
Variandi ratio per Acquipol- Variatur centū nonaginta
lentiam. caپ.24. fo.co. quinq; modis. fol.26.
Variādi ratio per comparatiua. caپ.25. fol.20. Quibus modis tribuimus plu
ra ex equo. caپ.34. fo.31.
Variādi ratio per relatiuorū cōmutationē. ca.26. fo.co. Quæ cōmodius copulent con
traria. caپ.35. fol.32.
Variandi ratio per amplifica- Quibus modis æqualiter re
tionem. caپ.27. fo.co. mouemus. caپ.36. fo.co.
Quibus

LIBRI PRIMI INDEX.

- Quibus modis tribuimus inae De propositione no^{te} generali:
 qualiter. cap. 37. fo. 33. cap. 49. fol. eodem.
 Quibus modis inaequaliter re Elegatia signorū. c. 50. f. 43.
 moueamus. cap. 38. fo. eod. Vterq; Neuter. fol. eodem.
 Quo pacllo tribuamus, aut re Semper. fol. eadem;
 moucamus ordine. c. 39. f. eo. Sæpe. fol. 44.
 Per comparatiū eadē effertur De uarietate negationis.
 sententia. cap. 40. fol. eod. cap. 51. fol. eodem.
 Augēdi positiuū. ca. 41. f. co. De tribus negotiōibus. fo. eo.
 De uariando positiuo. fo. 34. De Synonymis negādi. fo. eo.
 Rationes minuēdi positiuum. Conneclēdi formulæ. cap. 52.
 cap. 42. fol. eodem. fol. 45.
 Quibus ratiōibus augetur co- Transitionum uarie formu-
 paratiū. cap. 43. fo. 35. lae cap. 53. fol. eodem.
 Quibus modis imminuitur co- Are \mathfrak{f} à psona. c. 54. fo. 46.
 paratiū. fol. eodem.
 Quibus rationibus augemus Ex more. cap. 55. fol. eo.
 superlatiuū. cap. 44. fo. eo. Subornandi. cap. 56. fo. eo.
 Periphrasis Comparatiui. Renouandi. cap. 57. fo. eo.
 cap. 45. fol. eodem. Finales formulæ. ca. 58. fo. eo.
 Quibus modis superlatiuū ua Causales formulæ. cap. 59.
 riamus. cap. 46. fo. 36. fol. 47.
 Varia exēpla uariādi etc. f. 37. Qd̄ \mathfrak{f} idm̄ \mathfrak{w} acceptū. c. 60. f. eo.
 Cōmuniſ omniū gradiuū ua Ut \mathfrak{f} idm̄ \mathfrak{w} sumptū. c. 61. fo. eod.
 riatio. cap. 47. fo. 40. Vertūtur dignus, \mathfrak{f} idignus
 De propositione generali. Decet &c. fol. 48.
 cap. 48. fol. 42. Necessitatis uocabula. fo. eod.
 Libertatis. fol. eodem.
 II Statuēs

LIBRI PRIMI INDEX.

Statuendi.	fol. eodem.	De mō potētiali. ca. 70. fo. eo.
Assentiendi.	fol. 49.	Aestimādi uerba. c. 71. fo. 57
Dissentīendi.	fol. eodē.	Emendi formulæ, & similia.
Precādi noīa, & uerba. fo. eo.	cap. 72.	fol. eodem.
Primi supini uariatio. fo. 50.		Discriminis formulæ. ca. 73.
Dividēdi formæ. ca. 62. fo. eo.		fol. eodem.
Distribuēdi formæ. c. 63. f. eo.		Affirmādi formulæ cap. 74.
Prohibendi aut impedīdi si- gna.	cap. 64. eodem.	fol. 55.
Dubitandi.	fol. 51.	Accusādi formulæ. ca. 75. f. eo.
Sine & Citra.	fol. eodem.	Formulæ utilitatis. c. 76. f. co.
Ostentandi.	fol. eodem.	Præsagyformulæ. c. 77. f. 59
Corrigēdi Sanādiq;. fol. eo.		Officiendi, & iuuādi formu- lae. cap. 78.
Blandiendi siue hortandi si- gna.	fol. eodem.	Functiōis formulæ. c. 79. fo. eo.
Tua causa. Vtrū nec ne. fo. eo.		Quibus modis tribuimus ali- quid. cap. 80. fol. 57.
Cocedēdi. Parū abesse. fo. 52.		Titularū uariatio. c. 81. fo. eo.
Incertitudinis indicia.	fo. eo.	Gratulādi uerba. ca. 82. fo. eo.
Correctionis, & occupatiōis formulæ.	cap. 65. codem.	Gratias agendi. ca. 83. fol. eo.
Autores citandi formulæ.		Referendi beneficium. cap. 84.
cap. 66.	fol. eodē.	fol. 58.
Variatio imperatiui modi.		Originis uerba. ca. 85. fo. eo.
cap. 67.	fol. 53.	Pensandi uerba. cap. 86. fo. eo.
Variatio futuri. ca. 68. fo. eo.		Aptitudinis formulæ. ca. 87.
De periphrasi generali uerbo rum. cap. 69.	fol. eodē.	fol. 59.
		Ablegādi uerba. ca. 88. fo. eo.
		Proficisciēdi uerba. ca. 89. f. eo.

Concl^e

LIBRI PRIMI INDEX.

Conatus.	caꝝ.90.fo.60.	Depellendi. caꝝ.113.fol.eodē.
Explicādi, & implicādi uerba. caꝝ.91.	fol.eodem,	Agnoscendi. caꝝ.114.fo.64.
Verba finis seu propositi.	caꝝ.92.	Ab adolescentia.ca.115.fo.eodē
Qua est ipudētia. ca.93.f.61.	fol.eodē.	Accurate. caꝝ.116.fo.eo.
Quā ut, Quā q. ca.94.fo.eo.	ca.95.fo.eodē.	Perficiēdi. caꝝ.117.fol.eodē.
Eneest.	ca.96.fo.eodē.	Cōmittendi. caꝝ.118.fo.eodē.
Mea sententia.	ca.96.fo.eodē.	Amandi. caꝝ.119.fo.eo.
Plus & plusquā.	fo.eodē.	Cipiendi. caꝝ.120.fo.eo.
Ad summū. Ut minimū. f.eo.		Male p̄cādi uerba.c.121.fo.eo.
Morē gerēdi uerba.c.97.f.eo		Pollicēdi. caꝝ.122.fol.65.
Rogandi.	caꝝ.98.fo.eo.	Principatus. caꝝ.123.fol.eodē.
Ignoscendi.	caꝝ.99.fol.62.	Ludorū uocabula. c.124.f.eo
Abrogandi.	ca.100.fol.eo.	Agere dclētū ca.125.fo.eo.
Ornandi uerba.	ca.101.f.eo.	Adimēdi honore.c.126.fo.eo.
Inter coenā.	caꝝ.102.fol.eodē	Persuadēdi. ca.127.fol.eodē.
Post coenam.	ca.103.fo.eodē.	Inferendi, seu ratiotinandi.
Similitudinis uerba.c.104.eo		caꝝ.128. fol.66.
Mutui.	caꝝ.105.fol.63.	Nihil nisi.caꝝ.129.fol.eodem.
Fallendi.	ca.106.eodē.	Laudandi, ac uituperandi.
Est amicus.	ca.107.fo.eo.	caꝝ.130. fol.eo.
Sperādi uerba.	ca.108.fo.eo.	Summæ. caꝝ.131.fol.eo.
Ad uerbum.	ca.109.fol.eodē.	Perdendæ operæ. caꝝ.132.co.
Ironiæ uerba.ca.110.fol.eodē.		Fruētus. caꝝ.133.fol.67.
Extrahere diem.	ca.111.fol.eo.	Impudentiæ. ca.134.eodē.
Paratū ac facile.	ca.112.fo.eo.	Affectādi uerba. ca.135.eodē.
		Ignorādi aut cōtra. c.136.f.eo
		Turpe est,ct similia.c.137.co

II 2 Id qd

LIBRI SECUNDI INDEX

Qui ēt, Vt nō. cap. 138. fo. eo.
 Id qd, qd, Ita ut, Vt. c. 139. f. eo
 Amplificādi uerba. c. 140. f. eo
 Reciproca constrūctio quorū-
 dam. cap. 141. fol. eodē.
 Non cōtentus. ca. 142. fo. 68.
 Satisfaciēdi uerb. c. 143. f. eo
 Impunitates, aut cōtra. 144.
 Suadēdi, aut consulēndi. cap.
 145. fol. eodem.
 Prudens, cap. 146. fo. eod.
 Causē, cap. 147. fo. eo.
 Dierū notatio. ca. 148. fo. eo.
 De numeralibus. ca. 149. 69.
 Aduerbia t̄pis. ca. 150. fo. eo.
 Annumerandi. ca. 151. fo. 70.
 Inītiū ac finis. cap. 152. fo. eo
 Maior opinione. ca. 153. fo. eo
 Cōtingēdi uerba. c. 154. f. eo
 Finis capitū prioris cōmētarij

Sequētis autē tituli nō sunt
per capita distincti.

**COMMENTARII SE
cundi, qui est de rerum
Copia Index.**

P	Rima locupletandi rati-
	tio. fol. 71.
Cyclopediā	absoluta. fo. 72.
Omnibus	naturae fortunaeque dotibus p̄ditus. fo. eodem.
Totus	cōaduit. fo. 73.
Secūda	variādi ratio. fo. 74.
Tertia	ratio. fo. eodem.
Quarta	ratio. fo. eodem.
Quinta	ratio. fo. 75.
Descriptio	rei. fo. eo. et sc̄q;.
Descriptio	p̄sonæ. fo. 77.
Descriptio	loci. fo. 80.
Descriptio	temporis. fo. 81.
Egressio	, quæ sexta locuple- tandi ratio. fo. eodem.
Septima	ratio. fo. 82.
Octaua	locupletādi rō. fo. 83.
Nona	dilatandi, seu locupletā- di ratio. fol. eodem.
Decima	dilatādi ratio. fo. 86.
Vndecima	ratio. fo. 89.
Loci	communes. fo. 90.
Quomodo	tractāda sint exē- pla. fo. 91.
Secundus	modus locupletādi exempla. fo. 92.

DE EPITOME INDEX.

De exemplo fabuloso.	fo. eo.	in genere, siue subjiciuntur species, quae in ipso epitome nulli non erunt obvia.
Tertius modus locupletandi exempla.	fo. 95.	
De parabola.	fo. 97.	P <small>rima</small> uariadæ oratio
De imagine.	fol. 99.	n <small>on</small> is ratio, quæ plane sim-
De contentione demonstrativa.	fol. 100.	plicissima est, cōsistit in Sinoni- mia.
De iudicij.	fo. eodē.	fol. 120.
Desententijs.	fol. eodem.	Variandi ratio per Enallagen, siue ἐτέρωσιν.
De expolitione.	fo. 102.	Variadi ratio per Antonoma-
De apologis.	fo. 103.	siam.
De somnijs.	fo. 104.	fol. 139.
De fictis narratiōibus.	fo. eodē.	Variandi ratio per Periphra- sim.
De allegorijs Theologicis.	fo. 105.	fol. 141.
De ratione colligendi exempla.	fol. eodem.	Variandi ratio per Metapho- ram.
De partium rhetoricaū multiplicacione.	fol. 113.	fol. 143.
Epilogus operis.	fo. 117.	Variandi ratio per Allegoriā.
Quid utrobiq; hoc est, tam breuitatis, quam Copiæ studio-		fol. 149.
fo. uitādum sit.	fol. eo.	Variandi ratio per Catachre-
		tipatione.
		fol. 150.
		Variatio per Onomatopœiā.
		fol. 151.
		Variadi ratio p. Metalepsim,
		fol. 153.
		Variandi ratio per M̄etony- miam.
		fol. eodem.
		Variandi ratio per Synecdo- chen.
		fol. 156.

II 3 Variā-

INDEX CAPITVM

Epitomes in priorē Copiæ libri, in quo singulis capitibus

DE CONSCRIBENDIS EPIST INDEX.

Variandi ratio per Acquipol-	Quot sunt epistolarum gene-
lentiam. fol. 157.	ra, quæ simplici sunt argu-
Variâdi ratio per comparati-	mento. fo. 183.
ua. fol. 158.	De exhortatoria, & qd inter-
Variâdi ratio per cōmutatio-	fit inter suasionē, & exhor-
nē relatiuorū fol. 159.	tationem. fol. eodem.
Variandi ratio per amplifica-	De debortatorio gene. f. 188.
tionem. fol. eodem.	De epistola suasoria. fo. eo.
Variandi ratio per hyperbo-	De complexione, & ceteris ar-
lem. fol. 160.	gumentationū oratoriārū
Variâdi ratio per compositio-	generibus. fo. 190.
nem fo. 161.	De enumeratione. fo. 191.
Variâdi ratio p. σύνταξιν i. cō-	Simplici conclusione. fo. eo.
structionem. fol. 163.	Subiectione. fo. 192.
Variâdi rō p. mutationē figu-	Submissione. fo. eodem.
ræ alijs atq; alijs modis. fo. eo	Oppositione. fo. eodem.
INDEX EORVM QVE	Violatione. fo. 193.
in libro de cōscribendis	Inductione. fo. eodem.
epistolis cōtinetur.	Collectione. fo. 194.
C	Ratiocinatione. fo. 195.
Viusmodi esse debeat e-	De rationum inuentione a cir-
pistolaris character, &	cūstantijs, & singulis lo-
quid in epistola fugiendum,	cis. fo. 197.
quidue sequendum. fo. 179.	Exemplū huius suasoriæ locu-
De p̄fatiōe epistolari. fo. 181.	pletatissime tractatū. f. 207.
Divisio prima epistolārū. f. eo	De genere dissuasorio. fo. 216.
	De cōsolatoria epistola. f. 218
	De petitio-

DE CONSCRIBENDIS EPIST INDEX.

- | | |
|---|---|
| De petitoria epistola. f. 224. | De epistola depcatoria. f. 237 |
| De commendatitiae epistola. fol. 225. | De extraordinariis generibus epistolarum, &c primo de Nunciatione. fo. 238. |
| De monitoria epistola. f. 227. | De cōmissiua epist. f. 239 |
| De amatoria epistola. f. 229. | De narratoria ep̄la. f. 240 |
| De demonstratiui generis ep̄stolis. fo. 230. | De collaudatoria ep̄la. f. 241. |
| De iudicialis generis ep̄stolis, & primo de criminatoria. fol. 231. | De gratiarū actiōe. fo. 242. |
| De defensoria epistola. f. 233. | De lamentatoria. fo. codē. |
| De expostulatoria ep̄la. f. co. | De gratulatoria. fo. 243. |
| De expurgatione. fo. 234. | De iocosa epistola. fo. 244. |
| De exprobatione. fo. 235. | Quō sit studēdū. fo. 245. |
| De epistola inuectiua. fo. 236. | Quomodo lec̄lio sit repectenda. fol. 247. |

¶ F I N I S.

ЗИМС

UVA. BHSC. IyR_254

annus meus missus quis quis extricatus
anno desponsatio agno non unius aera
a cedo substantia ad aptineos sub silentio

obstrectates immurando

niventer

vene deponendo

Copia

veron

pro lep

upressus. upressus upressus.

s. elacipes

mico. as. poi sugar

2. 2.

mit per quoniam quis quisque et singuli sive
ant

pro no me

gratuit apes a se
cangare ab his
uet hancem

quius est particularis et singularis
quis quis qui nunc unius talis

et mutuus

8. 8. 8. 8. 8.

~~ff~~ ~~ff~~ ~~ff~~ ~~ff~~
o + somita et herba
per terru lat genos ua

ut ita tam et q̄

~~gott~~ ~~comparativum tanto et quanto quo~~
~~afectus de se ac loca id est affectio~~
~~Damente~~

~~as~~ osongos. us. vi. per d ma sero

invoco - qlesq. unius quisq;
in fuli inhibit di ferunt

talatal alaignata

UVA. BHSC. IyR_254

Biblioteca de Santa Cruz

IyR 254

UVA. BHSC. IyR_254

UVA. BHSC. IyR_254